Errata leaf at end
(at end of II (2) in copy 2 )

# ANNALES TYPOGRAPHICI

AB ANNO M. D. XXXVI.

AD

ANNUM M. D. LVII.

*CONTINUATI:*

CUM APPENDICE.

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

*TOMI TERTII*

PARS PRIOR.



*HAGÆ-COMITUM,*

Apud FRATRES VAILLANT, ET NICOLAUM PREVOST.

M. D. CCXXV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

HONORATISSIMO VIRO

D O M I N O

# EDUARDO HARLEIO

COMITI OXONIÆ

E T

M O R T I M E R I *&c.*

S. D.

MICHAEL MAITTAIRE.

NIhil unquam, Vir Honoratissime, ardentiùs exoptavi, quàm ut commodam meæ erga te obſervantiæ publico quodam pignore ſignan-

dæ occaſionem aliquando nanciſcerer. Quoties enim mecum recolo, quamdiu eſt, ex quo me tuâ benevolentiâ dignatus ſis; quàm placido vultu ſemper exceperis, imò invitaveris aliquoties cunctantem; quos familiariter habueris de re literariâ ſermones; quâ ſingulari humanitate bibliothecæ tuæ, cùm liberet, adeundæ copiam ultro feceris: quâ frequenter liberalitate mea excitaveris ſtudia; tantorum beneficiorum multitudine obruitur animus: pudétque me ad gratias aliquatenus perſolvendas tardiorem acceſſiſſe. Novi equidem poſſe nihil à me proficiſci, quod & non infra tuam longè cadat dignitatem, & reconditos pectoris arcani, quibus te veneror, ſenſus diſertè ſatìs exprimat: me tamen minimè morabitur mearum virium imbecillitas, quominus palàm teſtatum relinquam, mihi ſaltem officio perfungendi voluntatem nequaquam defuiſſe.

Hoc igitur, quantulumcunque ſit, opus patere tuo, Vir Nobilissime, nomini conſecrari: perexiguum ſanè, ſi ſpectaveris authorem; non ita, ſi argumentum; quod tuo patrocinio non omnino indignum putaverim, cùm literariis hujusmodi exercitiis intelligam te impensè delectari; cujus ſuſcipiendi tu ipſe mihi fuiſti hortator, & ſuſcepti adjutor; quódque absque locupletiſſimis tuæ bibliothecæ ſubſidiis procedere non potuerat. Cui alii magìs conveniat inſtitutum de re literariâ tractatum offerri, quàm

quàm viro, qui, quicquid uſpiam rarum reperitur, in illud ingens Muſarum ærarium magnis ſumptibus copiosè congeſſit: non, ut theſauris ſolus iſtis cumulatis fruatur, ſed ut ex illo penu, Nili inſtar, exundante univerſam, quaqua extenditur, literariam fœcundet cùm præſentium tum futurorum temporum rempublicam. Profectò ſi vel nulla alia cauſa meum tibi obſtrinxiſſet obſequium, hæc una mihi perſuaſiſſet; ut Annales meos tuo nomine illuſtrarem, eoque pacto famam, quam aliunde conſequi non valent, iis conciliarem: quippe cùm ſciant omnes rem literariam tuique mentionem quaſi cognatione quâdam & neceſſitudine mutuâ conjungi; nemo non indignaretur, ſi in commentariolis hiſce ad literas pertinentibus HARLEIUM prætermiſiſſem; & quæ tam arcto vinculo ſibi invicem cohærent, diſſociâſſem.

At præter hæc tua, quæ literati mirantur, ornamenta; multa alia ſunt, VIR PRÆSTANTISSIME, quæ boni omnes in te ſuſpiciunt & diligunt; quæ & intra conſuetos brevioris epiſtolæ limites non contineantur, & totos artis oratoriæ nervos exerceant & fatigent. Quis enim vel adultâ eloquentiâ potens dignè ſcripſerit HARLEIUM omnia civilia & domeſtica vitæ munia, prout ratio ſingulorum poſtulat, obeuntem? pietate & juſtitiâ, integritate & ſuavitate morum, inconcuſſâ virtute fideque incorruptâ, ſummâ animi per iniquas temporum viciſſitudines in-

victi conſtantiâ ſpectatum; artium iſtarum, quibus degeneres homunculi ſortis inſtabilis ſequaces turpiter utuntur, expertem; eâ denique modeſtiâ ornatum, ut laudem veram declinare magis laboret, quàm plerique falſam venari. Non is ſum, qui fœdiſſimo adulandi ſtudio ductus à veritate vel latum unguem diſcedam, & id unquam proferam, cujus mens mihi conſcia non fuerit. Nunquam meos oculos vanus titulorum, vel pro arbitrio ſæpe collatorum, vel in quos hæres ſolet ſuccedere, adeò perſtrinxit ſplendor, ut magnæ ullius, cui defuerit meritum, viri fortunæ ſerviliter blandiar: neque tuam mirarer aut ambirem, niſi eandem meritis ſuperâſſes. Alii commemorent HARLEIANI ſtemmatis antiquitatem, & extraneæ gentis affinitate originem ejus amplificare ſtudeant. Ego, qui te ob tuum præcipuè in patriam amorem maximi ſemper fecerim, neque ignorem, quàm non neceſſe habeas, propriis ſcilicet virtutibus egregiè nobilitatus, aut à majoribus tuis aut ab exteris nobilitatem accerſere; malo ego te tua patria totum tibi debeat, malo te totum ſibi vendicet.

Juvat, COMES ILLUSTRISSIME, ſpem cernere nunc impletam, quam olim de te dederas in ſcholâ primùm Weſtmonaſterienſi, dein in Ædis Chriſti apud Oxonienſes collegio educatus. Illa meritò glorientur gymnaſia religionis, virtutis & literarum culturæ dicata, quòd tu ibi dotes optimas tibi

à

à naturâ ingenitas promoveris, ingenuarum diſciplinarum notitiâ mentem bene præparatam inſtruxeris; generoſam indolem excolueris; quòd tu tuæ pueritiæ & juventutis tam fœliciter tranſactæ memor, uti virum decet grato animo præditum, enixè coneris illorum locorum commodis perpetuò conſulere; & quot ibi ſtudiorum ſuorum tyrocinia poſuerunt, & à ſanis præceptis inſtitutíſque non deſciverunt, peculiari benignitate amplecti. Forſan & mihi illorum collegiorum quondam alumno, inutili quidem, & infœliciſſimo, quòd illis per me nihil laudis (at ſpero tamen, nihil infamiæ) acceſſerit, aliquam tuæ clientelæ, quam nulla mea merita depoſcunt, partem tuus in illas literarum ſedes propenſus favor indulgebit.

Sine denique, VIR PROBITATE INSIGNISSIME, apud te FILIUM pietate eximium fieri tui PARENTIS clariſſimi mentionem, literarum peritiâ promptóque ſemper ad earum incrementum ingenio notiſſimi: cui quoniam grates pro plurimis beneficiis dignas vivo perſolvere non licet, liceat, quodcunque illi à me debetur officii, tibi præſtare: téque per PATRIS amantiſſimi manes obteſtari, ut eandem, quâ me proſequi ſolebat, benevolentiam in te ſentiam ſuperſtitem.

Vale, MECÆNAS AMPLISSIME; tuis diu popularibus interſis; rarum intemeratæ, quam nun-

quam

quam deſeruiſti, virtutis exemplar; grande tuæ, cujus amore revera vinceris, patriæ decus; ingénsque rei literariæ, cui fovendæ & propagandæ ſtrenuus incumbis, columen & præſidium.

*Londini.* Calendis *Martiis* $172\frac{4}{5}$.

PRÆ-

# PRÆFATIO
# LECTORIS.

*TErtium nunc, Amice Lector, agitur ſæculum, ex quo primùm exerceri cœpit Typographia: cujus cùm Annales ſcribere tentaverim, operi meo intrà primam ab* [*] *indubitatis Artis initiis centuriam limites ſtatui; ne ulteriùs evagatus innumerâ Typographorum multitudine opprimerer, & meæ anguſtioris notitiæ terminos egreſſus pauciora longè, quàm pro tantâ par erat materiæ copiâ, ſcriberem. Neque equidem ſum neſcius me in deſcribendis inventi tam nobilis originibus prætermiſiſſe quàm plurima, quorum nonnulla in promiſſo a me ſupplemento denique reponam: & ſi in principiis, ubi pauciora ſcribenda occurrerunt, adeò multa me fugerint; meritò metuam, ne, ſi longiùs à principiis progrediar, mihi multo plura excidant.*

*In perveſtigandis Chalcographices incunabulis, quæ diſquirenda in primo tomo propoſueram, multi licèt mihi præiverint, & facem alii obſcuriorem, clariorem alii, aliqui falſam aut incertam prætulerint; nondum tamen potui tenebras hinc indè offuſas penitus diſpellere, omnia in veritatis lucem proferre, omnésque nodos expedire. In recenſendis ibidem præcipuis ineuntis Artis tum magiſtris tum operibus, qualem licuit, operam poſui; acceſſionem eorum, quæ ad meam deinceps notitiam pervenerunt & pervenient, non mediocrem poſtmodum facturus: ac tot ſtupenda Artis ſub ipſo ortu ſeſe obtulerunt ſpecimina, ut dubitandi ferè fuerit locus, num Ars in temporis proceſſu potiùs degeneraverit, quam increverit; illámque natam miremur magis, an adultam.*

*Erat profectò periculum, ne Ars humano generi perutilis & ad omnes reliquas artes conſervandas ac propagandas neceſſaria cum ſuis primævis artificibus per multorum, qui manus huic impuras admovebant, inertiam fuiſſet prorſus interitura; niſi ejus dignitatem aſſerere & tueri iiſdem laboribus ſumptibúsque, quibus inprimis parta fuerat, decreviſſent præclari illi typographi; quorum plurimorum mentionem in ſecundo tomo inſtitutam proſequi in hôc tertio conabor, donec Annales* † *centeſimum a ſuis primordiis annum impleverint. Hic erit meorum Annalium terminus:*

** &,

* Nam ante annum 1457. nihil adhuc mihi innotuit cum temporis ſignaturâ excuſum.
† Scilicet ann. 1557.

*&, quamvìs in pleriſque mihi minimè ſatisfecerim, ſufficiet interim iter ſtraviſſe; opúsque inchoatum perficiendi continuandíque provinciam alicui harum rerum peritiori reliquiſſe.*

*Multùm ſanè profuturum arbitror, ſiquis literatus rei typographicæ hiſtoriam ad noſtra uſque tempora deduceret; & per annos ſingulos editiones librorum, non quidem omnino omnes (quò enim cumulus iſte indiſcretus!) ſed delectas & maximè utiles indicaret. Jucundum eſſet æquè ac commodum perluſtrare, quos res literaria quotannis à fœlici optimarum diſciplinarum inſtauratione feciſſet progreſſus, quas (ut omnium rerum ſunt) viciſſitudines ſubiiſſet; quæ aliquando detrimenta, quæ ſubinde incrementa cepiſſet. Verùm id negotii non niſi ab homine admodum induſtrio & experientiſſimo confici poteſt: in quo concurrant oportet complures variæque dotes huic rei idoneæ; multa ex aſſiduâ longâque in celebribus paſſim bibliothecis conſuetudine cognitio; frequens cum viris ſui ævi literatis commercium; memoria capax & tenaciſſima; acerrimum promptúmque judicium; humanitas adhæc & modeſtia, quâ poſſit & ſuas & aliorum ſententias æquâ lance penſare.*

*Redeo ad meos Annales, quos intrà centum annos concluſi: abunde me de doctis omnibus fuiſſe meritum, laudíſque ſatìs adeptum ratus, ſi, quicquid in republicâ librariâ per totum hoc ætatis ſpatium geſtum eſt, pleniſſimè dicere, ordine dilucido enarrare, orationis artificio ornare potuiſſem. Quanquam autem illos his terminis circumſcripſerim, viſum eſt tamen huic tertio Tomo Appendicem ſubjicere: quâ, quoniam antehac in duobus libris de Stephanis aliíſque Pariſienſibus aliquot typographis diſſerui, tempus dictis Annalibus præſtitutum ulteriùs prorogem; alterámque, quæ ad Pariſienſes ſolummodo clariores typographos reſtringatur, centuriam contexam. Quemadmodum igitur præcedentes Annales typographiam univerſam ſub aſpectu magìs generali expoſuerunt; ſic Appendix iſta typographiam ſolam Pariſienſem, eámque præſertim Regiam attinget; & ea, quæ in illis duobus tractatibus ſuprà memoratis omiſſa ſunt, prout aut corrigendi aut augendi mihi facta eſt copia, ſupplebit. Appendici brevis interjicietur de typographiâ Lugduno-Batavâ digreſſio. Vale, Lector: & exorem ſine, ut tua, quicquid in me meíſque lucubrationibus ſemper erit ſupplendum, ſuppleat benevolentia.*

AN-

# ANNALES TYPOGRAPHICI.

FAlſò queſtos de Arte Typographicâ nonnullos accipimus, quòd ex eâ plus mali quàm boni ortum ſit; quòd pleroſque labore, quo in deſcribendis codicibus exercebantur, ſumptúque, quem in coëmendis manuſcriptis faciebant, levatos deſidia invaſerit; quòd vitia multa in literas, multa in mores fuerint diſſeminata. Nam contrà reputando neque operoſiorem artem neque utiliorem invenias; magisque arti curam diligentiamque hominum quàm juvandi facultatem deeſſe; ideòque ad corrumpendum, quicquid eſt, ſuâ naturâ optimum, plùs valere depravatam mortalium indolem, quàm artem per ſe beneficam & ſalutarem ſanis moribus aut bonis literis obſtare; uſum rerum omnium non ab ipſis rebus, ſed ab ùtentis animo, qui vitæ Dux eſt & Imperator, unicè pendere. Si prima, quibus Typographia inventa eſt, tempora repetamus, eademque cum illis, quæ præiverunt, conferamus; conſtabit multis retro ante illam repertam ſæculis ſpiſſàm paſſim incubuiſſe ignorantiam, Græcas penitùs exoleviſſe literas, Latinas incultas & neglectas jacuiſſe, barbarum quendam pro Romano in Scholas irrepſiſſe Sermonem ſolœciſmorum ſqualore & fœdo inſcitiæ ſitu horrentem: illâ verò exortâ & facem quaſi præferente, diſcuſſas paulatim evanuiſſe tenebras; cœpiſſe ſtatim omnes eò loci, ubicunque lux illius affulſerat, confluere; ad meliorum diſciplinarum ſtudium, ad famam imò & honores viâ doctrinæ graſſari; veternum deponere; artibus fideliter excultis mores emollire, & ab agreſti feritate ad humaniorem cultum revocare. Viſa eſt novum quodammodo vultum induiſſe natura; & in obſcurorum virorum locum clarior eruditorum ſuccreviſſe ſoboles.

Optimè de literis ageretur, ſi noſtrorum temporum typographi, hortatu & ſubſidiis virorum nobilium doctorumque excitati, cùm veterum typographorum exempla intuerentur; vehementiſſimè animum ad artem pulcherrimam accenderent: ſi memoriâ laborum ab iis in re typographicâ exantlatorum ea flamma in pectore creſceret, neque priùs ſedaretur, quàm ſuâ induſtriâ eorum famam atque gloriam, ſi non vincerent, ſaltem adæquarent. At quotus quiſque omnium nunc invenietur his moribus, quin lucro quæſtûque, non peritiâ & literarum ſtudio, cum illis veteribus contendat? Incaſſùm tamen niti, neque aliud, ſe fatigando remque totam familiarem impendendo, niſi damnum quærere (qualem nonnùllorum fuiſſe * typographorum ſortem comperimus)



* Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 48. 49. 50. 51.

muſ) extremæ dementiæ eſſe videatur. Fatendum eſt ſanè, neſcio quo temporum humanæve indolis vitio plerumque evenire; ut artes, quæ literis inſerviunt, famam ſuis cultoribus faciliùs concilient, quàm famem depellant; fortunæque fabros ex Vulcani Officinis & collybiſticis Mercurii tabernis ſæpius quàm ex bibliothecis prodire; Apollinis lauro aut olivâ Minervæ frontem magis ſplendeſcere quàm pingueſcere marſupium; typographos pauciſſimos ad opimas dignitates perveniſſe aut multam corraſiſſe pecuniam, niſi unum forſan & alterum, qui artem aliquam aliam lucroſiorem & minùs aliquando honeſtam, quàm typographicam, exercuerit. Magnam fortunam literæ ornare quidem poſſunt, vix parare & alere: nec mirum, ſi Muſas mythologi finxerint Virgines, quippe indotatas. Nullum ævum ſolumve virorum eruditione præſtantium fuit unquam feraciſſimum, niſi ubi principes magnateſque, non luxui & otio, non rebus ludicris & malis artificiis unicè dediti, doctrinæ doctiſque faverunt.

Artes patrocinio aluntur: & neſcio, an Aldus ad id culmen typographiam promoviſſet, niſi Princeps Albertus Pius, cujus nomen ſibi adoptavit, ejus induſtriam peritiamque muneribus excitaſſet, & prædiis ditâſſet. Robertus Stephanus, Francisci *primi* auſpiciis & beneficentiâ adjutus inter artifices ſibi coætaneos primas meruit: regiâque communitus gratiâ fregit odium * Theologorum, litigiis ipſorum ſemper vexatus, ſemper ſuperior; donec poſt obitum patroni non multos annos Lutetiæ commoratus invidiæ cedere & ſolum natale vertere cogeretur; annoque 1552. Genevam ſe recipere. ibi cum affini ſuo Conrado Badio, cujus opera Pariſiis anno 1548. uſus fuerat, quique ante ipſum jam patriæ valedixerat, familiaritatem conſortiumque typographicum redintegravit. Amicitias ſtudioſus coluit Calvini cæterorumque Reformatorum, qui Genevæ aſylum aperuerant, Theodori Bezæ, Andreæ Riveti: quorum operibus variis imprimendis prælum illius inſudavit. Totum illud reliquum, quod inter Geneveneſes egit, vitæ tempus impendit ferè unicè aut Bibliis aut tractatibus ad Bibliorum expoſitionem ſpectantibus evulgandis: nec ſolùm aliorum ſed & ſuas interdum Theologicas lucubrationes typis mandavit; ut facilè agnoſcas hominem in Theologiâ non mediocriter verſatum. Denique poſtquam vitam omnem & ſuæ, quam profitebatur, & aliis omnibus liberalibus, quarum pleraſque minimè ignoravit, artibus promovendis addixiſſet, anno Chriſti 1559. ætatis ſuæ 56. 7. Id. Sept. Genevæ, laborum magis quàm annorum plenus, vitam, ſi hos ſpectes, brevem, ſi illos, longiſſimam finivit. † Opulentam, quam reliquit, ſupellectilem liberis, qui Genevæ manerent, legavit; excluſis ab hæreditate pa-

* Lege Annal. Typogr. Tom. II. pag. 452. uſque ad pag. 458.
† Lege Thuan. p. 605. 606.

paternâ, qui hâc lege, non tenerentur. Ei ſuperſtites fuerunt filii, HENRICUS, ROBERTUS, FRANCISCUSQUE; & filia CATHARINA, quæ linguam Latinam uſu, non grammaticâ, didicerat; quamque anno 1515. adhuc in vivis fuiſſe ex fratre ejus ** Henrico comperimus. Mors ROBERTI STEPHANI, cujus vitam in horum Annalium Tomo præcedente § abruptam in hujus principio reſumere viſum eſt, me ſtatim ad finem his Annalibus præſtitutum deduxit. Ad annum itaque, in quem antea deſieram milleſimum quingenteſimum trigeſimum ſextum revertor.

JOANNES LODOICUS TILETANUS (*a*) ſummâ fide parique diligentiâ typographus Pariſiis anno 1536. inclaruit; (*b*) viâ ad D. Hilarium ſub ſigno D. V. Mariæ; & (*c*) è regione Collegii Remenſis, ædes incolens. *Horæ* Græcè ann. 1538. apud illum (*d*) ſub baſilisco & quatuor elementis excuſæ ſunt. Illius prælum (*e*) JOANNI ROIGNY (*f*) JOANNI PARVO (*g*) MICHAELI VASCOSANO, & (*h*) GULIELMO RICHARDO etiam inſerviit. TILETANO operam præbuit in excudendo (*i*) CONRADUS NEOBARIUS, in corrigendo (k) GULIELMUS MORELIUS. TILETANI Inſigne typographicum erat (*l*) binæ manus junctæ tenentes erectum caduceum papaveribus & ſpicis cinctum, cum litteris I. L. (*m*) Aliud nonnunquam habuit, ſcilicet (*n*) echeneïda telo transfixam, cum hôc verbo, MATURA. Libros (*o*) Græcos Latinosque ſatis quidem multos pro

** Lege Hiſtor. Steph. p. 89. 90.

§ pag. 543.

(*a*) Lege ad finem *Schol. in Cicer. de Legib.* 1538. & *Præfat Vinet. ad Theognid.* 1543.

(*b*) ASCON. *in Cicer.* 1536. *Cicer. de Legib.* 1538.

(*c*) CICER. pro MARCELL. 1539. SALLUST. *Jugurth.* 1547.

(*d*) Id erat JOANNIS ROIGNY ſignum.

(*e*) CICER. *Oration.* 1536. NIPH. *in Elench. Ariſtot.* 1540.

(*f*) GELEN. *in Plin. Hiſt.* 1536.

(*g*) AUL. GELL. 1536.

(*h*) GEMM. PHRIS. *Arithmet.* 1545. GULIELMI RICHARDI inſigne erat *Gallina*, cum his verbis, *in pingui Gallinâ.*

(*i*) VELCUR. in ERASM. *Cop.* 1539. De NEOBARIO poſtea.

(*k*) Lege Epiſtol. MORELII ante obſervat. in Cicer. de Finib. 1546.—*Græcorum inſtitutionibus nonnihil inſtructior, corrigendis chalcographorum exemplaribus à Joanne Lodoico Tiletano librario diligentiſſimo tum demum præficior, nactus equidem Spartam, quam ornare pro dignitate ne doctrinâ quidem plus quàm mediocri præditus poſſit.* De GULIELMO MORELIO, deinceps dicetur.

(*l*) CICER. *de Leg.* SALLUST. *Jugurth.* 1547.

(*m*) *Theognid.* 1537.

(*n*) De quo emblemate conſule ALCIATI Emblema vigeſimum, & in idem CLAUD. MINOIS comment.

(*o*) *Theognid.* 1537. *Horæ in laud. Virgin.* rubricis decoratæ 1538. *Zoroaſt. Magic.* 1538. *Ariſt. Ethic. Nicom.* 1540. *Eurip. Med.* 1545. *Sophoc. Antigon.* 1540. *Ariſtoph. Thesmoph.* 1545. *Plat. Tim.* 1542. *Macropæd. Inſtitut. Græc.* 1542. ubi ad finem adjecit ordine literario abbreviationes literarum, quibus decoris & brevitatis gratiâ in ſuis typis uſus eſt. In harum Inſtitutionum, uti etiam *Ariſtot. Nicom.* & *Theogn.* 1537. ac *Zoroaſtr. Magic.* 1538. & *Hor.* 1538. editione Cyphras neglexit & Reclamantes.

pro tempore, quo curavit typographiam, in lucem. In Latinis characteres certè exhibuit elegantiſſimos cùm (*a*) Italicos tum (*b*) Romanos. Erratorum fuit, (*c*) in Græcis præſertim, accuratiſſimus emendator. De illius eruditione ſcribendique peritiâ dubitare non ſinunt (*d*) aliquot epiſtolæ libris ab ipſo prodeuntibus præfixæ; è quibus, ne in quærendo lector faciat moræ diſpendium (*e*), unam hic ſubjiciam.

„ * Jacobo Lodoico, Viro doctiſſimo Joannes Lodoi-
„ cus S. Quum cætera Asconii monumenta deſint, ex quibus cogno-
„ ſcere poſſemus, quàm exacta cùm eruditione, tum judicio, in ſcrip-
„ tis Ciceronis examinandis interpretandisque fuerit, hæc frag-
„ menta, quamvis exigua & lacera, quæ nobis reliqua tanquam ex
„ naufragio ſuperſunt, abundè, & planè, quod aiunt, leonem ex un-
„ guibus oſtendunt. Quæ quum legimus, reliquarum ejus accuratis-
„ ſimarum lucubrationum ſummo deſiderio non teneri non poſſumus,
„ quippe qui hæc ipſa, qualiacunque adhuc fuerunt, adeò neceſſaria
„ intelligamus, & ſinè iis multa antiqui moris inſtituta, Cicero-
„ nis loci non pauci obſcuriores intelligi nequeant; ac vehementer
„ errare eum ſit neceſſe, qui Pædianum non fuerit ſecutus. Quanto
„ bono Ciceronianæ lectionis ſtudioſis eſſet, ſi nobis hic integer divi-
„ nitus aliquando tandem daretur; quod ut in cæteris eſt veterum mo-
„ numentis deperditis deplorandum, ſic in hôc vel maximè. Quum
„ igitur hunc auctorem non ignoraremus ſtudioſos, multos jam men-
„ ſes in noſtrâ Academiâ deſiderare, & à prioribus editionibus legen-
„ dis, horridis immanibusque mendis deterreri, pro noſtro in hoc ge-
„ nus affectu, animo alacri, ſtudioque maximo, conſulendum labori
„ multorum, ſuccurrendum Ciceroni, Asconii lucubrationi-
„ bus ſuum eſſe precium reddendum, quantum fieri poſſet, putavi-
„ mus. Summâ itaque diligentiâ conquiſitis undique codicibus, iisque
„ collatis, cum in his parum eſſet præſidii ad Asconii inſtauratio-
„ nem, conjecturam advocavimus, non unius aut alterius horæ, ſed

„ die-

(*a*) *Schol. in Cicer. de Lege* 1538. *Cicer. Rhetor. ad Herenn.* 1543. *Horat. Poëm.* 1543. *Salluſt. Jugurth.* 1547. &c. *Juſtini Hiſtorias* ann. 1543. typis etiam excudit Italicis, ſed non eâdem elegantiâ.

(*b*) *Cicer. Oration. cum comment* 1536. *Cicer. Partit. Orat.* 1543 *pro Marcell* 1539. *Plin. de Vir. Illuſt.* 1542 &c.

(*c*) Vide indices Errator. *in Theogn.* 1543. & *Ariſtoph. Theſmoph.* 1545. &c.

(*d*) Lege Tiletani *Epiſtolas ; ad* Cornelium Musium *Delphum Theologum in Bed. Comm. ad Proverb.* 1536 *ad Theologiæ candidatos*, in *Lombard. Senten.* 1537. ubi ſcribit *Pet Lombardi in D Pauli epiſtolas commentarios ſuperioribus diebus ex ſuâ chalcographiâ emiſſos, plauſuque ingenti exceptos* : ad ſtudioſos in Theogn. 1537. quibus promittit *propediem Heſiodum commentariis accuratis, & nunquam adhuc editis inſignem, ſi ſuam voluntatem, quam temporum retardabat iniquitas, juvaret* ſtudioſorum *benevolentia.* An id unquam impleverit promiſſum, dubito.

(*e*) *Aſcon. in Cicer. Orat.* 1536.

(*) Hic Jacobus Lodoicus, neſcio, an Joannis noſtri affinis fuerit.

„ dierum ſæpe multorum: quâ non pauca, ut ſpero, proſperè ceſſerint. Porrò in quibus nec codices prodeſſe, nec conjectura juvare poterat, doctos conſuluimus: præſertim GULIELMUM BUDÆUM, & LODOICUM ALVAREM *Luſitanum*, quorum codicibus in hâc noſtrâ editione, ut cæteros taceam, uſi ſumus: ut affirmare ſinè mendacio & fuco poſſim, plus quadringentos locos exiguo in libello emendatos; eoque effectum jam, ut qui antea non niſi cum graviſſimâ animi moleſtiâ devorabatur, magnâ cum voluptate, parique utilitate legi poſſit. Quod tamen non ita accipi velim, ut nulla doctioribus relicta ſint: ſed ea eſſe hujuſmodi, ut aut codicem vetuſtiſſimum, aut hominem divinum prorſus requirant. Quo in genere ſi elaborare velles, plurimum in primis te poſſe, non mihi ſolùm, ſed aliis etiam plurimis perſuaſum eſt, qui jam in optimis authoribus fidem feciſti: ad quæ in lucem proferenda te animum inducere par eſt. Quocirca nemini juſtiùs hic labor dedicari poſſe mihi viſus eſt, quàm ei qui in reſtituendis authoribus enarrandiſque ſummâ fide operam jam diu navârit. Accipe igitur hoc quicquid eſt, alacri animo, pignus meæ in te benevolentiæ, ac laboris mei teſtimonium, qui hiſce in rebus author & dux eſſe omnibus potes: & tantum in hôc genere te velle, quantum potes, declara. Vale. Ex Officinâ noſtrâ Librariâ 1536. Menſe Majo.

TILETANUS, cùm in typographiam decennium, quo in utrâque linguâ plurima veterum authorum opera ſelectiora edidit, impendiſſet, annno (*a*) 1547. fato functus eſt. Illum laudavit in ſuâ ad *Lælium Ciceronis* 1547. præfatione (*b*) MARTIALIS ROGERIUS, & epitaphiis

(*a*) Eo anno *Salluſt. Jugurth.* impreſſit.

(*b*) ROGERII verba integra addere hîc viſum eſt. —— *Chalcographi utinam ut lucri odore delectantur, ſic etiam caſtigatores diligentes haberent. Fuit, fuit olim, apud veteres illos Bibliopolas hic mos, ut magno conductos ſtipendio Ariſtarchos, aut Ariſtophanes omni genere doctrinarum & linguarum perpolitos ornatiſſimóſque haberent, cùm ipſi nihilominus interim doctiſſimi eſſent. Tales viri quaſi divino furore perciti, obſcuriſſimos poëtarum & quorumcumque ſcriptorum ſenſus, aut interpretabantur, aut cenſoriâ quâdam virgulâ, ſuum cuique tribuebant. Nunc verò ( proh pudor ) avaritia multorum, aut paupertas quorundam, aut dementia aliorum, quò proceſſit? Videas ipſos etiam indoctos hôc munere fungi ( ſi quos tamen interim habent ) qui ſæpe neque nare, neque literas ſciunt. Vix unam linguam perfectè, vix unam aut duas artes plerique novere. Non enim de omnibus loquor: nam plerique doctos habent.* —— *Hâc in re primùm adjutus fueram non mediocriter ab optimo & doctiſſimo viro Joanne Lodoico Tiletano, quâ mente ille in bonas literas & pietatem fuit. Hunc ego bonum virum ( utinam adhuc in humanis ageret ) non ſecus ac Scipionem Lælius, deploravi. Quàm multa ille de beatorum præmiis & gloriâ, de pietate in omnes, mecum aliquot diebus ante mortem locutus eſt! Ut prætfeream illa, quæ fidenter familiaribus dixiſſe fertur, ut non ad mortem trudi ſed in cælum videretur aſcendere. Is ergo bonus vir ( ſæpe enim ſic eum nomino ) ille eſt, cujus operâ illorum D. Victoris exemplarium collatione uſus ſum. Quâ in re ille me plurimùm juvit, & mediam ferè partem commentariorum noſtrorum conſcripſerat »*

taphiis ornavit (*a*) HENRICUS STEPHANUS.

Non libet à TILETANO ſejungere CONRADUM NEOBARIUM; quo typographus vix ullus & brevius in arte exercendâ tempus confecit, & majorem in eâdem laudem meruit. Anno (*b*) 1538. creatus eſt Librarius juratus, & verbis honorificis ab Univerſitatis Rectore ſalutatus. Anno 1539. Græcè *Anonymi Commentarium in* ARISTOTELIS *Rhetoricam*, ſui preli primitias, CLEOMEDIS *Meteora*, OCELLUM LUCANUM *de Univerſo*, edidit, & excudit Regius in Græcis Typographus; anno 1540. *Apoſtolicos Canones*, ADAMANTII *Phyſiognomonica*, & ARISTOTELIS PHILONISQUE *de Mundo* libellos: eodemque hôc anno deceſſit ante Aprilem; quo ſcilicet menſe, *Emundæ Tuſanæ* ipſius viduæ ſumptibus prodierunt ALEXANDRI APHRODISII *Iatrica problemata*, & ejusdem impenſis anno 1541. CASSII *Iatroſophiſtæ* medicinales de animalibus Quæſtiones.

Immaturas NEOBARII exequias epitaphiis etiam (*c*) HENRICUS STEPHANUS cohoneſtavit.

NEO-

*ſerat, &, niſi mors immatura præveniſſet, editurus erat. Quâ in re non mirum ſi quædam ex ejus ſcriptione errata obvenerint, cùm non omnia aſſequeretur. Sed & idem paucis annotationibus ſuis me juvit, paucis item à Franciſco Sylvio Ambiano præceptore meo: qui aggreſſurus erat commentarios in hunc, ni mors immatura præveniſſet.*

(*a*) Lege *Art. Typogr. Querim. apud* H. STEPH. 1569.

ΛΟΥΔΟΙΚΟΥ ΤΙΛΕΤΑΝΟΥ
ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

Καὶ ὅδε ταῖς Μούσαις φίλον ἦν κάρα, ὃς φιλεούσας
 Ἀντεφίλει, τούτων ἄξιον ἦθος ἔχων.
Ἀλλὰ τυπογραφικῆς λίπεν ὅσσα πονήματα τέχνης,
 Οὐκ ἄρα τῆς κείνου ἄξια εὐφυΐης.
Καὶ γὰρ ὑπὲρ δύναμιν τολμᾷν τι φοβούμενος ἔργον,
 Οὐ μεγάτολμος ἔην οὐδέγε καδδύναμιν.

LUDOVICI TILETANI
EPITAPHIUM.

Notus & hic Muſis, charus fuit hic quoque Muſis,
 Et dignus Muſis huic quoque candor erat.
Non ſat digna illis tamen hic monumenta reliquit,
 Iudiciόve ſuo digna vel ingenio.
Dum ſiquidem majora timet ne viribus auſit,
 Auſus viribus eſt ille minora ſuis.

Cenſura, quam HENRICUS STEPHANUS laudi TILETANI admiſcuit, duriuſcula paulò, & TILETANO indigna eſſe mihi videtur; magisque HENRICI STEPHANI ingenio arrogantiori & moroſiori (lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 485) quàm TILETANI induſtriæ convenire.

(*b*) CAILLE p. 110.

(*c*) *Artis Typograph. Querimon.* 1569.

ΚΟΝΡΑΔΟΥ ΝΕΟΒΑΡΙΟΥ
ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

Καί συ τυπογραφικῆς μόλες ἂν ποτὶ πείρατα τέχνης,
 Εἴγε πρόωρόν σοι μὴ πέρας ἦλθε βίου.
Ἀλλ' εἰ καὶ ἀτελεῖς τοὺς σοὺς προλέλοιπας ἀέθλους,
 Ἐσσί γ' ὅμως τελέου ἄξιος ἐσσὶ κλέους.
Οὐκ ἀπὸ γὰρ κάμνοντα μόρος σ' ἕλεν, ἀλλ' ἄρα μέσσου,
 Ὥσπερ ἀεθλητὴν, ἥρπασεν ἐκ σταδίου.

Α Λ Λ Ο.

Ενθάδι Κονρᾶδος κεῖμαι, ὃς πολλὰ καμόντος,
 Μάρτυρα τῶν καμάτων οὐ πόρεν ἔργα βίος.
Μάρτυς δ' ἐστὶν ἐμοὶ καμάτων μόρος. ἦ γὰρ ἐκεῖνος
 Τοὺς καμάτους βιότῳ συγκατέμαρψεν ἐμῷ.

ΑΛΛΟ.

Neobarius Tiletano anno 1539. in excudendis Velcurionis in Erasmi *Copiam ſcholiis* (*a*) ſuam commodavit operam. Illum Jacobus Marthanus *Pictavienſis* laudat virum *elegantium litterarum peritiâ* prǣditum; ſcribitque ſe (*b*) *illius rogatu & precibus adductum* Latinè *vertiſſe* Zoroastri *Libellum* Plethonisque *in eum commentarium.*

Neobarii Typographicum inſigne fuit ſerpens æneus in patibulo ſive ſigno T ταῦ erectus, cum his (*c*) aliquando vocibus TYP. SAL. i. e. *Typus Salutis* vel *Salvatoris.*

Illum Latinarum & Græcarum litterarum non mediocriter peritum fuiſſe ſequens demonſtrabit (*d*) epiſtola.

Georgio Selvæ, *Epiſcopo Vaurenſi*, Conradus Neobarius. *S. Moris eſt nec paucis nec obſcuris exemplis comprobati, præſul digniſs. ut ſi quid vel officii, vel operæ, vel denique muneris, præſertim literatis in Rempub. eſt conferendum, id modò amici cujuſpiam, modò viri principis nomini auſpiciisque nuncupetur: quò vel hujus in Repub. authoritas gratiaque, ſycophantarum calumnias reprimat: vel illius ſtudium atque benevolentia, invidorum malevolentiæ occurrat. Quæ ratio, ſi cuiquam aliàs ritè uſurpata, certè in præſentiâ nobis ſuſcipienda eſt: ut quem rei literariæ laborem impendimus, à rigido Momi judicio tetróque Zoili livore vindicemus. Nam advertimus permultos eſſe, quibus nihil perinde in votis eſt, atque tum fortunam noſtram, etſi vixdum ulla eſſe cœpit, convellere: tum quam promovendis literis Græcis regiâ benignitate adjuti navamus operam, ex profeſſo calumniari. Diſpicientibus itaque nobis laboris noſtri patronum, qui & publicè authoritate juxta ac gratiâ polleret, & nos privatim animo benevolo complecteretur: & opellæ à nobis impenſæ ſtudiique collocati perbellè conſcius eſſet: occurriſti, præſul vigilantiſs. præ cæteris accommodus, ſub cujus nomine auſpiciiſque primos typographiæ noſtræ partus, Muſis elegantioribus deſtinatos, in vulgus emitteremus. Nam ſi vel gratiæ vel authoritatis rationem ſubduco, utranque in te reperio non vulgarem: quarum alteram, ſingularis tua erga literas*

ΑΛΛΟ.

Κύδιμος ἐκ καμάτων ἄλλοις βίος· οἱ δ' ἐμοὶ ἄρδην
Οἴχονται, θάνατον μοῦνον ἐφελκόμενοι.

CONRADI NEOBARII EPITAPHIUM.

Doctrinâ paucis, nulli probitate ſecundus,
Conradus fato hìc accelerante jacet.
Namque typographicæ labor hunc, labor improbus artis
Incolumem Muſis noluit eſſe diu:
Sed tandem, longo capitis comitante dolore,
Illum, Muſarum ſpem paritérque rapit.

(*a*) Anno 1539 *Actuar. de Medicam.* Latinè prodiit per Conradum Neobarium *ad D. Hilarium ſub. V. Mariâ*: unde conjicio Tiletano (qui ibidem habitabat) Neobarium in *Actuario* etiam edendo ſocium fuiſſe.

(*b*) Lege Epiſt. in princip. & fin. *Zoroaſt. Mag.* Latin. apud Tiletan. 1539.

(*c*) Cleomed. *Meteor.* 1539.

(*d*) *Comment. in* Aristot. *Rhetoris.* 1539.

*literas evehendas benevolentia cum pari ſtudio conjuncta; alteram vero, legitima ſuſcepti abs te muneris defunctio tibi conciliat. Deinde quâ nos privatim benevolentiâ proſequeris, locupletem habemus teſtem, tuam in communicandis vetuſtis codicibus facilitatem. Jam de labore hôc noſtro, te nemo poteſt judicare rectiùs. Nam in his Commentariis edundis tuo ſumus uſi codice, eóque unico, ac multis in locis ſcribæ, ſi non inſcitiâ, at ſaltem negligentiâ depravato. In quo reſtituendo, quantum equidem laboris ſit nobis exhauſtum, quantúmque deſudatum, teſtes habemus non vulgares, quorum operâ judicióque ſumus adjuti: an vero operæ precium fecerimus, tuo id candori judicandum ſubmittimus. Haud igitur immeritò hos in Ariſt. Rhetoricen Commentarios tuo nomini dicatos in vulgus prodire cupio: partim ut eâdem operâ, & tibi pro ſingulari erga me benignitate gratias agam, & juventuti præcipuum tui erga ipſam ſtudii candorem gratuler: partim ut meis laboribus, quos ſcio fore ut permulti immodeſtiùs vellicent atque calumnientur, patronum eum præficiam, in cujus judicio benevolentiâque, mihi liceat conquieſcere. Quando itaque & tenuior eſt facultatum mearum modulus, & minor ſuppetit ſtudiorum ratio quàm ut vel re vel officio mihi liceat parem tuo erga me animo gratiam reponere, ſumpſi id quod proximum eſt animi grati declarandi argumentum, nimirum gratias agendi munus. Quare maximas tibi gratias ago, ac majores etiam nunc habeo, quàm calamo exarare liceat, quòd me & quam ex profeſſo ſuſcepi, Græcam typographiam præcipuâ quâdam benevolentiâ paríque ſtudio proſequeris: adeò ut nihil habeat inſtructiſſima illa tua bibliotheca, tantis vel ſumptibus, vel operis, vel denique vigiliis comportatum, quod non gratis modo, ſed & ſtudiosè nobis excudendum typis, invulgandúmque offeras. Vobis itaque, ſtudioſi adoleſcentes, gratulor tantæ ad ſtudia veſtra rite conſtituenda provehendáque commoditatis acceſſionem. Patet enim nobis præſulis Vaurenſis, viri cùm literis tum religione clariſſimi bibliotheca, vetuſtis pariter ac probatis codicibus inſtructiſſima: ex quâ & has primitias jam proferimus, & in poſterum licebit ad communia ſtudia depromere, quantum vel ſumptus noſtri ferent, vel animi veſtri candor induſtriáque merebitur. Argenteos montes vobis pollicemur, fortè aureos præſtituri, ſi & fortunâ ſecundâ, & veſtrâ erga nos benignitate utemur. Sed hìc me ſupplicem ad pedes tuos provolvo, præſul benigniſs. ne vel temeritatis vel impudentiæ me condamnes, ſi tibi videor de alieno theſauro liberalius promittere: nam ſingulari tuâ cùm erga meam typographiam, tum erga rem literariam propenſione fretus, nihil equidem apud te eſſe ſtatuo, de quo non debeamus, vel ego mihi cæteríſque omnia benignè polliceri, vel ſtudioſa juventus optimè ſperare. Has igitur preli noſtri primitias tuæ tutelæ ſuffragiiſque commendo, ut ſi quid vel Momi rigor immodeſtius damnabit; vel Zoili livor illiberalius calumniabitur, id partim æquiſſimo tui judicii candore, partim authoritate & gratiâ à periculo vindices. Quod ubi abs te fieri ſenſero, ſedulo me hercle in ſuſceptam provinciam incubuero, quo tum amicorum de me expectationi ſatisfiat, tum permulti authores Græci à ſitu*

*tu*

*tu & tenebris in lucem aſſerti, non unius modo Galliarum civitatis, ſed totius adeò regni jure donentur. Vale. Lutetiæ ex muſæo noſtro* 1539. *Auguſti* 12.

*Lectori S. En tibi, candide lector, quos diu multúmque ſummis votis efflagitâſti, Græcos in Ariſtotelis Rhetoricen commentarios tandem exhibemus, quantâ licuit fide induſtriâque typis exaratos: eos quidem anonymos, atqui tantâ fruge & commoditate refertos, ut ab authoris nomine ad ſui commendationem ſuffragii nihil deſiderent. Nam ut à ſophiſtarum more ſibi temperat hic author; ita grammatici fidíque interpretis partibus perbellè defungitur. Pro virili enim dat operam, ut in Ariſtotelico contextu nullum non ſcrupulum lectori eximat: & hoc ea brevitate, quam rei ſuſceptæ conditio ferebat. Cæterum ſi quis perget eſſe moleſtus, ac ſuppreſſi nominis cauſam pertinaciùs exiget; huic in præſentia haud aliam quàm interpretis modeſtiam adſignatam volumus: ne, ſi in rhetoricis ſummi viri præceptis commentandis nomen expreſſiſſet, videretur vel in alienam meſſem avidè falcem immiſiſſe, vel labores ſuos parum modeſtè venditaſſe. Porro in his excudendis, tum Ariſtotelis verba, tum ſi quid vel ab interprete ex profeſſo definitur, vel alioqui notatu dignum ſeſe offert, his [ ] characteribus intercipiendum duximus, ut lectori, ſententiæ aut vocis cujuspiam interpretationem venanti, hoc inventionis compendium omnia facilius ſuggerat: quibus ſicubi nos abuſos animadvertes, non tam nobis adſignes vitium quàm codici, quo uſi ſumus, à typographica elegantia prorſum abhorrente; in quo concinnando, cum permulta ad limam nobis exigerentur; uſu venit, ut hi characteres alicubi haud opportunè ſeſe ingeſſerint. Vale, ac laborem noſtrum benignè amplectere.*

Eodem tempore, quo illi *Pariſiis*, DOLETUS *Lugduni* in ore omnium verſabatur, & varios de ſe ſermones excitabat inter eruditos, eosque primi ordinis: quorum alii ipſi impenſè favebant, alii infensè adverſabantur; alios ipſe laudibus ſummis efferebat, alios inſectabatur maledictis, ſemper laceſſens, ſemper laceſſitus; bonis quidem litteris, Latinique præcipuè ſermonis peritiâ imbutus, & ſupra annos exercitatus; ſed ſui famâ & opinione adeò præfervidus, ut ſibi multum ferè ſemper arrogaret, plerisque minimum tribueret. Ex odio demum, invidiâ & ſuſpicione factum eſt, ut immaturâ & violentâ morte vitam finierit infelix ille typographus brevis ævi, eruditionis haud vulgaris, indefeſſæ induſtriæ; ſi ætatem ſpectes, nulli ferè, niſi ſuum ſuperbiùs venditâſſet ingenium & primis ſe conſtanter adnumerâſſet, ſecundus: ævum tranquillius longiusque exitumque forſan meliorem, & litterato digniorem, ſi quiêſſet, habiturus. His ſummatim prælibatis, operæ pretium erit DOLETI vitam, laboresque plurimos, crebras lites, ac fata acerbiora, quibus agitata eſt, ex ipſius potiſſimùm verbis deſcribere.

(*a*) *Stephanus* DOLETUS *Gallus Aurelius* (*b*) *in Genabo præclaro Galliæ*

(a) Sic ſe in ſuis libris vocat. (b) DOLET. *Comment. Tom.* I. *pag.* 938. & *Epig.* lib. 2. carm. 58. *Ad*

*liæ oppido & (a) natus & ad duodecimum annum adoleſcens educatus eſt. (b)* Nicolao Beraldo *præceptore natus annos ſedecim Rhetoricam Lutetiæ didicit. (c) Hunc etiam* Simon Villanovanus *docuit Latini ſermonis puritatem atque artem Rhetoricam. (d) Patavii cum* Villanovano *bonam adoleſcentiæ partem feliciter tranſegit. (e) Ibi adoleſcens Epitaphium* Christophori Longolii, *& epitaphium* Simonis Villanovani *ſui in arte Rhetorica præceptoris inciſum in æs poni curavit. (f)* Baptistam Egnatium *Officia Ciceronis & Lucretium interpretantem juvenis Venetiis audivit. (g) Tholoſæ litteris legitimis operam dedit, ſodalitatis Gallicæ orator à Gallis electus.*

*(h) Natus annos ſexdecim (quo tempore (i) Rex Gallus ad Ticinenſem agrum in hoſtium manus proditione venit) Lutetiæ Pariſiorum poſitis Grammaticæ rudimentis ſe primùm Ciceronis lectioni dedit, & Latinè loquendi modos attentius obſervans ſibi Linguæ Latinæ commentarios cœpit conficere. Non eos tum, ut aliquando exituros, ſcribebat; at ſcriptione juvenili juvenem ſe exercebat. Creverunt ſimul hi cum ætate, & ſtudiorum progreſſu, ſed ipſi ſtyli fundamenta jacienti & formam jam conſtituenti ſatietate ſui penè factâ. Itaque ſtyli informandi ſtudio tempore longo ceſſerunt.*

Doletus arti poëticæ ſtuduit, in quâ ſibi multum arrogavit eique multum viri clari complures in iſtò exercitationis genere plauſerunt. Ecce ipſius de ſe, & de ipſo aliorum judicium.

(k) Doletus ad Hieronymum Vidam de ſe ipſò:

*Colluſimus, quæ ſi Criticus putat*
*Jejuna, componat Criticus vera*
*Exempta Criticis: mihi ipſe*
*Concino, non Criticis probanda.*
*Quod ſi Heſperæ oræ me minus audient,*
*Nec me ſcient vatem Auſoniæ ſcholæ,*
*Teſtabitur tamen Poëtam*
*Gallia chara ſuum Doletum.*

(l) Idem ad Librum.

*Liber, maledicti in te locum ſi fortè aliquis*

*Quæ-*

*Ad* Nicolaum Beraldum.
*Mecum,* Beralde, *gaudio exulta: cauſa eſt*
*Juſta, ipſa certè illa, Patriam noſtram utriusque*
*Genabum quòd ævo noſtro videamus magnis*
*Tot ingeniis florere. Patriæ laude*
*Gaudére, ſanè æquum eſt. Ob id gaudè mecum.*

(a) Anno 1509. circiter, uti poſtea probabitur.

(b) *Comment.* lib. 1. p. 1158. & lib. 2. p. 236

(c) *Comment.* lib. 1. pag. 1178.

(d) Lib. 2. p. 236.

(e) p. 967.

(f) Lib. 1. p. 1157.

(g) Lib. 2. p. 967. & lib. 1. p. 124.

(h) *Epiſtol. ad* Bud. *præfix Comment.* Tom. 1.

(i) Ann. 1525.

(k) Ibid. p. 14.

(l) Ibid. p. 14. 15.

*Quærit, modò quòd liberius*
(*a*) *Laſciviúsque loquare; modò quòd caſtiùs,*
*Severiúsque poſthabitâ*
*Genii hilarioris illecebrâ, dic Zoilo,*
*Aut cuipiam maledico alii,*
*Hominem omnium horarum eſſe me, & verſatilem*
*Ad quodlibet vitæ genus:*
*Non Stoicum magis, quàm Epicureum, ſi ferat*
*Res. Liberè vivere, vivere eſt.*

(*b*) Idem ad SALMONIUM MACRINUM.

*Nullum negaverunt mihi verſûs genus*
*Muſæ. Fundo Elegos tam facilè,*
*Quàm quisquam alius: Heroico bombo, ſi libet,*
*Diſtendo guttur feliciter:*
*Sapphon ſui cantûs genere laceſſere*
*Poſſim, æquaréque ſperem: denique*
*Nullum negaverunt mihi verſûs genus*
*Muſæ: ſed Iambicum placet*
*Plus cæteris verſûs generibus mihi,*
*Quòd ſenſa animi plurimo*
*Splendore verborum efferat pulchrè foras,*
*Nec eloquium noſtrum impediat.*

(*c*) SALMONII MACRINI.

*Prodite jam docti Doleti Carmina*
*Docta: & Senum, Juvenúmque manibus perpetuò*
*Terimini, ut eſtis digna ſummè inter alia*
*Poëmata aliorum Poëtarum, modò*
*Qui ſunt fuerúntve à Maronis ſeculo.*
*Sic vivite, ut digna eſtis, æternùm, & date*
*Veſtro Poëtæ nomen æternum ſimul.*
*Rivi, è nitidis, veréque vivis fontibus*
*Qui defluunt, ſervare perpetuò ſolent*
*Curſus ſuos. Quid fonte veſtro vividius?*

(*d*) NICOLAI BORBONII.

*Nuper Amicorum in cœtu cùm fortè ſederem*

*Ma-*

(*a*) Inter DOLETI carmina, nonnulla occurrunt laſciviora.
(*b*) DOLET. *Carmin.* p. 16.
(*c*) Ibid. p. 176.
(d) Ibid. p. 178.

*Magnum* DOLETUM *prædicans,*
*Me memini dixiſſe, tuæ mihi mira videri*
*Orationis flumina.*
*Flumina, quæ dixi, nunc dicere lumina malim,*
DOLETE. *Sed neutrum ſatìs*
*Appoſitè. Dicam ergo tuæ mihi mira videri*
*Orationis fulmina.*
*Flumina, luminàve ut dicam, ſeu fulmina: certè*
*Dixiſſe præſtat numina.*

(*a*) JOANNIS VULTEII.

*Orator bonus, & bonus Poëta*
*Si quisquam fuit, unus eſt* DOLETUS,
*Orator bonus, & bonus Poëta.*
*Ejusdem.*
*Rhetora te tantum ſi Secula priſca tuliſſent,*
*Jamjam immortalis lingua diſerta foret.*
*Secula ſi tantum noviſſent priſca Poëtam,*
*Jamjam immortalis Muſa canora foret.*
*Rhetora ſed poſtquam, ſimul hæc genuere Poëtam*
*Secula, noſter eris* VERGILIUS, CICERO.
*Te tua Poſteritas* CICERONEM *ſæpe vocabit:*
*Teque, ut* VERGILIUM, *mente, manuque teret.*

(*b*) GODEFRIDI BERINGII.

*Inter Latinos eſt Poëtas maximus*
VERGILIUS: *inter Rhetores eſt* TULLIUS.
*Lumen* DOLETUS *univerſæ Galliæ,*
*Utrumque ſi non vincit, exæquat tamen.*

Longè autem ſecus, atque illi, ſenſerunt BUCHANANUS & ambo SCALIGERI. BUCHANAN. *in Libro primo Epigrammatum;*

*Carmina quòd ſenſu careant, mirere,* DOLETI?
*Quando qui ſcripſit carmina, mente caret.*

Aliud reperitur BUCHANANI in DOLETUM Epigramma in Editione BEZ. & BUCHANAN. *Poëmat.* in 8. apud HENR. STEPHAN. 1569. pag. 133.

*Verba* DOLETUS *habet (quis neſcit?) ſplendida: verùm*
*Splendida nil præter verba* DOLETUS *habet.*

JOSEPHUS SCALIGER in *Scaligeran.* Prim. pag. 75. DOLETUS &

(*a*) Ibid. p. 177. (*b*) Ibid. p. 178.

& BORBONIUS *Poëtæ nullius nominis.* Lege etiam NAUD. MASCURAT. pag. 2. quem locum citat BAILLETUS in *Jugemens des Savans.*

JULIUS SCALIGER,* JOSEPHI pater, hæc adversùs DOLETUM ſcripſit Epigrammata: quorum unum propriè *Ciceronianos*, inter quos primas ſibi arrogabat *Doletus*, ſpectat.

*De* DOLETI *Poëſi.*

*Quisquis* DOLETUM *laudat ut poëtam,*
*Laudat* DOLETUM, *non ut eſt poëta.*
*Non eſt idem poëta, quod* DOLETUS.
*Nihil,* DOLETUM *præter, eſt* DOLETUS.
*Quisquis* DOLETUM *laudat, ut poëtam,*
*Nec laudat is poëtam, nec* DOLETUM.

DOLETUS *Iambos vitiavit. Iambus alloquitur ſeipſum.*

*Age, age, age Iambe, Iambe tete ſuſcita:*
*Pete, cæde, rape, trahe, contrucida, diſſipa.*
*Adſum, minaci luridum metum manu,*
*Et angue cinctam flammeo linguam gerens.*
*Sic me* DOLETUM *vividum, & ſævum, & trucem,*
*Elanguidum feciſſe? nec micam ſalis*
*Tuæ indidiſſe inconditæ farragini?*
*Ille exul abs te factus, & tuis procul*
*Ineptiis aſello ineptioribus,*
*Redeo tibi hoſtis acer; edicens, Canis,*
*Ne me laceſſas: namque de nugis tuis*
*Quod ſentiant emunctiores judices,*
*Quibus acre acetum terſit anfractum aurium,*
*Audire par eſt. Ii furentem inſaniam,*
*Atrum ſinè igne ac luce te fumum vocant,*
*Et corticem medullæ inanis putridum.*
*At te catelli, Barde, mirantur tui,*
*Lingúntque purulenta carcinomata,*
*Lactuca labias ut habeat pares ſibi.*

*De* DOLETO.

*Qui corticem te literarium dixit,*
*Multo ſecurim juſtiùs vocaviſſet;*
*Cui comparati mille Sillotimones*
*Dicantur eſſe* LÆLII, *aut* ARISTIDÆ;

 *Te-*

(*) Vid. JUL. CÆS. SCALIGERI. *poëmata*, in 8. 1574. p. 194. 354. 403. 409. 422.

*Teredinem, fucumve, porricidamque,*
*Et lucis hoſtem frugimordicam blattam:*
*Sed hanc putavit eſſe pro tuis libris.*

*De Ejus libris.*

*Cur literæ've lineæ've diſtortæ*
*Sunt verſuum, quos ſarcinavit inſanus?*
*Quæris, requiris, enecas requirendo.*
*Dulcis Suarde norma literatorum,*
*An labra neſcis convenire lactucis?*

*De libris, quos inſcripſit* DOLETUS: *Fata* FRANCISCI *regis.*

*Quòd Tullianis rapta fruſta de libris*
*Licere credit inſeri ſuis nugis;*
*Æſopici qui graculi refert pennas;*
*Idem putavit poſſe congeri verſus*
*Ternos Maronis jugiter quaternosve.*
*Ibi quaſi nitela lucis obryzæ*
*Latè refulgent purpuræ've flos puræ*
*Aſſutus uncto pallio rogatoris.*
*Circunferuntur hæc tamen, leguntur que:*
*Nec, lente Phœbe, rumperísve rumpísve.*

*De Ciceroniaſtris.*

*Pulchrum atque pulchro pulchrius reor, caſtè*
*Loqui, politè, lege Tullianorum.*
*At verba corrogare more mendici,*
*Quaſi oſtiatim mî petam dari buccas,*
*Magìs probroſum, quàm eſurire cenſebam.*
*Non verba pura ſenſibus meis aptem;*
*Sed ſenſa verba accommodare conabor.*
*Quapropter uti oratione decrevi,*
*Modò Latina, ut quæque venit in mentem;*
*Tamen decoro dura ſi queam flexu*
*Mollire, mutem. Barbari eſt, ſui plenum*
*Pigere limæ, pœnitere verſuræ.*
*Verùm admodum: niſi iſta cum modo fiant:*
*Quæ recta ſunt, faſtidioſus arrodas,*
*Pejora ſæpe ſubſtituta commendant.*
*Si tu ergo terſa, pura me loqui credas,*
*Ut* CÆSAR, *ut* TERENTIUS; *ſtatim vulgo*
*Audire nolim Tulliaſter: ut Græcè*
*Latina dicam: ſi Latina non pectunt*

De

*De transmarina cirrulos venuſtate,*
*Sic dicta, facta prorſus expediturus:*
*Si non repugnas, nec reniteris contrà:*
*Haud muto. Donec per ſeipſa ſcribenti*
*Ciceronis aura non coacta ſurreptet,*
*Ferruminata verba ne meam monſtrent*
*Inter alienas has opes egeſtatem.*

*In* DOLETUM.

*Doletus eſt* TERENTIANUS *Eunuchus:*
*Vult multa multum: pauca ſed parum præſtat.*
*Tamen tonabit, fulguransque clamabit,*
*Horum farinâ aſperſus eſſe piſtrini.*
*Curſat, recurſat; fortè ſiquid arridet,*
*E Tulliano rapta fonte derivat.*
*Idem videri ſcire Græca contendit:*
*Aſt illa novit, ut rigare de flamma,*
*Sudare ſub Biarnico polò nudus.*
*Aures tamen fatigat, & necat ſcriptis,*
*Quæ pro ſuis deprompta de penu Scævæ*
*Torquet, retorquet: fortè ſiquid arriſit,*
*E Tulliano furta fonte detorquet,*
*Quamquam nihil res poſtulet, nec admittat.*

Hìc SCALIGER DOLETO plagium & Græcarum, quas ſcire affectabat, litterarum imperitiam objicit: ſed de hâc & illo deinceps diſſeretur. Quis interim ille fuerit SCÆVA (MAURICIUSNE an GULIELMUS, uterque DOLETI amicus; Vid. DOLET. *Carm.* 1538. p. 20. 86.) non intelligo. Adverſarii tamen tam implacabilis calumniis non nimis credendum eſt. Cæterùm ex iſtis epigrammatibus Lector poëticum SCALIGERI ſtylum æſtimet, & utri velit, SCALIGERO aut DOLETO, palmam deferat. Fateor equidem illos aliòsque Julii Scaligeri verſus mihi videri duros, affectatæ antiquitatis ac difficultatis, & adeò obſcuros, ut in plurimis vix Syntaxin, non certè ſenſum capiam: quaſi, quod ſcripſit, intelligi (quod ipſe PERSIO vitium objectat) noluerit; aut ideò ſcripſerit, ut ſuis lectoribus laborem & faſtidium magìs quàm voluptatem crearet.

De DOLETO SCALIGER in ſuo (*a*) *Hypercritico* peracre & non minùs ſeverum fecit judicium. *Duæ* (inquit) *ſunt poëſeos febres, Rodophilus & Doletus.*—DOLETUS *Muſarum carcinoma aut vomica dici poteſt. Nam præter quàm quòd in eo tam grandi corpore* (*ut ait* CATULLUS) *ne mica ſalis*

(*a*) *Poëtic.* 1561. fol. pag. 305.

*ſalis quidem; vult inſanus agere tyrannum in poëſi; ita ſuo arbitratu Virgilianas gemmas ſuæ inſerit pici, ut videri velit ſua. Ignavus loquutulejus, qui ex teſſellis Ciceronis ſebriculoſas quaſdam conſerruminavit (ut ipſe vocat) orationes; ut docti judicant, latrationes: putavit tantum licere ſibi in divinis operibus Virgilianis. Ita dum optimi atque maximi Regis Franciſci fata canit; ejus nomen ſuo malo fato functum eſt: quódque tum illi, tum illius verſibus debebatur, ſolus paſſus eſt Atheos flammæ ſupplicium. Flamma tamen eum puriorem non effecit; ipſe flammam potiùs effecit impuriorem. In Epigrammatum verò colluvionibus atque latrinis illis, quid ejus tibi ſordes dicam? Languida, frigida, inſulſa, pleniſſima illius vecordiæ, quæ ſummâ armata impudentiâ ne Deum quidem eſſe profeſſa eſt. Quapropter quemadmodum ſummus philoſophus Ariſtoteles in Naturâ animalium fecit; ut poſt enarratas partes, quibus conſtituuntur, etiam excrementorum facit mentionem, hìc ita ejus legatur nomen, non tanquam poëtæ, ſed tanquam poëtici excrementi.*

De Doleti verſibus BAYLIUS *Dictionarii Hiſtorici & Critici* author hanc dedit cenſuram: *Ses Vers Latins ont paru dignes à* BRUTERUS *d'être inſerez dans les Delices des Poëtes François: & s'ils ne ſont pas excellens, ils ſont encore moins dans le degré d'imperfection, où* JULES CESAR SCALIGER *les repreſente. L'emportement de ce Critique contre* DOLET *a quelque choſe de ſi outré, &, ſi je l'oſe dire, de ſi brutal, qu'on ne ſauroit s'empêcher de croire, qu'un reſſentiment perſonel dirigeoit la plume de ce grand homme.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI judicium elevat HUETIUS in Huetianorum capitibus quinto & trigeſimo quinto: *Cependant avec tout le merite, qu'il avoit, & tout celui qu'il croyoit avoir, il a bien montré dans ſon Hypercritique, qu'il n'avoit nulle délicateſſe de gout, par les jugemens faux qu'il a faits*, &c. *Il l'a encore mieux montré par les poëſies brutes & informes, dont il a deshonoré le Parnaſſe.* —— JULES SCALIGER, *homme à la verité d'un eſprit vaſte & élevé; mais d'un très mauvais gout dans la poëſie. Quand on n'auroit pas lû ſon Hypercritique, ſi plein de fauſſes vûës, bien plus occupé à juger du détail des Vers, & à corriger des minuties ſouvent de mal en pis, qu'à porter un jugement ſain ſur le gros des Ouvrages; pourroit-on ſe ſoumettre aux déciſions d'un homme qui a repandu dans le Public tant de mauvais Vers!*

HUETII quidem judicium tantum abeſt ut improbem, ut potiùs juſtiſſimum eſſe arbitrer: neque unquam animum inducam credere eum fore Styli æquum judicem, qui ſtylo uti neſcierit. At verò nil eſt frequentius quàm in criticos incidere nullis moribus præditos, vultu elato, inverecundâ fronte magiſtellos, qui ſcriptores optimos ferulæ ſuæ audaci ſubjiciunt, ipſi interim ſcriptionis imperitiâ & ſtyli ſcabritie famoſiſſimi.

JULII CÆSARIS SCALIGERI, quam adverſùs DOLETUM exer-

exercet, cenſura eſt ſanè aſperior: nec DOLETUS ipſe minùs aſperam adversùs alios exercuerat. Aure agreſti eum eſſe oportet, cui DOLETI poëſis placuerit. At inviſum ἀθέȣ nomen, quod DOLETO inurit SCALIGER, illi convenire nondum mihi fuit ſatis compertum. Quantum ex aliquibus ejusdem * operibus conjicio, non tantum *Deum eſſe* apertè *profeſſus eſt*, ſed à religione Chriſtianâ minimè alienum & generalioribus ejusdem dogmatibus imbutum eſſe ſe indicavit. Quid de myſteriis arcanioribus ſenſerit, ignoro: quæ vel ſi nulla putaverit, non dubito, quin eò majorem ineat gratiam ab ætatis noſtræ hominibus licentioſis; quibus nulla placet religio, niſi quæ pro finito rationis humanæ captu & modulo, omni fide exclusâ, demonſtrari, & infinita etiam metiri poſſit; qui ei maximè ſectæ favent, per quam ipſis plurimum licet; & quicquid iſti effræni licentiæ obſtare cogitant, ſub invidioſo ſtatim ſuperſtitionis & præjudicii nomine, quo jure quâque injuriâ, traducunt.

Lites vix ullas novimus animis ardentioribus conſertas, quàm inter viros litterarios, eos potiſſimùm, qui Criticorum titulo gloriantur. Hi, cùm majus in authorum vitiis quàm virtutibus deprehendendis ſtudium ponant, nunquam putant ingeniolum ſuum poſſe meliùs elucere, quàm ſi quemlibet fœdiſſimè proſcindant, & impudenter calumnientur, & convicia maledictáque ex trivio arrepta pro rhetoricæ floſculis ingerant. Neque profectò mirum eſt iſtis pedaneis ſtylum plerumque ſordere, quorum acumen criticum ipſis (quod ajunt) ſolis ingenitum in eo ſæpius occupatur, ut quod in aliis peccatum eſſe cenſent, obelo transverſo figant, quàm ut, quod bene ſcriptum eſt, imitentur. Quod autem hìc à me in moroſos iſtos, ſevero ſupercilio feroces, maledicos, de ſe ſolis bene ſentientes, reliquos omnes præ ſe ſemper contemnentes, dictum eſt, nolim ita accipi, ut Artis Criticæ utilitati quicquam detrahatur. Sunt Critici verè, iique perrari, qui nomen illud, quò minùs ſibi arrogant, eò magìs merentur; qui, quò minore faſtu ſe efferunt, eò majore pollent doctrinâ; judicio ſano inſtructi, haud præfervente incitati; emendatè ſcribendi non minùs quàm emendandi periti; quibus debemus, quod veterum ſcripta ad nos perveniant emaculata. Tantum inter hos veros iſtósque pſeudonymos Criticos, quantum inter peritum medicum & loquacem agyrtam, inter Homerum & cyclicum poëtam, inter eruditum & rabulam, intereſt.

Quid *Julium Cæſarem* SCALIGERUM adversùs DOLETUM commoverit, lubet hìc perquirere; totiusque controverſiæ originem & progreſſionem attentiùs examinare. De *Ciceronianis* † antea diſſerui. Adversùs hos ERASMUS *Ciceronianum* ſuum anno 1528. edidit. Dialogum

* De quibus poſtea dicetur.

† *Annal. Typograp.* Tom. 2. pag. 361. &c.

logum hunc SCALIGER, quàm primùm ad ipſum allatus eſt, confutandi munus ſuſcepit. Hujus verò nullam habuit notitiam ante (*a*) *Octobrem* anni 1530. quia *mercatores*, *qui huc* ( id eſt, ad *Agennum Aquitaniæ oppidum*, ubi commorabatur SCALIGER ) *commeabant*, *vel ad nomen* ERASMI *exhorreſcebant*. *Quo factum eſt*, *ut ad ejus opera comportanda nequaquam exorabiles fieri potuerint*. Prima SCALIGERI contra ERASMUM Oratio Lutetiæ impreſſa eſt (*b*) in 8. per PETRUM VIDOEUM mens. Septemb. 1531. Deinde STEPHANI DOLETI *Dialogus de imitatione Ciceronianâ adverſus* ERASMUM pro CHRISTOPHORO LONGOLIO accepit lucem à SEBASTIANI GRYPHII prælo Lugduni in 4. anno 1535. Tum (*c*) ſecunda SCALIGERI *Oratio contra* ERASMUM apud VIDOEUM *Pariſiis* prodiit (*d*) 1537. Poſtea FLORIDUS SABINUS contra DOLETI Dialogum ſcripſit; cui reſpondens DOLETUS librum *de Imitatione Ciceronianâ adversùs* FLORIDUM SABINUM excudit Lugduni in 4. ann. 1540. ad cujus libri calcem adjecit ſuam ad convitia FLORIDI SABINI reſponſionem. Denique eandem tractavit materiam PETRUS RAMUS in ſuo *Ciceroniano* excuſo in 8. *Pariſiis* apud ANDR. WECHELUM, 1557. Enumeratis, quæ à variis invicem authoribus ſuper hâc re ſcripta ſunt; tempus eſt indicandi, quæ SCALIGERO fuerit ſui adeò inveterati in DOLETUM odii cauſa; quam ipſis (*e*) SCALIGERI verbis lector accipiet. *Arbitror te* DOLETI *vidiſſe Dialogum adversùs* ERASMUM; *quem non puduit extantibus ſcriptis meis flexu alio orationis omnia mea ſuffurari*, *atque ineptiſſimis inurere calamiſtris*. *Itaque eædem*, *quæ in* (*f*) *Orationibus*, *intemperiæ*, *ſtylus paulò minùs asper*, *ſed emendicatus*, *ut verbis potiùs alienis conquiſitis atque corrogatis*, *quàm oblato argumento ejus loquacitas excreſcere videatur*. *At Cæſarem laudat*, *inquies*: *accipio*. *Nam te ajunt ad eum retuliſſe*, *conſuleret dignitati ſuæ*, *qui temere atque ſtolidè nimis ſuper Italico nomine ineptiſſet*: *à me integrum dialogum apparatum*, *quo illius oſtenderem & malevolùm animum cum inani gloriâ conjunctum*, *& præceps ingenium cum ſtupore*, *& impurum dicendi genus cùm loquacitate*, *& amentem dictionem cum impudentiâ*. *Ita igitur adblanditum*, *ut animum meum deflecteret à propoſito*; *ita laudâſſe*, *ut ſequi potius aliorum judicium invitus*, *quàm ſuum ipſe libens apponere videretur*. —— *Audio illum præeſſe Lugduni librariis*, *quorum manum emendet*. *Id quod ſi verum eſt*, *in iis libris*,

(*a*) Lege SCALIGERI Epiſto'am primæ contra ERASMUM orationi præfixam, Agenni datam Idib Mart. 1531.

(*b*) *Baile* Diction. pag. 1095.

(*c*) Huic cauſam dedit Epiſtola Eraſmi ad Merbel. & Laurent. de quâ vide Annal. Typogr. Tom. 2. p. 363. in Not.

(*d*) *Baile* Diction. pag. 1095.

(*e*) *In ejus Epiſt. ad* ARNOLD. FERRON. ATTIC. p. 35. Conſule editionem ejus Epiſtolarum in 4 *Tolo'æ apud* DOMINICUM BOSC & PETRUM BOSC 1620. Eadem Epiſtola in Editione *Hanoviæ* 12. 1603. pag. 262. ſed ἀκέφαλος. Iidem ſupra dicti librarii Toloſani ediderunt ERASMI *Ciceronianum* & *utramque* SCALIGERI *Orationem* ann. 1620. 1621.

(*f*) De his DOLETI Orationibus poſtea.

*bris, quos nuper invulgatos à* GRYPHIO *ære comparavimus, deprehenderunt etiam pueri noſtri vel inſigni ſcuticâ vitia animadvertenda. Perſtrinxi eum in hâc ſecundâ oratione, ſublato quidem nomine, ſed ita depictum, ut vel ab infantibus Toloſanis agnoſci poſſit.*

De hâc inter SCALIGERUM & DOLETUM contentione pluſculum poſtea dicturus, animadvertam interim DOLETUM viris plurimis eruditis clariſque placuiſſe; inter quos BUDÆUS habuit cum illo epiſtolarum commercium. Sic ad illum BUDÆUS. (*a*) —— *Quod tu mihi in eleganti & terſâ epiſtola tuâ operam, ſtudium, curam, defers officiosè & ingenuè, id verò gratum mihi atque jucundum, per inquam gratum fuit, ut debuit, velimque ut exiſtimes eo me animo erga te eſſe, ut pares officii vices refundere tibi ſtatuerim, ad eundemque modum benignitatis egregiæque voluntatis atque obſequioſæ, idque ſinè vaniloquentiæ fuco: tametſi doctrinam tuam ex litteris tuis ſuſpicari & judicare, non etiam inſtitutum vitæ & conditionem cognoſcere potui. Vale, & quod à me contendiſſe litteris tuis videre, ut amicorum meorum numero te aſcribam, hujus epiſtolæ fide abſtuliſſe te tibimet ipſe ſinè cunctatione ſponde. Pariſiis, nono Cal. Febr.* Huic Epiſtolæ DOLETUS ſic reſpondit. —— (*b*) *Quoniam ex litteris noſtris doctrinam meam ſuſpicari & judicare potuiſſe te ſcribis, inſtitutum vitæ & conditionem non item, facio, ut & vitæ & conditionis meæ rationem tibi pluribus explicem.* —— (*c*) *Principio Genabi, nobili & multis laudibus illuſtri Galliæ noſtræ oppido natus ſum; quàm honeſto, quàm ſplendido inter meos loco, vocibus hujusmodi ſuperbiant, quibus virtus genere eſt poſterior. Genabi duodecim annos liberaliter educatum excepit Pariſiorum Lutetia; ubi primarum literarum rudimenta poſui: tum artibus omnibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, operam diligenter dedi, politioribusque diſciplinis memet ipſum quinquennio exſolvi, Ciceronis lectioni interim ſemper deditus. Mox majori eloquentiæ cupiditate ardens, in Italiam excurri; illic magno mihi cum* SYMONE VILLANOVANO *uſu conſuetudinéque familiari conſtitutâ triennium Patavii traduxi, quo tam charo amico & ſtudiorum meorum adjutore mortis invidiâ privatus, in Galliam maturè cogito. Sed me in Italiâ diutius retinent Joannis Langiaci, qui id temporis legati munus apud Venetos obibat, cùm preces, tum autoritas, ut noſtrâ operâ in litteris aut ad ſummum Pontificem aut ad alium quemvis ſcribendis uteretur. Huic dum mos à me geritur, annum alterum triennio additum ſentio, nec redire mihi volenti licet. Legatione functum præſtolari cogimur, cujus in comitatu tandem in Galliam rerum minùs rudes & eloquentiæ amantiores cupidioréſque redimus.* —— *Galliæ reſtitutus eundem, quem ab ineunte ætate cœperam, curſum rectâ conſtan-*

(*a*) Lege DOLET. *Oration. Epiſt. & Carmin.* in 8. pag. 169.
(*b*) Ibid. p. 104.
(*c*) Quam ſuæ vitæ rationem hìc dat DOLETUS, lector conferat cum eâ, quam ſuprà ex ipſius plurimùm Commentariis excerpſi.

*ſtanter teneo*, —— *&*, *quia ex omni ſcriptorum Latinorum genere unum mihi* CICERONEM *in primis imitandum propoſui*, *Ciceronianæ dictionis commentarios ipſe conſcribo*, *adjunctâ ad hanc rem puriore* SALLUSTII, CÆSARIS, TERENTII, *&* TITI LIVII *locutione. Luculentum hoc volumen cum aliis noſtris lucubrationibus exibit ſuo tempore.* —— *Auctoribus magnopere mihi amicis pleriſque* —— *jus civile mihi diſcendum ſtatui*, —— *Tholoſam acceſſi*, *urbem majorem celebritate & famâ quàm juris civilis peritiâ probatiore; adhæc plùs Getis Scythiſque barbaram.* —— *Juri civili jam non multò minùs duos annos continuos impendimus* —— *ita* —— *ut aliquot horas vel matutinas vel veſpertinas Ciceronis lectioni tribuamus.* —— *Neque verò Tholoſæ noſtrum juris ſtudium ad extremum perſequi mihi quidem certum eſt. Patavium aut Ticinum proficiſci in animo habeo*, *Alciatum & Italos legum interpretes* —— *ſpectaturus. Lutetiâ iter me facturum ſpero*, *tecúmque iſtìc coràm congreſſurum.* &c. *Vale. Tholoſæ X. Cal. Ma.*

*Tholoſæ* (*a*) tunc ſolebant *legum coli ſtudia*, *eóque nomine ex cunctis orbis partibus magnus illuc fieri adoleſcentium concurſus. In quâ tum linguæ ſono*, *tum moribus diſcrepantium hominum frequentiâ*, *ſuis quiſque oblectatus*, *cum ſuis coitionem faciebat. Hinc mox Galli inter ſeſe ſodalitatem inierunt. Eodem ſocietatis ſtudio incenſi Vaſcones*, *ſodalitatem quoque inter ſeſe conſtituerunt. Nam eam amicitiæ retinendæ & opem mutuò ferendi occaſionem neglexerunt Britones*, *Hiſpani*, *Germani*, *& quos undique excipiebat ad legitimas diſciplinas Tholoſa. Initis in eum modum ſodalitatibus*, *acceſſit divi alicujus tutelaris ad ſtatum diem cultus*, *ac velut conſtitutâ ſcholaſticâ republicâ*, *repræſentatâve imperii cujuſpiam imagine*, *ſuus cuique ſodalitati imperator præficitur*, *qui ſodales convocet*, *ad ſuſcipienda hortetur*, *ab injuriâ tueatur: centuriatis etiam comitiis & publicis ſuffragiis deſignantur quæſtores*, *qui in verba ſodalitatis juratos ad imparatam pecuniam perſolvendam cogant. Adhæc*, *eligitur ex ſodalitatis cœtu eloquentior*, *oratoris qui munus obeat*, *& ad ſtata feſta orationem habeat*, *mortéque abſumptos ſodales dicendo publicè lugeat. Iſthæc ipſa dum Galli ſtudiosè colebant*, *Tholoſam* DOLETUS *acceſſit*; *ad oratoris partes continuò depoſcitur*, —— *& Gallorum primùm laudes*, *ut moris erat*, *ornamentáque prædicat. Proinde facta à ſenatu in omnes generatim ſodalitates præjudicia oratione oppugnat*, *& infirmat. Tholoſam barbariei poſtulat*, *illius edicta promulgationéſque elevat*, *id tamen perpaucis*; *temporis anguſtiis præceps*, *ut ſecundæ orationis argumentum tantùm prima paràſſe videatur*; *víxque alteram*, *ſinè alterâ*, *ſenſu integro legas.* En DOLETI ipſius verba. —— (*b*) *Turcæ Chriſtianos apud ſe convenire non vetant*, *vim nulli adferunt*, *peregrinos ſeparatis legibus uti facilè patiuntur. Nobis verò*, *qui eâdem cum illis religione utimur*, *qui eodem jure & ditione tenemur*

(*a*) Lege SIMONIS FINETII in utramque DOLETI orationem argumentum in libro priùs citato, ſcilic. DOLET. *Oration. Epiſt. & Carmin.* in 8.

(*b*) Lege DOLET. *Oration. prim.* pag. 10.

*nemur, quibus idem penè eſt ſermonis & linguæ ſonus, tanquam alienis, conventu, ſodalitatéque judices Tholoſani contra jus omne atque fas interdicunt.* (*a*) *Argumenti loco nobis ab iſtis objectum; quod, quas videre eſt tot ſæpe inter nos rixas, tot turbas, tot tumultus moveri, quas pugnas iniri, quas fieri crudeliſſimas cædes, quicquid conflatur indè periculi, quicquid exitii damníque, noſtrâ omnino ſocietate naſcatur. Gallo ſiquidem aut alii cuivis ab hoſte læſô unde niſi à ſociis ſubſidium, unde arma ſuppetant? Quæ ſpes atque propoſita ad caſum omnem exilii expectatio, non facilè conjicitur, contentiones quàm exitioſas acerbáſque excitet, certamina quàm crebra provocet. Haſce turbarum cauſas tollere dum iſti ſtudent, privatæ ſodalitatis conjunctione nobis interdictum curant.* —— *Dicam quidem quod res eſt, neque quod nemo neſcit, palàm profiteri dubitabo: cujus fortè cauſâ nonnullos interdum cædi aſſerunt, abſque ſodalitatis præſidio, non unum certè aliquem, ſed ſexcentos, in annos ſingulos, aut graviſſimè vulnerandos, aut gladiis, ut plurimum, abſumendos. Hæc una contentionum dirimendarum occaſio, hæc una & conciliandæ & retinendæ pacis facultas, in hanc nos conjunctionem vocavit.* &c. Poſtquam DOLETUS (*b*) *oratoris munere perfunctus fuiſſet, inſurgit* AQUITANUS, (*c*) *neſcio quis, grammaticus, gratioſus tamen, & popularis; qui ut Gallis malediceret, & Doletum convitiis aſpergeret, Tholoſæ dignitatem propugnare, imminutam à Doleto Senatûs authoritatem tueri, Vaſconium læſorum cauſam defendere ſe fingit: cujus calumniis graviter commotus Doletus oratione ſecundâ reſpondit. Ille,* (*d*) DOLETUS conqueritur, *non meam famam obteri, ſed ſalutem opprimi evertíque voluit: Non meæ orationi reſpondere, ſed ſenatum in me commovere incenderéque ſtuduit:* licèt *nihil hactenus pugnaverim certè magìs, quàm dum doctos ſermone meo privatim publicéve celebrarem, laude illum aliquâ ut non invitus illuſtrarem.* —— (*e*) *Cùm cauſam non ita dudum in ante diem ſeptimum Idus Octobres dixiſſem,* —— *ecce mihi hic ex omnibus derepente inſurgit,* —— *invidiam mihi conflat, periculum ſuis ad ſenatum adhortationibus creat,* —— *diem mihi velut affini rei capitalis dicit, actionem intendit,* —— *Porrò profeſſus eſt ille,* DOLETUM *benè antea ſemper ornatéque dixiſſe, ſed tum primùm à ſe illâ oratione ſuperatum.* —— PINACHI, *unum illud tantùm me pungit, quòd cùm unà mecum nullâ offenſione dicendo certare poſſes, & me etiam contendendo retinere, contumeliis agere tibi fuit antiquius.* —— (*f*) *Ego patriæ gratiam refero. Ego, quæ me fovit, ego, quæ me aluit, patrocinium ſuſcipio. Ille, cui nil præter habitationem victusque commoditatem debet, ridiculè Tholoſam tuetur.* —— (*g*) *Exiſte, nove ſenatûs propugnator, tuâ nos promiſſâ barbâ, voce impurâ terre, in carcerem rapi,* in

(*a*) pag. 16.

(*b*) Lege FINETII *in* DOLET. *Oration argument.*

(*c*) Is fuit PETRUS PINACHIUS, uti poſtea conſtabit.

(*d*) Lege DOLET. *Oration. ſecund.* p. 27.

(*e*) p. 28 & 29.

(*f*) p. 31.

(*g*) p. 34. 35. 36.

*in vincula conjici jube —— Tribuiſti ultrò, quod unum molior, nempe ut ad Ciceronianum dicendi genus mea ſcribendi ratio directa formatáque videatur. —— Non tamen in eâ ſum ſententiâ, ut nullum præter* CICERONEM *nobis legendum putem. —— (a) Paupertatem, tenues opes, exiguas facultates, generis obſcuritatem humilitatémque mihi ut vitium objicit. —— Tamen non* ſum *ſordido aut infimo genere, ſed honeſto & ſplendido loco natus, íiſque procreatus parentibus, quibus etſi defuit familiæ vetuſtas, ordinis ampliſſimi dignitas —— proſper tamen & æquabilis perpetuúſque ſtatus fuit, & ſecundus vitæ ſinè ullâ offenſione curſus. —— Rurſus moroſum me & omnia ſtomachantem,* SYMONIS VILLANOVANI *conſuetudine ab adoleſcentulo factum argumentatur. —— Me* SYMONIS VILLANOVANI *defendendi laudandíque onere liberavit epiſtolarum ſuarum teſtimonio (b)* CHRISTOPHORUS LONGOLIUS; *quibus quam non illi & morum ſuavitatem & doctrinæ magnitudinem verè impenſéque tribuit? ——* VILLANOVANO, *quicquid in eloquentiæ facultate profeci, aut ſi quid in me eſt artis oratoriæ, quod ſcio quàm ſit exiguum, ingenuè acceptum refero, nonnullam vitæ gravitatem ab illa mihi inſitam adjunctámque agnoſco, moroſum me illius conſuetudine factum conſtanter mehercule nego. —— (c) Luctuoſam pugnam opponit, in quâ Franciſcus Valeſius rex Galliæ in hoſtium manus venit. —— Grave fuiſſe Gallis illud vulnus non inficiabor: quod tamen ſempiternas atque immortales Gallorum laudes nullo modo obſcuret.* &c. —— *(d) Quæ laus humanitatis: quæ comitatis exiſtimatio, quæ morum ſuavium fama Tholoſæ debeatur, indicavit proximè regis Galli tam ſubitus ab hâc urbe diſceſſus. —— Fugavit hinc Gallos humanitatis lumina Tholoſæ ruſticitas, aſperitas, barbaries, ineptiæ. —— Ad id me odii adduxit anno uno Tholoſæ barbaries, quod nec tempus ullum extinguet, nec vitæ finis comprimet. —— Res hìc poſtulat, ut Tholoſæ ſævitiæ & crudelitatis incredibilia exempla proferam. —— Jam ad rem venio. —— Compertum habetis, quò quiſque ſenſu acrior & doctrinâ ornatior politiórque cenſeatur, eò vehementiùs confeſtim apud pravâ mente homines in Lutheranæ hæreſis ſuſpicionem venire. —— Quam anſam infiniti ſui in doctos odii profundendi nactæ Tholoſanæ furiæ, quos eruditionis ingeniíque commendatione illuſtres peſſundare non omnino contenderunt? —— Videor meum ab illis nomen inter Lutheranos relatum ſpectare. Horum calumniæ aſtipulatorem & ſubſcriptorem ſe futurum conviciator noſter annuit. —— At ſic vobis de me perſuadete, nihil me minus quàm iniquam & impiam hæreticorum pertinaciam ſequi, nihil me acerbius ac pejus iſto quorundam novarum diſciplinarum ſtudio cupiditatéque odiſſe, nihil apud me omni ex parte damnatius. Nempe ita ego ſum ut multis jam ſæculis inductam, & quaſi per manus nobis à ſanctiſſimis religioſiſſimíſque perſuaſionis noſtræ heroibus traditam, atque jure moréque majorum*

(a) pag. 39. 40.
(b) Lege LONGOL. Orat. & Epiſt. apud Bad. 1526. p. 234.
(c) DOLET. *Orat.* p. 45. 46.
[d] p. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. usque ad p. 63.

*jorum ad hunc uſque diem uſurpatum & receptam ſacrorum rituum inſtitutionem; eam unam, præterea nullam, obſervem, & colam: non novam miniméque neceſſariam temere utique probem: quæque optima ſint & planè Chriſtiana, mihi mirandum in modum placeant.—— Sed quæ ratio eſt, Tholoſæ pro deliciis crudelitatem eſſe? — Dixiſſet multa audacter, pleraque eſſet non moderatè locutus, omni ſcelere coopertus eſſet, hæreticorum ſupplicio plectenda admiſiſſet, quem virum comburi in hâc urbe vidiſtis (nomen mortui prætereo, igne quidem conſumpti, ſed hìc adhuc invidiæ flammâ flagrantis) an tamen pœnitenti via ad ſanitatem ſalutemque præcisè intercludi debuit? —— Fuit hæc ultima illius vox, & à Pontificis ſententiâ & à Senatûs judicio capitali provocatio: quam quis probabilem acceptámque haberi debuiſſe jure ullo inficietur? —— Tholoſa propè eſt adhuc Chriſtiani cultûs rudis, & ridiculis Turcarum ſuperſtitionibus addicta. Quò enim certè pertinet, ad divi Georgii feſtum, templum admiſſis equis repetito novies curſu in ſingulos annos obire, votáque ſolennia pro equorum ſalute nuncupare? Quò pertinet crucem in Garumnam flumen ſtatâ die proluere, velut Eridani Danubiive aut Nili alicujus vel patris Oceani caput demulcentes, & cum fluvii Lymphis tum de leni æquabilíque fluxu, tum de aquarum non exuperanti incremento paciſcentes? Quò pertinet in æſtivâ ſiccitate & deficientis pluviæ deſiderio ſtatuarum quarundam carioſos truncos à pueris paſſim per urbem circumferri; & tanquam Orioni diiſque quibus pluviæ poteſtatem poëtarum fabulæ aſſignant, verba voce præeuntibus ſacrificulis litari? —— Prætermitti non debet, quantâ aſperitate Tholoſa Joannem Bôyſſonæum agitârit, virum integerrimum, vitæ innocentiâ probiſſimum, & cùm eloquentiæ laude tum juris civilis peritiâ celeberrimum; cui quid præter eruditionem fortunarúmque amplitudinem calamitati fuit? —— quàm nefarii delatores innocentem neque ullo pacto læſæ religionis reum calumniis circumvenerunt, circumventum damnârunt, damnatum ingenti pecuniâ mulctârunt.—— Ejuſdem cum illo criminis iniquiſſimè graviſſiméque accuſatus* MATTHÆUS PACUS, *homo ingenuâ animi probitate optimus, ſaluti & dignitati ſuæ fugâ conſulere coactus eſt. Simili conſilio atque prudentiâ ſe ab iniquorum calumniis eripuit* PETRUS BRUNELLUS, *adoleſcens non mediocris expectationis & probitatis, optimarumque artium ſtudiis eruditiſſimus. Neque in ſuos tantùm graſſari contenta crudelis hæc civitas peregrinos ſupra omnem juris æquitatem invaſit:* OTHONEM, *qui relictis Italiæ ſedibus huc ad ſtudia commigrârat, ignominiâ turpiter affecit. —— Audite, quæſo, quòd, veluti acceptâ in viſis à Deo Opt. Max. antiqui illius mandati formulâ, videret ſcilicet, nequid detrimenti Reſpub. Chriſtiana acciperet, inſignem ſuæ calumniæ potiùs quàm in Chriſti re procurandâ ſignificationem dedit. Ea in* JOANNIS PINI *periculo patuit. Ille omnium, qui ſunt, fuerunt, erunt, virtute, ſapientiâ, dignitate, facilè princeps, litteris ab Eraſmo ad ſe allatis, ut* JOSEPHI *exemplar Græcum, quod in Philelphi bibliothecâ fugientibus & exoleſcentibus litteris repertum aſſervaverat, ei ad aliquot menſes commodatò mitteret;*

*ret; actutum hæreſis poſtulatur, cogitur in ſenatu epiſtolam ab excuſſoribus, qui efferveſcente illo tumultu per vias collocati urbem accedentes obſervabant, interceptam recitare. Spem prædæ vulturiis togatis injecerat* ERASMI *invidioſum nomen: eâ* PINUS *causâ pro convicto eſt*, ERASMO *quòd notus ſit. Legitur accuratè epiſtola, barbaris barbarè tantùm ſcientibus, repetitur propter Latini ſermonis ignorantiam identidem lectio, poſci à* PINO JOSEPHUM, *deprehenditur, nullum pertinens ad hæreſim verbum.* —— PINUS *hæreſis ſuſpicione ab invitis liberatur.* —— *Reliquorum, quibus ſexcentis aut notam impreſſit, aut mulctam dixit,* & *irrogavit, numerum non inibo: exitum enim orationis non reperiam, ſi ſingula crudelitatis exempla publicè Tholoſæ edita perſequi ſtatuam.* —— *Vos, quàm injuſtè ſim oppreſſus & in vincula conjectus, non docebo.* —— *Tholoſæ, ut me in carcerem conjiceret, cauſa ea una fuit, ut ne ſolus eloquentiæ laude virtutíſque æſtimatione nobilis ab hâc urbe integer aut intactus abirem.* —— *Quæ à me audaciùs neglecta ſenatus conſulta pluribus argumentis abſurdè colligit accuſator; illa à me neque labefacta neque convulſa revincam.* &c. —— (*a*) *Proximum eſt, ut novum & inauditum crimen noſtri accuſatoris noſcatis.* —— *Conſilium capit, ut percuſſores ſummittat, qui vitam mihi ferro eripiant, ac eum de medio tollant, cujus ille oratione debilitatus refrixerat. Non vos præterit, quoties conductæ ab illo operæ, & ſpe pretióque ſollicitati bene multi graſſatores inſidiis vitam petierint meam, quoties publico carere coëgerint, quoties armis violare & malè mulctare ſint adnixi. Effugimus tamen & iſtius & ſuorum gregalium laniſtarum inſidias. Quando ſævire in me non potuit, criminoſis me libellis & famoſis dicteriis aſperſit. Porcum meo inſcriptum nomine totâ hâc urbe rhedâ vehendum curavit; turpi me imagine palàm ſpectandum præbuit.* &c.

Quæ mala apud Tholoſanos perpeſſus fuerit DOLETUS, & illorum malorum cauſam indicant duæ ejus orationes, quarum verba ipſa modò ſatìs fusè deſcripſi. Odia, quibus ipſum exercuerunt Tholoſani, odio rependit inexpiabili; illóſque, quo unico licuit modo, ultus eſt carminibus mordaciſſimis. (*b*) *Tantum*, inquit, *faciam, ut, qui nullâ injuriâ laceſſiti periculum mihi faceſſere contenderunt, jambos noſtros ſentiant, ac eâ ſaltem famâ illuſtrentur, ut iniqui, quàm æqui & eſſe & haberi maluiſſe, à poſteritate dicantur. Memoriâ tenes, quâ hìc preſſus ſum invidiâ, quàm crudeliter acceptus, quàm iniquè in carcerem conjectus. Aufugiam, & me maturè in Galliam recipiam* &c. Item in (*c*) alterâ ad PETRUM CASTELLANUM: *Quâ tu ſolicitudine ſis, ut ſuſceptæ mihi cum Pinachio inimicitiæ leniantur, equidem ex litteris tuis perſpexi, & illud vehementer riſi, vitæ diſcriminis neſcio quâ denunciatione, ab oratione in illum meâ, à te me tam anxiè revocari.* —— *Ab hâc ſententia deducet me certè nemo; orationíque tra-*

(*a*) Ibid. p. 66. 67.
(*b*) Lege p. 118. 119. DOLETI *Epiſtol. ad* FINETIUM *datam Tholoſæ*, Idib. Maiis.
[*c*] Data Tholoſæ Idib. Decemb. Vide p. 116. 117.

*tragædiam addam, publicis illam ludis acturis.* —— *Aquitanos tuos ne conviтiis lacerem, vereri deſine* &c. Verſibus acerbiſſimis proſcidit (*a*) PETRUM PINACHIUM *Vaſconem* (*b*) qui eum oratione perſtrinxerat; (*c*) DAMPMARTIN judicem Tholoſanum, qui eum in carcerem conjecerat; (*d*) DRUSACUM vulgarem poëtam Tholoſanum, (*e*) qui eum aſperrimè inſectatus eſt, cujusque poſtulatu DOLETO urbe Tholoſâ fuit interdictum. Laudavit (*f*) JOHANNEM PINUM, (*g*) cujus epiſtola habetur ad MINUTIUM Præſidem pro DOLETO deprecabunda, (*h*) cuíque DOLETUS debuit, quòd è carcere fuerit emiſſus. (*i*) Binas ad DOLETUM legi epiſtolas; alteram, ad eum, cùm car-

(*a*) pag. 204. 205.
(*b*) pag. 28.
(*c*) p. 200.
(*d*) p. 194. 196. 197. 198. 199.
(*e*) p. 123. in DOLETI *Epiſtol. ad* JOANNEM *à* BOYSSONE *datâ ruri decimo Cal. Quintiles.*
(*f*) p. 202.
(*g*) p. 149. JOAN. PINUS, MINUTIO *Præſidi S. Ego niſi compertum haberem, quantopere bonis artibus faveas, non rogarem, ut Stephanum Doletum, juvenem rarâ & excellenti quâdam ingenii bonitate præditum, in ſuis periculis tuo patrocinio defendendum ſuſciperes: quod tamen minimè factum iri deſpero, ſi hominis doctrinam & eximiam eruditionem cognoveris.* —— *Sic habet in promptu, ſic velut in numerato linguam Latinam poſſidet, ut* —— *ſi proſam orationem ſpectes, nihil aliud feciſſe totâ vitâ putaveris. Dicendi gravitate & acumine* —— *Epiſtolæ ſubtilitate & jucunditate* —— *illum ad antiquos accedere non negabis.* —— *Si metrum elegiacum tentet*, OVIDIUM *aut* TIBULLUM *putes: ſi lyricum, jambicum aut hendecaſyllabum ſcribat*, HORATIUM *tibi* CATULLUMQUE *effingi cenſeas. Et* —— *nihil abs te peto, niſi ut adoleſcentem ſimplicem & incautum nec alienæ invidiæ exponi, nec adverſariorum teſtimoniis opprimi ſinas.* —— *Cœperant nuper inter hunc & Aquitanum neſcio quem rhetorem contentiones litterariæ quædam intercedere.* —— *Verùm illi factioſis partium ſuarum ſtudiis incenſi, facilè à litteris ad arma proſilierunt.* —— DOLETUS *conjectus eſt in carcerem, communique ſuorum invidiâ premitur, atque etiam graviſſimo crimine contempti Senatûs in diſcrimen vocatur.* &c. Item p. 91. habetur hæc DOLETI ad MINUTIUM Præſidem epiſtola. STEPH. DOLETUS MINUTIO *Præſidi S. Unum jam atque alterum diem hìc occludor, nulli neque culpæ affinis, neque criminis cujuſpiam gravioris accuſatus. Exiſtimationi meæ dum animoſè inſervio, litteris dum contendo, ad obtrectatorum maledicta dum reſpondeo, ecce tibi, in carcerem conjicior. Fraudi mihi eſt, quod cùm ornamento tum præſidio eſſe debuerat, immodicum virtutis ſtudium. At verò tu quando litteratis omnium cupidiſſimè hactenus adfuiſſe viſus es, obteſtor te*, DOLETO *ne deſis, & hôc nomine tibi me obligari velis. Ipſum illud quæ abs te ſuo jure poſtulent, nulla ſunt mea in te officia: obſervantia certè ea eſt, cui non id protinus negandum cenſeas. Prohibeor animi perturbatione, ne plura hôc tempore ſcribam. Ad extremum obſecro te etiam atque etiam vehementer, hanc nobis moleſtiam dele, ſiquidem tanta tua eſt in eloquentiæ ſtudioſos benevolentia, quantam eſſe arbitror, prædicantque paſſim ad unum omnes. Hoc ſi à te impetrem, ſtudiis noſtris non parum conſules, & tuæ humanitatis laudem augebis plurimùm. Ego tanti beneficii tui memoriam ſempiternam præſtabo, tibíque me mancipio & nexu proprium eſſe perpetuò profitebor Vale Datum Tholoſæ in carcere regio, ſexto Cal April.*
(*h*) P. 92. STEPHANUS DOLETUS *Minutio Præſidi S. Omnino neque negligentia, neque parum gratus meus erga te animus in causâ certè fuit, ne carcere emiſſus tibi gratiam cùm libentiſſimè tum officioſiſſimè retulerim* &c. *Vale. Tholoſæ, Cal. April.*
(*i*) P. 173. STEPHANO DOLETO *Te*

carcere detineretur, alteram, poſtquam Tholoſâ abiiſſet; incertum à quo, forſan ab ARNOLDO FERRONO, miſſas.

ARNOLDUS FERRONUS (quod ex ejus (*a*) epiſtolis conſtat) DOLETUM ſummoperè admirabatur: ei tamen (*b*) ſuccenſuit, quòd in ſuâ (*c*) oratione in *Tholoſam* ſecundâ *Vaſcones* & *Aquitaniam* acriùs per-

*Te vinctum eſſe graviſſimè doleo; ſcio enim, quantum moleſtiarum carcer afferat.* —— *Verùm tu hæc omnia feres æquo animo. Atque uti virum fortem decet, quicquid ſinè culpâ tibi acciderit, id deputabis in lucro.* &c. *Ego, quæ ad tuam ſalutem pertinere arbitrabor, omnia diligenter curabo* &c. *Vale* 10. *Cal. Apr.* Item altera epiſtola, *Stephano* DOLETO. *Quòd ad te nihil adhuc ſcripſerim, nolim mihi adſcribas* &c. *Neque enim ſciebam, ubi gentium ageres* —— *aliis te Lugdunum, aliis Lemovicam profectum eſſe contendentibus.* —— * *In primis gratiam tibi habeo, quòd nomen noſtrum ſcriptis illuſtrare & celebrare velis tuis. In quâ re nihil magìs vereor, quàm ne non digna ſit materies facultate & copiâ tuâ. Nam de authoritate teſtimonii tui, eloquentiâ, gravitate, ſtylo, non eſt quòd dubitem; tali enim te ingenio natura formavit, ut in dicendo nullus ſit noſtrâ tempeſtate, qui te ſuperet; & pauci admodum, qui te æquare poſſint.* —— *Scito te apud nos. magnum tui deſiderium reliquiſſe;* —— *maximè* apud *nobiliſſimas honeſtiſſimasque matronas, apud quas non levem ob illa* † *tua in* DRUSACUM *epigrammata iniſti gratiam.* —— *Sequere, quò res te tuæ vocant; fuge ingratas terras, fuge littus avarum. Lugdunum ubi veneris, ſaluta meis verbis Sebaſtianum* GRYPHIUM, *quem ego unicè amo, charúmque habeo. Cura, ut valeas. Nam cùm hæc ſcriberem, narravit mihi Clauſanus tuus, te malè habere.* &c. *Vale. Tholoſæ, Idibus Jun.*

(*a*) P. 153. ARNOLD. FERRONUS STEPH. DOL. S. *Literas tuas, VI. Cal. Febr. ſcriptas accepi à puero tuo* &c. *Næ tu unus omnium iſtâ ingenii magnitudine præditorum modeſtiſſimus es.* —— *Patere nos tuam eloquentiam admirari: patere eruditionem, quam aſſequi diffidimus, celebrare.* —— *Nolim me tibi adblandiri aut aſſentari putes. Emoriar, ſi præter te unum aliquem videam, in quo poſſim imaginem antiquæ & Romanæ eloquentiæ agnoſcere: quo fit, ut non ſolùm mihi ipſe ſpondeam, futurum te aliquando ſimilem* BUDÆO *aut* LONGOLIO *aut* ERASMO, *ſed etiam parem antiquis illis linguæ Latinæ parentibus.* &c. *Neque tantùm putato apud* CÆSAREM SCALIGERUM *commendatam à me eloquentiam tuam. Commendavi apud homines mihi chariſſimos, quos habeo Burdigalæ ex Senatûs decuriâ plurimos, ob patrem qui ejusdem quoque claſſis eſt* —— *Illud demiror, cur tandiu ceſſas luculentæ tuæ iſtius eruditionis in publicum ſpecimen dare.* ——

(*b*) P. 156. 158. *Dolebas Galliam tuam à* PINACHIO *læſam; quod ne illi impune eſſet, Aquitaniam quoque perſtrinxiſti, & idem illi repoſuiſti. Quò enim pertinebant illæ Vaſconum nominis repetitiones? Qui ſicarii? Vaſcones. Qui fures? Qui ad omnia flagitia projecti? Vaſcones.*

(*c*) Lege *Oration. ſecund. in Tholoſ.* pagin. 48. ] —— *Si non nihil de iracundiâ illâ remiſiſſes, aut certè ſi omnem in præſentem hoſtem effudiſſes; & Aquitanorum*

* Hinc facile conjicio hanc, uti & forſan præcedentem, ab ARNOLDO FERRONO ſcriptam, quia p. 158. 159. 162. in epiſtolâ Arnoldi Ferroni ad Doletum hæc lego: —— *Præter commune noſtrum in doctos ſtudium ita raras tui ingenii dotes amplector, ut omnem noſtram operam, curam, cogitationémque ad extollendas tuas virtutes conferam. Quod etiam ſcribis mirandum non eſſe, nihil à te hactenus in lucem editum, cùm lucubrationes tuas in nonum (ut ait ille) annum contineas, conſilium tuum vehementer probo.* —— *Ego, mi* DOLETE, *audio ab eruditiſſimis viris epigrammata tua multùm probari propter raram quandam & inauditam facilitatem ac carminum ſonum non inamoenum. Pro veteri noſtrâ conſuetudine à te impetrare velim, in iis commemorationem noſtri ne omittas, quò poſteritas intelligat,* FERRONUM *eum fuiſſe, quem magnus* DOLETUS *amicitiâ non indignum exiſtimaret.* &c. DOLETUS ſuis epigrammatibus anno 1538. Lugduni editis p. 108. *carmen-pentaſtichum* inſeruit de FERRONI commentariis in conſtitutiones Burdegalenſes.

† P. 194. in Druſacum, qui librum in foeminas ſcripſit.

perſtrinxerit, & non potiùs *omnem eloquentiæ vim in hoſtem laceſſentem derivârit.* (*a*) Id factum conatus fuerat Doletus apud Ferronum excuſare. Julius Cæſar SCALIGER Pinachium à Doleto læſum fuiſſe (*b*) indignari

*norum erga te ſtudia conſervâſſes, & in hoſtem tuum eos concitâſſes.* ——— *Unum eſt, quod à te impetratum velim, ut quæ de tuâ cum oratore Aquitanico contentione ſcripſi, comprimas & recondas hôc tempore* &c. Item p. 152. 153. ARNOLDUS FERRONUS STEPH. DOLETO *S. Cum Julio Cæſare* SCALIGERO *viro omni liberali doctrinâ politiſſimo ſumma mihi familiaritas eſt.* ——— *Ad eum cùm nuper litteras dediſſem, in quibus de tuâ ſingulari eruditione, eloquentiâ, humanitatéque feciſſem mentionem, perbellè ille quidem & eleganter ſcripſit, non mihi ſe concedere, ut tui eſſem ſtudioſior, quàm ipſe ſit: ſe quoque antea eloquentiam tuam nôſſe addidit, & illud à me verbis multis contendit, ut tibi ſalutem ſuo nomine dicerem* ——— *exiſtimo hominis eruditionem probare te; eſt enim ex numero veſtrorum Ciceronianorum, & ſatis jam eruditis notus, ex * oratione quam pro* MARCO TULLIO *edidit adverſus* ERASMUM *Roterodamum.*---- *Quòd in eâ oratione, quam nuper in* PINACHIUM *habuiſti, ſic Aquitaniam noſtram vexaris, vehementer miror. Quippe qui non videam te ab eâ unquam publicè læſum. At à* PINACHIO (*inquies*) *laceſſitus. Reſpondere homini poteras, & ab Aquitaniâ abſtinere* ——— *Vereor, ne, dum ſtudia veſtra in diverſum rapiuntur, & undique ſubjicitur calori veſtro materia, tu irâ excandeſcas, ac ille aut fractus, aut victus perniciem tibi moliatur, vitæque tuæ inſidias tendat. Vale.* Huic epiſtolæ DOLETUS reſpondet.

(*a*) Pag. 75. 77. 78. 79. STEPHAN. DOLETUS ARNOLD. FERRONO. S. ——— *Quod extremâ tuâ epiſtolâ ſcribis, mirari te, Aquitaniam veſtram à me tam vehementer convitiis laceratam, non intelligo, cur tam acerbè vexatam eſſe dicas, quæ ne verbo quidem ullo à me oppugnata eſt.* ——— *Recordare, quàm diligenter amantérque † Aquitanos præmonitos volui, ut, ſi cauſa ſerviens aſperius in illos quicquam ardentiúsve proloquerer, æqui bonifacerent. Collige, quibus verbis, quâ honoris præfatione identidem mollivi, quæ Aquitanis duriora viſum iri noſcebam.* ——— *Scito ea, quæ* PINACHIUS *cùm oraret, in Gallos præter rem congeſſit, mihi moleſta fuiſſe, & in eam me accepiſſe partem, ut mirabiliter offenderer.* ——— *Fuit illi deliberatius me utcunque evertere, quàm amicè mecum agere, dum in me ſenatum incendere decrevit. Itaque ſaluti meæ conſului, probavique nec me Senatus conſultis reclamâſſe, nec, ut ea quiſquam contemneret, authorem fuiſſe Incluſum illud odium multarum ejus in me injuriarum omne ſimul effudi, miſſus eſt invidiæ ſanguis, nihil poſtea reſiduum apparebit.* PINACHIUM *unicè diligo, & illius ingenium non aſpernor, neque uſque adeò me abalienavit litteraria noſtra altercatio, ut illum vel pilo minùs amem: tametſi de multis audiam, quibus me paſſim maledictis oneret* &c. *Vale. Tholoſæ ſexto Cal. Febr.* Huic DOLETI epiſt. FERRONUS dedit reſponſum ſuâ, quam paulò antè ex p. 153. 154. citavi.

(*b*) Lege *Jul. Cæſ.* SCALIGERI ad ARNOLD. FERRONUM p. 34. editionis Epiſtolar. SCALIGER. Tholoſæ 1620. ——— *Te tantum virum, tam probum tam ſapientem, tam ſanctum favere illi* [ DOLETO ] *cum quo abſente apud me etiam de perfidiâ expoſtulâſſes Quid enim perfidioſius quàm amicos inter ſe committere, epiſtolas ad ſe abs te datas invertiſſe, aliis alia verba ſubſtituiſſe, deleviſſe, induxiſſe? Itaque ſcito Pinachium, hàc cùm iter faceret, me ſalutandi gratiâ officioſiſſime*

* Scil. *primâ*, quam anno 1531. prodiiſſe antea obſervavi.

† Lege DOLET. Orat. 2. in Tholoſ. p. 49. *Vereor vehementer, Aquitani, ne me hìc locum in vos invehendi quæſiſſe ſuſpicemini, non neceſſariò hæc à me collecta. Non quos vitâ integrâ atque innocenti plurimos mittit Lutetiam in Italiámve Aquitania, meâ oratione appeti ſtatuo: qui Lutetiæ graſſantur, noto; qui in Italia furantur* &c.

gnari admodum viſus eſt, (*a*) aliquando tamen Doleto, intercedente Ferrano, reconciliatus: quam conciliationem vix credo diu permanſiſſe, ſimultate poſtea ſuccedente. Nam ex quo orta eſſet *Secta Ciceronianorum*, qui tam unico Ciceronianæ imitationis ſtudio ardebant, ut vix ullum alium, præter MARCUM TULLIUM, authorem, quem in Latinâ ſcriptione ſequeremur, admitterent; duóque magni nominis viri, ERASMUS & *Julius Cæſar* SCALIGER, partes contrarias ſuſcepiſſent, ille Ciceronianos impugnandi, hic defendendi; Doletus quoque huic negotio ſe immiſcere voluit, & Ciceronianos adverſùs Eraſmum tueri Dialogo ann. 1535. edito. Tum in ſe odia incendit non ſolùm Eraſmi, quem in iſto Dialogo injurioſè admodum tractaverat, ſed etiam Scaligeri, qui iratus fortè, quòd alter in eandem arenam deſcendiſſet, quaſi ipſe ſolus haud potuiſſet eo prœlio defungi, ſecundam anno 1535. VII. Kal. Octob. orationem contra Eraſmum ſcripſit; &

*ſimè conveniſſe. Ei profectò homini*——*nihil deeſſe judico, quod in viro civili, eloquente, forti denique deſiderari poſſit: modeſtiam verò eam ipſi à naturâ comparatam, ut nihil ſuprà. Quæ fuit cauſa, ut mirari deſinerem, quamobrem & ei hoſtis* DOLETUS *eſſet facilè tantæ virtutis obtrectator, & ipſe* DOLETO *neque inimicus eſſet; at ſibi infenſum illum tum ſuâ tum amicorum ope liberaliter juviſſet ita, ut daturum pœnas publico judicio liberaret At* PINACHIUS——(dixit)—— *invulgatis* DOLETI *ineptiis ſiniſtrum de ſe judicium abs te latum eſſe, cujus & notares ‡ formidinem, & damnares levitatem. Egò contrà cùm id crimen in Doleti intemperantiam, ut tu mihi ipſe indicâras, rejeciſſem; ſi, inquit ille, ita tandem eſt, quemadmodum publicis monumentis conſtat hoc, malè eum de me ſentire, ita id quoque curet, utì publicè item circumferatur,* DOLETI *factum impudentiâ, qui mihi amici ore malediceret, cùm neſciret ſuo alienóque judicio falſo uteretur, quoniam ſuum animadverteret imbecillum.* &c.

(*a*) Lege STEPH. DOLETI *Oration. Epiſtol. Carmin.* p. 75. STEPH. DOLETUS ARN. FERRONO *S.*—IULIO CÆSARE SCALIGERO *mihi tuâ operâ conciliato eſt planè quòd tibi plurimum debere me fatear.*—— & p. 77. *De mutuâ meâ ergo Cæſarem* SCALIGERUM *voluntate* —— *tantùm rogabo, id tibi primùm inducas, deinde* SCALIGERO *perſuadere coneris, quem plùs illo aut amem aut laudem, eſſe planè neminem. Salvere à me hominem jubebis, & omnem illi operam meis verbis haud dubiè pollicebere* &c. Lubet hìc notare, quàm irritabili ingenio fuerit DOLETUS, quámque frequenter inter ipſum & ipſius familiares ſubinde orirentur contentiones. Sic inter eum & JACOBUM BORDINGUM ejus amicum, diſſidium aliquando fuiſſe comperio ex *Epiſtolâ* JACOB. BORDINGI *ad ipſum* DOLETUM *Lutetiæ VII. Cal. Feb. datâ* --- pag. 164. *Accepi tuas ad me & ad* BUDÆUM *litteras.* —— *Quod tu de reconciliatâ noſtrâ gratiâ ſcribis, libenter equidem legi; ſed utinam ea, mi* DOLETE, *nunquam fuiſſet immutata, túque, ut jam cœperas, perpetuò me amâſſes; neque tam levibus malevolorum quorundam hominum ſermonibus, quàm bonorum virorum, quíque meum & ingenium & eximium erga te ſtudium magìs nôrant, teſtimoniis crediſſes: nihil certè opus fuiſſet reconciliatore Pino, cujus ego authoritate in aliâ quâvis cauſâ potiùs quàm in hâc uti maluiſſem* &c. Lege plura, ſi libet aut vacat de illâ inter Bordingum & *Doletum altercatione pag.* 170. 171. & *pag.* 129. 130.

‡ P. 157. in ARNOLD. FERRONI ad STEPHANUM DOLETUM epiſtolâ hæc legimus:—— *De* PINACHIO *autem quod quæris, aut ego fallor, aut nunquam ille orationi tuæ eſt reſponſurus, niſi fortè (ut animo levi & inconſtanti eſt) conſilium mutet. Crede mihi, haſtam jam abjecit, neque poſthac in arenam niſi exploratè deſcenſurus eſt.* &c.

& in eâdem perſtrinxit Doletum, quem exinde usque calumniis perſequi non deſtitit.

(*a*) Doletus, poſtquam Tholoſa abiiſſet, ruri paulisper commoratus, Lugdunum ad Sebaſtianum Gryphium ſe recepit.

(*b*) Doleti Orationes duæ in Tholoſam, ejusdem epiſtolarum libri duo,

(*a*) Pag. 120. Steph. Doletus Joanni à Boyssone S. *Ergo non criminis, ſed virtutis reus,* —— *non odio bonorum ſed invidiâ oppreſſus invidorum* —— *urbis veſtræ & minis & furori ceſſi. Verùm perficiam immortalibus ſcriptorum meorum monumentis, ut Tholoſam tetram, crudelem, nefariam, barbaram, litteris infenſam, à Muſis averſam, bonorum laudi duram atque inimicam, virtuti iniquam, invidam, ſceleratam, profligatam, vitiorum gurgitem, nequitiæ officinam, flagitiisque omnibus refertam atque abundantem, mei teſtimonii fide ſæcula omnia ſibi in poſterum inducant, & ſemper prædicent. Facilè mihi ignoſces, hîc ſi ſtomacho plus ſatìs fortè indulgeo, nimirum injuriâ laceſſitus.* &c. *Vale. ruri, Sex. Idus Junii.* & pag. 123. alia legitur epiſtola ab eodem ad eundem data *Ruri, decimo Cal. Quintiles* in qua ſibi *Tholoſâ interdictum* queritur. Item pag. 124. alia *Ruri, quarto Cal. Sextiles* data, in quâ —— *ego brevi tempore Lugdunum cogito. Quare antequam me in viam dem, nos de rebus tuis doce; & ſi quid ad Gryphium vis, mihi committere ne dubita* &c. Et pag. 125. —— *nec tibi profectionis meæ rationem explicare alienum viſum eſt. Me cùm nondum planè confirmatum & valentem viæ temerè inconſultòque commiſiſſem, neque à valetudinis perturbatione neque ab injuriâ temporis abfui. Sæviſſima me febris, quam à me diſceſſiſſe exiſtimabam, de integro arripuit, & viâ pulverulentâ æſtatisque calore graviſſimo atque vehementiſſimo iter feci, Lugdunúmque tandem veni, non tam ullâ ſalutis ſpe quàm certâ vitæ deſperatione. Itaque quo huc me receperam conſilio, illud prorſus mutavi, nec quas typis mandare decreveram, meæ in Tholoſam orationes priùs in lucem exibunt, quàm explorata mihi ſpes convaleſcendi oſtendetur. Sebaſtianum Gryphium conveni, & tuo nomine ſalutavi, virum certè cùm humanitatis & officii pleniſſimum, tum doctorum omnium amicitiâ digniſſimum.* —— *Nobis de habitatione accommodare voluit, ſed hominis tantùm ſuavitatem atque benignitatem amplexus ſum, & laudavi, gratiámque tam officioſè ſua mihi offerenti & patefacienti habui, moleſtiæ eſſe nolui.* &c. *Lugd. Cal. Sext.* Et pag. 126. Steph. Doletus Joanni Clausano S. —— *Hanc epiſtolam in ipſo itinere perſcripſi, cùm tribus ante horis Anicio diſceſſiſſem, ubi morbo graviſſimo implicitus dies aliquot ſubſedi. Nunc bidui à Lugduno abſum, quò, niſi me juſtum iter facere valetudo impediat, ad Kal. Sextiles veniam,* &c. *Vale. Lugduni, prid. Cal. Sext.* Et pag. 127. Idem Claudio Cotteræo S. —— *Scito Lugduni me modò eſſe infirmâ & ægrâ valetudine.* &c. *Lugduni, quarto Non Sext.* Et pag. 142. 143. 145. Idem Joanni Pino *Epiſcopo S.* —— *De urbe Tholoſâ cedens, propter ridiculorum hominum in me odia & profligatorum inimicitias, rus me amicorum adhortatione abdidi, invidorum conſpectum fugi, ſolitudinem amavi, locúmque delegi & amœniſſimum & ſtudioſorum habitationi accommodatiſſimum: quam mihi fœlicitatem invidit fortuna, & inimicorum impotentia eripuit. Etenim illinc maturè aufugi, ne mea calamitas immaniſſimam iſtorum mentem oculòsque ſaciaret, ac nefariam ſaturaret crudelitatem. Præſens quoque loci amœnitate frui non potui, infirmâ valetudine perturbatus. Sic hoſtium inſectatione coactus & morbo affectus acerbiſſimo Lugdunum, quò antea cogitabam, me contuli, quâ mente quóve conſilio, indicâſſent meæ in Tholoſam orationes & epigrammata, ea niſi in lucem exire vetuiſſet valetudinis meæ perturbatio* &c. *Vale. Datum ruri, ad ſext. Id. Aug.*

(*b*) Lege Epiſtolam præfixam. Symoni Finetius Claudio Cotteræo *S. Túne, quod feci, crimini mihi vertendum, an in laude ponendum potiùs arbitrare?* —— Doletum *cùm ſcelerati neſcio*

duo, ejuſdem carminum libri duo, ad eundem epiſtolarum amicorum liber,

*ſcio cujus hominis acerbæ quidem minæ ſed pernicioſa magis potentia urbe Tholoſâ excedere coëgiſſet, Lugdunum me comite ſe recepit, eâ omnino mente atque conſilio, ut quæ in Tholoſam nominatim, quæque multa ad multos cùm proſa oratione tum carmine elegantiſſimè ſcripſiſſet, typis politioribus excudenda curaret, atque acceptas Tholoſæ injurias ſuúmque dolorem ſtylo ulciſceretur. Sed tantùm huc veneramus, cùm ecce tibi, valetudine, ex quâ non ita dudum emerſerat, graviùs ſolito perturbatur; in quartanam tandem converſa vis eſt morbi. Mentis gravitate atque altitudine quantâ ſit, quo animo ad caſus humanos & contemnendos & ridendos natus, quàm viriliter ægrotet, minimè omnium dubitas. Sed tamen perpetuò ſe fatis iniquis & adverſis conflictari queritur; conſilium ſua evulgandi abjicit. neque aliud curat, niſi ut quàm commodiſſimè convaleſcat. Ego amici laudem & gloriam morbi incommodo in tempus longius rejici graviſſimè dolui* &c. *Orationes duas in tantâ audientium frequentiâ, quantâ nullus noſtrâ memoriâ orator, non quæſito aut ficto, ſed vero oblatóque argumento Tholoſæ habuit, illi furtim ſurripui; furtum etiam auxi duobus epiſtolarum libris ad orationum argumenta apprimè quadrantibus: mox tam opimâ prædâ factus rei avidior, carminum item libros duos compilo; omnia in lucem authore inconſulto inſcióque profero* &c. DOLETUM *adoleſcentem tot ornatum laudibus non tam ipſe miror, quàm omnem omnium admirationem ſuperaturum ſpero, vita ſi ſuppeditet. Quid enim ætate provectiore & ingraveſcente non præſtaturus eſt, qui ineunte adoleſcentiâ excitatam de ſe expectationem non ſolùm præclarè ſuſtinet & tuetur, ſed ſupra ætatem omni & eloquentiæ & virtutis laude majores natu excellit?* &c. *Impenſo & inaudito labori diligentiæque, quam litterarum ſtudiò impendit, non deeſt ingenii fœlicitas, adéſtque ſingularis & eximia prudentia, atque acerrimum exactiſſimúmque judicium. Pronunciationis gravitatem, cùm res poſtulat, lenitatem, cùm neceſſe eſt, vultum, geſtum, vocem ad partes omnes moderatam atque intenſam, ſingula denique quibus ille in dicendo floret, tibi exponere non habeo, qui dicentem illum magno cum aliis ſilentio & admiratione audîſti* &c. CHRYSOGONI HAMMONII *Itali epiſtolam addidi, quam ut cum aliis ederem, à me majorem in modum contendit, Doletum ſibi conciliandi ſtudio ſingulari adductus. Bonus eſt planè adoleſcens, & cùm eloquentiâ ornatus, tum animo in doctos eximio.* &c. *Ut* DOLETI *lucubrationes aliquot in apertum proferri tantopere vellem, hoc unum me perpulit, ut quæ propediem meâ curâ exibunt, illum certè incitent, ut ea quæ multa continet, ſibique lentè & faſtidioſè probari, multis ſæpe, mihíque ſæpiſſime confirmavit, elimata tandem & perpolita emittat: illam maximè orationem evulgari cupio, quâ ſe in ſenatu defendit, in carcerem conjectus; ea facilè declarabit, quàm notos omnes habeat artis rhetoricæ locos, quantóque ſit & ingenii acumine, & in dicendo tum ſubtilitate, tum copiâ.* &c. *Dum Doletus convaleſcendi gratiâ cœli hujus gravitatem vitat, & ruri medicorum adhortatione agit, libris, quos commemoravi, excudendis operam do, non rem homini priùs indicaturus, quàm acceſſerimus Patavium. Illuc nos, cùm ſe calor fregerit, cogitare jam pridem ad te ſcripſi.* &c. *Vale. Lugduni, ad Calend. Sext.*

CHRYSOGONUS HAMMONIUS ARCHAGATO CRITONI *S.*—— *Inter* eos, qui *antiquorum in dicendo puritatem gravitatémque imitantur,* STEPHANUS DOLETUS *facilè principem locum noſtrâ ætate obtinet. Neque dubito, quin tu quoque, poſtquam illius elegantiſſimas orationes legeris, facilè in eandem ſententiam deſcendas: ſimul id vehementer mirabere, cum dicendi facultate & epiſtolas ſcribendi arte tantam carminis facilitatem illi potuiſſe contingere.* &c. *Fortè heſterno die bibliographum inviſeram, cùm illìc* SYMONEM FINETIUM DOLETI *familiariſſimum atque perneceſſarium reperio* —— *qui oſtendit* DOLETI *orationes duas* —— *Eas* DOLETO *ſurripuerat, amici nomini conſulens, qui quoniam tam plenum laudis opus diutius continere decreverat, Finetio furti cauſam præbuit.* —— *Opus excuſum brevì ad te mittam.* &c. *Vale. Lugd. Idib. Aug.*

His

liber, (*a*) paulò poſt Symonis Finetii operâ prodierunt.

Hìc nonnulla inſeram ex * ROBERTI BRITANNI *Atrebatenſis* tribus ad STEPHANUM DOLETUM Epiſtolis. ROB. BRIT. STEPH. DOLET. *S. D.*—— *Diverti Toloſæ. Quò cùm veniſſem, multa equidem de te, ſed nil cum debitâ gloriâ. Plurima enim contra tuam exiſtimationem proferentes tum de te malè ſentiebant, tum tuo nomini & famæ ſupra modum detrahebant. Senſi ſtatim invidiam, exarſique vehementer.* —— *Societas litterarum me ad te amandum incitavit. Ut verò in tuis ſcriptis tantam animadverti & orationis ſuavitatem & copiam, ita ſum ad te amplectendum incitatus* &c. *Decrevi propemodum nonnulla edere carmina, & orationes aliquot & epiſtolas, quas fortaſſe propter levitatem aspernabere.* —— *Qui tibi has litteras reddidit* —— *erudiit juventutem Burdigalæ, & mihi collega fuit, cùm Græcè ille quotidie, nos verò Latinè profiteremur.* —— *Salutabis Gryphium meo nomine, cui me chariſſimum eſſe cupio, & fore etiam propediem tuâ operâ ſpero. Vale. Toloſæ. V. Id. Oct.*

*Rob.* BRIT. *Steph.* DOLETO. *S. D. Frangis me ſilentio, tu homo peritiſſimus ſcribendi* —— *Vale. Toloſæ XII. Cal. Decemb.*

ROB. BRIT. STEPH. DOLETO *S. D.* —— *Vale. VI. Cal. Dec. Scriptâ jam epiſtolâ, ecce ad* CLAUDIUM CHOMARDUM *litteræ, quibus ſignificas te mihi &* OMPHALIO *&* LAGNERIO *reſpondiſſe. Sed nil dum accepiſſe.* &c.

Hæ Epiſtolæ ( in quibus GRYPHII fit mentio ) ad Doletum, cùm Toloſâ Lugdunum migraſſet, miſſæ : non antequam Toloſâ excederet. Nam Doletus in † epiſtolâ ruri ( quò Toloſâ abiens ſeceſſerat ) ad Joannem Boyſſonæum datâ ſcribit ſe *Omphalium de nomine tantùm noviſſe*; & velle ſcire *quid hominis ſit, aut quâ eruditionis magnitudine.* Item Jacobus Bordingus ‡ in Epiſtolâ Tholoſæ ad Doletum, cùm illinc abiiſſet, datâ, ſic ſcribit; *Venit nuper ex Lutetiâ neſcio quis Omphalius, cum magno eruditionis nomine. Hominem nondum vidi; ubi videro, ad te ſcribam.* ROBERTI autem, quam ſuprà allegavi, epiſtola indicat tum Omphalium Doleto innotuiſſe; & hunc ad illum jam ſcripſiſſe.

(*b*) DOLETO in oratorio munere, quo in Gallorum ſodalitate fun- ge-

His duabus epiſtolis ſubnectitur GUILIELMI SCÆVÆ ad STEPHANUM DOLETUM carmen, quo CHRISTOPHORUM LONGOLIUM & SYMONEM VILLANOVANUM in Italiâ extinctos luget, & laudat DOLETUM, quo vivente illorum deſiderium levetur.

(*a*) Nullam anni notationem, nullum typographi nomen præfert horum opusculorum, quâ utor, editio; ſed in ultimâ paginâ leguntur hæc: [ DOLETUS. Durior eſt ſpectatæ virtutis, quàm incognitæ conditio ] quo Lemmate Doletus poſtea ſæpe uſus eſt.

* ROBERTI BRITANNI *Attrebatenſis Orationes quatuor. De parſimoniâ liber. Epiſtolarum libri tres. De virtute & voluptate colloquium. Ejusdem Carminum liber unus. 4. Toloſæ. apud* NICOLAUM VIEILLARDUM 1536 *pag.* 70. 82. 87.

† Lege DOLET. *Orat. Epiſt. & Carm.* pag. 123.

‡ Ibid. pag. 175.

(*b*) DOLET. Orat. Epiſt. Carm. pag. 93.

gebatur, Tholoſæ ſucceſſit THOMASSINUS. (*a*) DOLETUS ipſe ( utì priùs dictum eſt ) Tholoſæ malè habitus & urbe excluſus, Lugdunum ſe contulit; ubi non ( ut puto ) toto biennio exacto, Lutetiam inviſit: (*b*) Idibus ſcilicet Octobribus ann. 1534. cùm annum vi-

93. 94 95. *Steph. Doletus Jacobo Bordingo S.* —— *Oratoris munere ( quod mihi ſcis datum à Gallis negotium ) jam dudum ſum perſunctus, quàm ex ſententiâ, quantâ item nominis & laudis acceſſione malo tibi ab aliis quàm à me declarari. Illud interim habeo confirmare, qui liberiùs, quæ ſentiret, palàm ſit Tholoſæ profeſſus, ante me fuiſſe neminem. Præjudicia à Senatu adverſùs* Gallorum *ſodalitatem oratione non minùs luculentâ quàm acerbâ diſſolvimus: illam, dum licebit, deſcribam, & ad te primo quoque tempore mittam* ——— *Id ne neſcias, decurſo oratorii noſtri muneris tempore, ſucceſſit nobis Thomaſinus, cujus & ſcribendi & dicendi genus notum tibi eſſe arbitror: is quæ præſtare poſſit, facilè conjecturâ aſſequeris.* &c. *Tholoſæ ſexto Cal. Decemb.*

(*a*) DOLETI anni ex ipſius ad BUDÆUM epiſtolâ antea allatâ facilè colligi poterunt. Nam natus eſt anno 1509. *Genabi* annos duodecim exegit, dein *Lutetiæ* quinque, *Patavii* tres, *Venetiis* unum, *Tholoſæ* duos, *Lugduni* unum. Anni collecti erunt viginti quinque. Annus igitur DOLETI vigeſimus quintus anno Chriſti poterit coincidere 1534. quo Lutetiam Lugduno primùm abiit.

(*b*) Lege DOLETI ad GUL. SCÆVAM epiſtolam ipſius Dialogo *de Ciceronianâ imitatione* præfixam ----- *Idib Octobr. Lutetiam veni, nullâ neque corporis offenſione neque moleſtiâ* &c *Dialogum de Imitatione Ciceronianâ adverſùs Eraſmum ad te mitto, quem* GRYPHIO *reddes. Amabò te, illum quàm caſtigatiſſimè excudendum cura, neque committe, ut tuum mihi officium in eâ re deſit, quod nunquam defuit. Quæ* ERASMUM, *ut numen, colit, &* CICERONI *antefert imperita trivialium grammaticorum turba, vix in me convitiis abſtinebit. Senectute quoque propè deſipientem ſenem audaces adoleſcentis conatus pro veteri ſuâ & perpetuâ ſcurrilitate riſurum non dubito. Sed ſcurræ riſu faciliùs nihil à nobis fertur, neque à ſilicernio dentibus defecto dentem aſperiorem timemus. Atque qui me inſolentiæ accuſabunt, & convitiis obruent,* ERASMUM *quòd oppugnem, videant hoc priùs, quo* ERASMUM *modo ab inſolentis & maledici nomine tueantur, qui Ciceronis exiſtimationi illudere, qui Ciceronis imitationi ſtudentes inſectari auſus eſt. Meis linguæ Latinæ Commentariis ex integro deſcribendis horas veſpertinas tribuo, quos ad calendas, plurimùm, Januarias confecero* **Reliquum hyemis tempus in altero orationum & epiſtolarum mearum volumine augendo conſumam.* &c. *Immenſus iſte ſtudiorum amor vetat me hercule, pedem domo, tanquam litteris alligatus, ne usquam efferam. Quare factum eſt, tuum ut Æmilium nondum inviſerim, tuas tantum litteras ei reddendas curârim; neque Budæum, quod mihi fortè vitio verti poſſit, adhuc ſalutârim.* &c. *Jam Lutetiæ acta rumoréſque expectas.---- In vulgi ſermonibus aliud planè nihil, præter factas Chriſto à Lutheranis injurias. Diſſipavit enim convitioſa quædam in cultum Chriſtianum ſtulta iſta & gloriæ exitioſa appetens natio, quæ invidiam, quâ hactenus laboravit, vehementius commoverunt. Itaque cum ex infima plebis fece, tum ex ampliſſimo mercatorum ordine, erroris Lutherani ſuſpicione perſtricti multi in carcerem conjecti ſunt. Iſtarum tragædiarum ſpectatorem me præbeo, & aliorum partim vicem doleo, caſúmque miſeror, partim ſtultitiam rideo, qui ſibi capitale periculum ridiculâ quadam pertinaciâ & intolerabili obſtinatione conflant Tu ad me de rebus tuis ſcribes* &c. *Expectabo abs te volumen omnium, quæ Lugduni geruntur, pleniſſimum. Id verò ſcribere ne prætermitte, qui nobis æqui ſint, qui iniqui ob* † *vulgatam illam orationum noſtrarum furias nihildum ad ſanitatem rediiſſe, & multa in me ſceleratè*

* Dubito, an alterum hoc volumen unquam prodierit.

† Illam puto innui, quam Finetius ( uti antea notavi ) excudendam curaverat.

vitæ circiter vigeſimum quintum attigiſſet. Anno 1535. Stephani Doleti *de Imitatione Ciceronianâ adversùs* Desiderium Erasmum Roterodamum pro Christophoro Longolio † Dialogus apud Sebastianum Gryphium Lugduni in 8. &

*te moliri audio.* &c. *Vale. Lutetiæ, quinto Idus Novembris* 1534. Ad Dialogi illius calcem adjicitur Doleti ad Jacobum Rostagnum *adoleſcentem optimum* epiſtola: —— Scævam *noſtrum ſaluta meis verbis diligenter, atque illi inſta, ut quem à me accepit de Imitatione Ciceronianâ dialogum, eum quàm caſtigatiſſimè excudendum à* Gryphio *curet. Meos Latinæ locutionis commentarios brevì iſtuc mittam: qui ut characteribus elegantiſſimis excuſi & emendatiſſimi exeant, dabis cum Scævâ operam. Vale. Lutetiæ, pridie calendas Januarias.* Lege & hæc Doleti ad Budæum in initio Commentar Tom. Prim. verba: —— *Poſt obductam * primi mei vulneris cicatricem, memet paulisper colligens, Dialogum in Batavum ſcriptitatorem ſcripſi In quo quòd paulùm veritati conceſſum eſt, nimiùm me vehementem, nimiùm acrem atque aſperum vociferatur Eraſmicorum diſcipulorum grex, garrulitatem (aliud omnino nihil) à magiſtro inſigniter edoctus. Sed fremant omnes licet, dicam haud dubiè, quod ſentio. Sentio autem Cicero-maſtigem Dialogum à* Desiderio Erasmo Roterodamo *aut ſano aut ſicco nunquam ſcriptum.*

† In eo Dialogo, quem ad Joannem Langiacum *Epiſcopum Lemovicenſem* inſcribit, * inducit colloquentes perſonas, Simonem Villanovanum, & Thomam Morum; hunc Erasmi, illum *Ciceronianorum* partes tuentem. Ex Dialogo excerpam nonnulla, ex quibus conſtet Doletum Lutheranis (ſaltem cùm illum ſcriberet) non faviſſe. Pag. 36. *Quid* Lutherus? *Quid*? Zuinglius? *Quid* Oecolampadius? *Quid* Bucerus, *Quid* Erasmus? *Quid* Melanchthon? *Quid* Lambertus? *Quid* Farellus? *Quid reliqua recentiorum theologorum ſentina ſuis tam acutis & luculentis in ſacros libros commentariis genti Chriſtianæ attulerunt? Videor hìc aliquem* —— *muſſitantem audire: Superſtitionem ſuſtulerunt, religionem retulerunt, & ſuis natalibus reſtituerunt. Inſolens & arrogantiæ plenæ oratio. Sic igitur de hominum labore & authoritate pendet nititúrque religio nobis hôc tempore reſtituta* —— *Errorum (quos vocant) dum fontes aperiunt, Chriſtianæ perſuaſionis dum capita quædam diſcutiunt, & omnia ad ſententiam ſuam nutúmque revocant, dum religionem velut elimant & perpoliunt, ** fit profectò, ut introſpectis myſteriis quæ reverebantur antea, multi jam multa negligant, vanáque & commentitia opinentur, Chriſti inſtitutionem deſpiciant, Deum humana curare negent, animam corpori non ſuperſtitem prædicent, credántque omnia morte deleri, nec ullum ſenſum manere. Hanc noſtri ſæculi labem & maculam conflavit explodenda Lutheranorum curioſitas, qui cùm errantes in viam reducere (id quod dictitant) & ad frugem bonam revocare ſtuduerunt, religionis dignitatem labefactârunt, notiora (ut humanum eſt rerum notarum faſtidium & contemptus) aſpernandi anſam dederunt, divina everterunt, humana introduxerunt, ſtupidos & rudes acuerunt, acutos & ſolertes infatuârunt.* &c. Doletus Longolium Erasmo anteponit: pag. 38. —— *In unâ Longolii epiſtolâ plus eloquii, plus artis, rhethoricæ, plus linguæ Latinæ ſplendoris elucet, plus acuminis eſt, plus inventionis viget, quàm in omnibus ad unam* Erasmi *commentationibus Nempe* Longolio *non ad quæſtum fuit, non* Frobenii *prælo incumbendum, non ſatisfaciendum. Id quod* Erasmum *coëgit, ut omnia præcipitaret atque projiceret, non matura ederet*, &c. Et pag. 51. Longolii *laudis invidiâ ſemiuſtus* Erasmus *Dialogum Ciceronianum evomuit: finxit, ſub*

* Innuit, ut puto, quas Tholoſæ ſuſtinuerat injurias.
** Ex his verbis eorúmque ſenſu mihi non videtur Doletus liberiùs de religione Chriſtianâ ſenſiſſe ejúsque myſteriis, quæ libertini ſolent elevare & irridere.

& ann. 1536. ejuſdem *Commentariorum Linguæ Latinæ* Tomus Primus apud eundem ibidem infol. prodiit. Huic Tomo præfigitur ipſius DOLETI adCommentarios ſuos Hexametrum.

*Prima meæ monimenta artis, monimenta juventæ*
*Prima meæ, tandem auſpiciis exite ſecundis:*
*Ac longæ pertæſa moræ, nimiúmque retenta,*
*Vos deſiderium capiat jam lucis: in auras*
*Surgite: nec maledica hominum vel lingua, vel aſper*
*Sermo metum injiciat: ſtudio quin luminis ite,*
*Ite ( imbecillos animos timor arguit ) ite,*

*Prima*

*ſub cujus perſonâ* LONGOLII *ſtudia rideret, conatus aſpernaretur, gloriam infringeret: majoris impatiens,* LONGOLIUM *laude majorem poſſeſſione laudis exturbare adnixus eſt. Laudes tamen aſperſit detrahendo & maledicendo, odium ne ſuum plùs ſatìs patefaceret, omnibus nihilominus perſpectum.* &c. Et pag. 64. ---*Julium Cæſarem* * SCALIGERUM *tibi hìc objicerem, virum* CICERONIS *Lectioni multùm deditum, in quo grammaticæ ſubſidia non deſideres, dicendi facultatem laudes: ſed quam* ERASMO *plagam inflixit, longo jam tempore obductam ſermone meo refricare nolim: hominem prudens penè præterii, ne* ERASMI *dolor recrudeſceret. Superat omnem ſanè admirationem diuturnum iſtud ſenis garruli ſilentium. Mirum eſt maledictis appetitum ſenem balbutiendi garriendique anſam non arripuiſſe.* ——— † *Convitioſus convitioſum, ut canis mordax canem mordacem, timet.* &c. Et pag. 185. *Quibus ( ut debet ) diſplicet effrenata* LUTHERI *audacia, quibus inviſa eſt* LUTHERI *ſecta,* LUTHERUM *ipſum ſub* ERASMI *ſcriptis latere,* ERASMUM *totum* LUTHERI *venenum exhalare aſſerent, neque aliâ cauſâ diſſimulanter & dubiè pleraque locutum illum, niſi ut, quâ invidiâ* LUTHERUM *oneratum videbat, eam ſuâ diſſimulatione & dubio ancipitique in omnibus ſermone fugeret, conſuleretque ſuarum lucubrationum immortalitati, quas à plurimis, ſed à Gallis maximè, rejectum atque exploſum iri proſpiciebat, ſi eadem, quæ* LUTHERUS, *ſcripſiſſet.* &c. Et pag. 190. ‡ ERASMUS *verſificatorem* [ BADIUM BUDÆO ] *illi antetulit, eam certè ob rem, cujus cauſam Gallus quidam doctiſſimus diſticho ſic expreſſit:*

*Deſine mirari, quare poſtponat* ERASMUS
BUDÆUM BADIO; *plus ſavet ille pari.*

*Hoc te fateri oportet, ſi obtrectationis ſuſpicione* ERASMUM *liberare cupias, niſi fortè obligatione adductum eum id feciſſe dicas, quòd Lutetiæ à* BADIO *ſplendidè & lautè, cùm illìc ageret, aliquando acceptus, illum re aliquâ remunerare neceſſe habebat: neque fuiſſe, quo cumulatiùs obſonatori gratiam referret, quàm ſi grammaticum eo eruditionis gradû conſtitueret, in quo ſtat* BUDÆUS &c. Si cupiat lector legere, quid ERASMUS in ſuo *Ciceroniano* de BADIO & LONGOLIO ſenſerit, conſule ( Edition. Baſil. 1530. 8. ) pag. 577. & 596. Item & pag. 479. de JOANNE PINO ( DOLETI, utì priùs dictum eſt, amico ) quem notat tunc ( ſcil. ann. 1528. cùm prima Ciceroniani editio prodierit ) factum epiſcopum.

* Quàm tamen ægre tulerit *Julius Cæſar* SCALIGER DOLETUM huic liti ſe immiſcuiſſe, antea obſervavi.

† Neſcio, an SCALIGERO hæc bilem conciverint verba: quæ tamen ironicè magìs quàm ſeriò à DOLETO dicta mihi videntur. Nihilominus certum eſt SCALIGERI orationem contra ERASMUM ſcriptam maledictis & conviciis, quæ à litterato in litteratum jactari nequaquam decet, ſcatere.

‡ Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 66. 67. &c.

*Prima meæ monimenta artis, monimenta juventæ*
*Prima meæ, tandem auſpiciis exite ſecundis.*

Doletum * conſtat *Pariſiis Lugdunum* rediiſſe anno 1536. quo primus ille Commentariorum Tomus in lucem prodiit.

(*a*) *Ad ſeptimum & vigeſimum ætate jam provectâ, uberiora, quàm graviora aut ſibi probatiora, ingenii documenta præbuit. Orandi munus ſubire hunc ante tempus coëgerunt indigniſſimæ quorundam hominum* (*quorum tum nemini pepercit*) *contumeliæ.* Budæum teſtem appellat, *omnéſque, qui* (*b*) *ipſius lenitatem nôrunt, ſi quid in eos ardentius ſcripſit, non ferendis injuriis ſtomachum, qui antea hebetabat, præter ſententiam fuiſſe exacutum. Incaluit fortè impotentiùs, atque non ſinè iratioris animi* (*id quod inimici ipſi objiciebant*) *ſpecie, ſed quem incenderat læſa violatáque patientia. Edendos* (*c*) *jam curavit* Commentarios, *primâ quidem ſuâ adoleſcentiâ cœptos, ſed omni à ſe nunc curâ, diligentiâ, judicióque de integro confectos atque abſolutos. Quos enim ſibi maximo uſui fuiſſe ſenſerat: & quas ſpem ingrediebatur juventuti fore non inutiles, ab invidiæ ſuſpicione non abfuturum ſe arbitratus eſt, eos omnibus niſi patere vellet.* (*d*) *De horum dedicatione cogitans, id conſilii confeſtim inivit, ut* Francisco *regi, cui Galli omnes, artium quantumcunque ſuis ſtudiis adipiſcuntur, acceptum referre ſe prædicant, dicandas adoleſcentiæ ſuæ primitias, conſecrandos juveniles labores cenſeret: ſed quos ita accipi voluit, ut operis longè præſtantioris graviorísque pignus, ut conatûs laudatioris obſides.* (*e*) *Editionis celerioris, præter ſuam juventuti maturiùs conſulendi cupiditatem, maximum ei illicium fuit, ne, ſi rem extraheret, gravioribus poſthac commentationibus deditum ad humiliora referri ſe pœniteret. Etenim graviora meditabatur, & poſt horum Commentariorum laborem ad ſui Temporis Hiſtoriam ſcribendam aggredi jam diu in animo erat. Sic* putabat, *quo ſibi aliquid allatum prædicaret, juventutem litterarum amantem à ſe accepturam: ſic* fore ut *patria ipſum otio & ſtudiorum fructu in frigidis vel ſupervacaneis ſcriptionibus abuſum nunquam quereretur: ſe ſic vitam honeſtiſſimo & laudatiſſimo exercitationis genere juvenem, ſenémque* (*f*) (*niſi ſe præmatura mors extingueret*) *ut ipſi fuit in votis, acturum.* Querebatur enim Gallos *res ſuas longo nimis tempore neſciviſſe: quibus celebrandis non unus ipſe ex omnibus re omni paratiſſimus operam ſuam dicabat, ſed tanto, quàm cæteri, erga patriam officioſior id oneris non invitus ſuſcipiebat; in quo* (*quando in litteris ætatem de-*

* Nam epiſtolæ præfixæ datæ ſunt *Lugduni* M. D. XXXVI. altera XII. Cal. Majas ad Franciscum Valesium Galliæ regem, altera decimo Calendas Majas ad Gulielmum Budæum

(*a*) *Epiſt. ad* Bud. præfix. *Comment.* Tom. 1.

(*b*) Quâ tamen lenitate fuerit Doletus, ex ante dictis lector poterit æſtimare.

(*c*) Ann. 1536. cùm annos 27. natus eſſet.

(*e*) Lege Doleti *Epiſtol. dedicat. ad Reg. Comment. Tom.* 1.

(*d*) *Epiſtol. ad* Bud. præfix *comment. Tom.* 1.

(*f*) Verba hæc præſaga non notare non poſſum.

*decreverat conterere, finémque ſibi ſtudiorum ſuorum hiſtoriam propoſuerat) cum laude aliquâ reliquo vitæ ſuæ curſu animosè conſtantérque deſudaret, atque elaboraret.*

(*a*) *Anno* 1536. *ad Calen. Novembres, cùm Lugduni commoraretur, & ſecundi ſuorum Latinæ linguæ commentariorum tomi editioni totus operam daret, allatus eſt ad ipſum à* (*b*) CHRISTOPHORO RICHERIO *viro eruditiſſimo & humanitatis officiíſque pleniſſimo* (*c*) LAZARI BAYFII *de re Navali libellus. Tum forte* (*d*) DOLETI *de rei navalis dictionibus locus excudebatur. Id quod eum acriùs movit, ut librum* BAYFII *& diligentiùs & attentiùs perlegeret. Perlegit, & nihil quicquam perlegens annotavit, in quo &* BAYFIUS *& ipſe idem aut tractarent aut explicarent, præter navium genera & appellationes. Erga* RICHERIUM *ut ſe gratum præberet,* (*e*) *tertium & quartum ex ternione quodam folium mutui officii cauſâ ei perlibenter dedit, quæ ad Bayfium primo quoque nuncio ſe miſſurum non rogatus affirmavit. Doletus nil cauſæ, cur non id faceret, dixit. Reddita ſunt Bayfio ea non ita admodum pòſt folia.*

*Hic locus eſt, in quo* ſibi *finxit* (*f*) DOLETUS BAYFIUM *ſtomachantem, quòd eadem cum eo de re navali ſuſceperit, mandatis oneràſſe* (*g*) *emiſſarium, ut* DOLETI *naſcentem exiſtimationem imminuat. Hìc ſuſpicatus eſt* DOLETUS *illum emiſſarium in* BAYFII *bibliothecâ aſſidentem, folia* DOLETI *ſuffurantem,* BAYFII *de re navali librum ipſius vel juſſu vel aſſenſu contraxiſſe; & malevolentiâ ardentem ea in foliis Doleti notâſſe, quæ maledicendi locum illi relinquere viſa ſunt.* Hìc iratus DOLETUS *ſic* BAYFIUM affatur. *Fac, ſi voles, rectè ab eo animadverſa, quæ in me tam iracundè profert. Hoccine tamen humanum factum, aut honeſtum? hoccine viro bono, & literato dignum, quæ ab officioſo officiosè ad te miſſa erant, nondum edito meo in lucem opere (in cujus editionem adhuc incumbo) tam inſolenter, támque inconſultè reprehendere? Hícne magìs inſecter emiſſarii tui (depoſitæ de te ſuſpicionis oblitus eram: compendiarium dicere volebam) ſcelus, quàm ſtultitiam rideam? Sed ſcelerati ſcelus inſectari non libet. Stultum verò, & imprudentem non exiſtimem, qui inconſideratâ, & temerariâ mente præceps, id non vidit, poſſe me, cùm meum mihi opus adhuc in manibus ſit, nequedum exiit, quæ reprehendit, mutare, & ex ejus animadverſione caſtigare? Sic mendacis, & falſi animadverſoris famam ſubiret, mihi ſuâ præproperâ petitione nullum vulnus inferret. At, quæ in nos tela jacit, virili-*

(*a*) Lege DOLETI *Epiſtol. ad Bayf.* præfix. DOLETI libro *de re Navali* 1537.

(*b*) Hujus RICHERII *de Turcarum rebus* libros excudit *R. Steph.* 1540. Ad hunc epigramma ſcripſit DOLETUS: Vide *Dolet. Epigr. lib.* 1. *pag.* 29.

(*c*) Edit. apud *R. Stephanum* 1536. *Prid. Cal. Sept.*

(*d*) Vide *Dolet. Comment. Tom.* 2. *p.* 155. *ad p.* 228.

(*e*) Horum foliorum ſignatura eſt H 3, H 4. *in Tom.* 2. *Comment.*

(*f*) Hinc ſuſpicacem animum DOLETI libet notare.

(*g*) Sic vocat CAROLUM STEPHANUM.

*riliter repellere certum eſt, non iſtiusmodi declinatione ictus hoſtis muliebriter eludere.*

CAROLI STEPHANI de re navali libellus ex BAYFII libro excerptus DOLETO *ſtomachum fecit, eúmque ad librum ſuum de re Navali ſeparatim emittendum impulit:* in cujus libri ad BAYFIUM præfatione Caroli Stephani *criminationem illius verbis expreſſam, ſuam deinde defenſionem proponit.*

CAROLUS STEPHANUS hinc non tantùm plagii, ſed & malæ fidei DOLETUM accuſat. (*b*) *Non poſſum*, inquit, *hôc loco ſatìs admirari ejus ingenium, qui cùm diſſimulare conatur, ſe à* BAYFIO *nihil ex re navali deſumpſiſſe; omnia tamen deſumit: ac dum in ſuis commentariis bonis lectoribus aut fucum facere aut tenebras offundere conatur, ne ſuum furtum omnibus palàm fiat, in id erroris incidit, ut vocabula quædam immutet ac pervertat: neque vocabula ipſa ſolùm, ſed etiam authorum nomina ac ſententias ementiatur: cujus criminis operæ precium duximus juvenculos noſtros admonere, ne minùs cauti in id temere incidere poſſint. Si quando igitur in commentariis linguæ latinæ legerint naves embatas pro vectoriis, quas ille ſcanſiles appellat: corruptum id ſciant, pro epibatis, niſi cùm depravatâ Jureconſulti lectione emphatas dicere voluit. Præterea quæ verba attribuit* PLINIO *libro decimonono, ea ipſa ſunt quæ priùs adduximus ex* BAYFIO, *deſumpta ab Ulpiani titulo de exercitatoriâ actione: Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) epibades ſunt* &c. *Atqui* PLINIUS *lib. decimonono hortorum curam & ornatum recenſet, & à navium tractatione longiſſimè abeſt. Vide quæſo lector quàm hoc ſit diligenter Latinam dignitatem tractare.* (*c*) *Animadvertant autem diligenter noſtri adoleſcentuli, ne in id vitium cum quodam incidant, ut falsò exiſtiment, remulcum eſſe parvam navem ſive ſcapham, quâ grandiores naves pertrahantur. Et ſi quando in commentariis linguæ Latinæ deprehenderint remulcum pro navi deſcriptum, ſciant eum qui rem navalem ex* BAYFIO *traduxit, minùs intellexiſſe Græcas authoritates, quæ tum ex* POLYBIO, *tum etiam ex* DIODORO SICULO *in contrarium ſenſum adductæ ſunt.* (*d*) *Hoc multò magìs admiror, quòd vir doctus in ſuis linguæ Latinæ commentariis locum* HIRTII, JULIO CÆSARI *adſcripſerit quarto belli civilis: Cùm alìoqui certiſſimum ſit apud* CÆSAREM *nusquam reperiri poſſe. Neque vero quisquam exiſtimet velim tale quidpiam Latinæ linguæ inter cæteros optimum authorem confinxiſſe. Fortaſſis non optimè tranſcripſerat ex* BAYFIO *locum* HIRTII, *qui certè ſic habet ad verbum in bello Alexandrino, quemadmodum ille vir bonus* CÆSARI *adſcribebat: Capit* (*inquit* HIRTIUS) *ex*

(*a*) Is liber excerptus eſt ex ſecundo (pag. 155.) *Commentariorum Latinæ linguæ tomo*; cujus libri correctioni ſe non incubuiſſe, tomi commentariorum ſecundi editione occupatum, fatetur. Excuſus eſt *apud Seb. Gryph.* 1537.

(*b*) *Car. Steph. de re nav.* 1537. p 53.

(*c*) *p.* 47.

(*d*) *p.* 39.

*ex eo prælio pentiremem unam, triremes duas, dicrota octo, compluréſque remiges Octavianos. Diſcant hujus exemplo quicunque alienas vigilias ſibi attribuere volent, ſaltem tam occultè ſuffurari, ut furtum ſuum adeò manifeſtè deprehendi non poſſit.* (*a*) *Atqui ut ad lenunculum redeam: mirum hoc mihi maximè videtur in viro docto, cui cùm nulla authoritas antiquorum ſuffragetur, auſus eſt tamen in ſuis commentariis linguæ Latinæ remeculum proferre tanquam navigii genus quo Lemnii uti ſolebant. Certè id nemo crediderit à* B AYFIO *deſumptum eſſe, ſed fortaſſis temere prolatum, ut permulta alia.* (*b*) *Quod autem quidam in ſuis commentariis* VIRGILII *locum adducit in proræ exemplum,* [ *Quot priùs æratæ ſteterant ad littora proræ :* ] *certè corruptum eſt; ſcriptum enim reperies puppes, etiam pro navibus, ut pars pro toto ſumatur.*

DOLETUS his reſpondet; & non tantùm ſe de plagio aliíſque ſibi objectis purgare conatur, ſed & STEPHANUM graviſſimis contumeliis, turpibúſque verborum opprobriis inſequi. Sic BAYFIUM affatur: (*c*) *Qui Commentarios, & Dictionaria ſcribunt, vel aliquid interpretantur, ſic factos eſſe non ignoras, ut nihil ferè ex ſe promant: omnia ab aliis mutuàri neceſſe habeant. Quòd ſi id furtum à te, ut à tuo Compendiario, appelletur, furti in tuis omnibus libris accuſaberis: furti accuſabitur Galliæ noſtræ lumen* GULIEL. BUDÆUS: *furti accuſabitur Germaniæ ſempiternum decus* ERASMUS ROTERODAMUS: *furti accuſabitur* CÆLIUS RHODIGINUS: *furti accuſabitur* VOLATERRANUS: *furti accuſabitur* SYPONTINUS: *denique furti accuſabuntur omnes, quotquot Commentarios confecerunt, vel interpretationes reliquerunt.*—— *Et me omnia à te deſumere clamat tuus Emiſſarius ( vah : pro Compendiario Emiſſarius mihi nec opinanti excidit ) ſi rem Navalem, ut tu, tractans, quædam, ut tu, declarem? Vociferarer hìc: ò ridiculum caput, ò belua, ò beſtia, ò pecus. Sed ea orationis fulmina, ea orationis tonitrua non fert epiſtolæ humilitas. Ad reliqua, quæ mihi objicit, gradum facio. Quid? fucum, inquit ille, Lectoribus facere, tenebras offundere Lectoribus conor : vocabula quædam perverto: autorum nomina, ac ſententias ementior. Reſpondeat hìc invidiâ diſruptus nebulo. Fucum Lectoribus, & juvenculis, in quos tanto ſe amore flagrare jactat, facere eſt, omni ambitione, cupiditatéque, & honorum ( ad quos vel ampliſſimos jampridem evocari potuimus ) contentione abjectâ, valetudinis ratione poſthabitâ, dies noctéſque literis involvi, ut mihi rudem juventutem munere aliquo devinciam, & meis laboribus ad eloquentiæ ſtudium incitem, juvémque quâ poſſim, facultate?* —— *Quòd ad embatas naves attinet, quas pro vectoriis accipi tradidimus,* BUDÆI *opinionem ſecuti ſumus. Quòd* PLINIO *falsò, ut iſte ait, attribuimus, ſciat vel à ſe, vel ab alio in Theſauro Linguæ Latinæ antea* PLINIO *attributum. Jam exclamet nebulo. Vide*

(*a*) *p.* 62, (*b*) *p.* 76.
(*c*) Dolet. de re Nav. 1537. Defens. p. 6.

*Vide, Lector, quàm hoc ſit diligenter Latinam dignitatem tractare. Quaſi verò grammaticis inſtitutionibus ( grammaticas inſtitutiones voco, dictionum interpretationes ) conſtet Linguæ Latinæ, vel alius cujuslibet dignitas. Conſtat non grammaticis inſtitutionibus, ſed ornatè, variè, copiosè, aptè, numerose, exactè ſcriptâ aut oratione, aut epiſtolâ, aut carmine. Ad quæ quoniam tuus ſciolus ardelio non adſpiravit, Latinam dignitatem in grammaticis tricis poſitam arbitratur. At in hominem tam nullius exiſtimationis invehi me pudet.* (*a*) *Eam* remulci *ſignificationem ex* FESTI *verbis primùm collegi: tum meam ſententiam confirmavit ſequens* PLAUTI *exemplum.*

*In Bacchid. Actu ſecundo: ubi Nicobolus ſenex, & Chriſalus ſervus colloquuntur.*

*Intereà è portu noſtra navis ſolvitur:*
*Ubi portu eximus, homines remulco ſequi:*
*Neque aves, neque venti citiùs.——*

*Addam hoc tantùm, à tuo blaterone* ROBERTUM STEPHANUM *debuiſſe antea reprehendi, qui antea in ſuo Dictionario remulcum pro parvâ nave, vel ſcaphâ poſuerat. Addam hoc etiam obiter, in blateronis tui criminatione non ferendam videri mihi barbariem, cùm authoritates pro exemplis, vel locis appellat. Sed quis miretur barbarum barbarè loqui?* (*b*) *Quàm mihi mirum multò magìs accidat, vix credas, nebulonem tuum tantâ ſtoliditate, & ſtupiditate eſſe, ut me ignorantiâ, non de induſtriâ locos* HIRTII *pro Cæſarianis citâſſe putet. Non ego univerſos* CÆSARIS *Commentarios legi? Non, quæ* HIRTIO, *vel* OPPIO *aſcribuntur, novi? Ita citare placitum eſt. Graviſſimum, tui nebulonis ſententiâ, flagitium. Perinde ac ſi Commentarii* CÆSARIS *non dicerentur, ſed* HIRTII, *aut* OPPII. *Verùm in tam frigidâ criminatione vehementiùs invaleſcere, aut accerbiùs indignari, viro gravi non dignum eſt. Quid prætera mihi objicit blatero? Alienas vigilias, hoc eſt, tuas mihi me attribuiſſe: non ſatis occultè ſuffuratum fuiſſe. Nihil à te nos ſuffuratos, nihil à te nos traduxiſſe antea probavimus.—— Riſu dignus eſt tuus nebulo & barbariei notâ, qui tam barbarè ad extremum ſuperioris criminationis loquitur. Diſcant ( inquit ) hujus exemplo, quicunque alienas vigilias ſibi attribuere volent, ſaltem tam occultè ſuffurari, ut furtum ſuum adeò manifeſtè deprehendi non poſſit. Non barbarè reciproco utitur? Eorum, dicendum erat. Tam fœdè in reciproci uſu lapſus eſt ad extremum etiam epiſtolæ, quam tuo in Epitomen contracto de re* (*c*) *Vaſculariâ libro præmiſit: ubi ſic ſcribit: Præterea ſcimus non modicam jacturam docti alicujus nomen facere, ſi quando ſcriptum ſuum temere à quoquam invertatur, atque immutetur. Non barbarè hìc item reciproco utitur? Ejus, di-*

[ (*a*) *p.* 9. (*b*) *p.* 11. (*c*) *Edit. apud R. Steph.* 1535.

*dicendum erat.* (*a*) *Nihil adhuc temere à me prolatum probavit obtrectator. Quare proxima vox maledicti ſit, & procacitatis, non veritatis. De Remeculo mecum facit* AULI GELLII *authoritas libro nono, capite XXV. Neque eſt, quòd locum* GELLII *corruptum calumnietur. Ad hæc, ſi in hôc me notet, &* SYPONTINUM, & ROBERTUM STEPHANUM *notet neceſſe eſt: qui idem in ſuis Dictionariis ante me tradiderunt.* (*c*) *Quod ex* VIRGILIO *citavimus in exemplis proræ, certè non corruptum eſt: & ita habet tum* ALDI, *tum* COLINÆI, *tum* ROBERTI STEPHANI, *tum* GRYPHII *exemplar. Porrò ſi exemplarium tam caſtigatorum autoritatem non ſequatur obtrectator, rationis aliquid afferat; quare potiùs, ut vult, quàm ut citavimus, & omnia exemplaria habent, legendum ſit. Afferet, puppes reperiri pro navibus, ut pars pro toto ſumatur. Non etiam proræ pro navibus capi poſſunt, ut pars pro toto ſumatur? Non prora navis pars eſt.*

*Hæ ſunt, mi* BAYFI, *tui Compendiarii in me criminationes, quas penè invitus refutavi. Ita enim me jamdiu comparavi, illudque cepi conſilium, ut iſtiusmodi nebulonum petulantiam, muliebrémque loquacitatem citiùs riſurus ſim, quàm vel tantilli facturus, vel ullâ omnino oratione refutaturus. Equidem probè ſcio, quàm minima, vel nulla potiùs ſit aut laus, aut ingenii commendatio, in hôc pugnaci ſcribendi genere verſari. Satìs etiam, ſupèrque novi iſtarum hominum quisquiliarum mores: qui eruditorum, & inſigniter eloquentium Apologiis illuſtrari ſe & ſtudent, & ſperant. Hâc viâ, atque ratione quantam temporis jacturam, quàm nullum gloriæ quæſtum fecerit* ERASMUS, *dum omnibus laceſſentibus reſponderet, non dubium habeo. Quàm illius Apologiæ jam frigeant: quàm parum in doctorum manibus ſint video. Quare alieno damno cautior maturè factus, obtrectatoribus, & dicaculis iſtis ludimagiſtris (quos quî meliùs in omnem poſteritatem infames reddam, quàm meo uno aliquo * jambico epigrammate?) quamlibet velint, obloquendi, obtrectandíque licentiam libenter permitto: neque laboro, ut me poſtea adverſùs tam leves morſus defendam. Procacitatis amatores facilè ſilentio frangam. Silentio facilè eludam (niſi gravi admodum injuriâ laceſſitus) quos mutuæ garrulitatis expectatio ad garriendum commovet. Facilè taciturnitate repellam, quos ad laceſſendum oſtenſa concertationis ſpes adducit. Quid enim ſtudia mea gravioribus rebus dicata, tam levibus ſcriptionibus conteram? Quid tam jejunis argumentis vacem? Quam ex tam ignobilibus, tam abjectis concertatoribus laudem victoriæ quæram? At in tam agreſtem & inſulſum nebulonem hæc nimia ſint. In te verò quâ voluntate ſim, ſi fortè ſcire aves, eâ mehercule ſum, quâ erga virum probiſſimum, (ut adhuc mea fert opinio) modeſtiſſimum, doctiſſimúmque eſſe omneis decet. Te (ſi ita vis) amo, te colo, te obſervo. Ingenium tuum, doctrinam tuam amplector, atque ſuſpicio. Tu fac,*

(*a*) *Dolet. Defens. p.* 13. (*b*) *p.* 14.

(*) Hoc *Jambicum Epigramma* ad finem *Defenſionis*, de quâ hæc deſumpſimus, ſubnectitur.

*fac, ut amori noſtro reſpondeas, & creſcenti adoleſcentis exiſtimationi ne te inimicum ridiculè præbeas. Vale. Lugduni Calend. Majis. M. D. XXXVII.*

En quò faſtu ſe ſubinde effert DOLETUS! En quo felle reſpergit, quâ dicteriorum petulantiâ proſcindit CAROLUM STEPHANUM, quem tamen ante illam litem exortam laudaverat! (*a*) Erat enim confeſſus *in re hortenſi & arboreâ maximo ſibi uſui futuram ſingularem & non mediocriter laudandam* CAROLI STEPHANI *viri doctiſſimi tum diligentiam tum eruditionem. A quo de re hortenſi & arboreâ non pœnitendi libelli* (*b*) *proximè exierant, quibus & argutam hominis ſedulitatem & eximiam aliquid in commune afferendi rudémque juventutem erudiendi voluntatem facilè perſpicias. Quam utinam iis darent ſuperi, qui vel invidiâ disrupti vel litterarum dignitati inimici, ſtudioſorum labores maledictis vellicant temeréque & ineptè omnia ſuo arbitrio cenſent.*

De CAROLO STEPHANO ſic ſenſit DOLETUS, ſic ſcripſit, donec ex utriusque de re navali tractatu acris ita exarſit contentio: in quâ ille, in laceſſendo quidem prior & paulò aſperior, at contumeliis & injuriis abſtinuiſſe; hìc laceſſitus vindictæ impotentius indulſiſſe, adverſariúmque maledicendo magìs quàm reſpondendo viciſſe mihi videtur. Erat ſanè DOLETO ingenium iræ impatiens, & ad hujusmodi ultionem proclive. (*c*) *Offenſus gravitérque læſus ſtomachabatur*; fatetúrque ſe eo eſſe animo, ut obtrectatores ſi eorum *nomini in præſentiâ parceret, armatos tamen in ſe ipſius aliquando jambos ſentirent, & literati ſtylo appeti pungíque quàm periculoſum ſit*, (en minas arrogantiâ mixtas!) *ad extremum ſanè diſcerent. Non ignoras* (inquit in Epiſtolâ ad (*d*) JOANNEM BOYSSONÆUM) *quantis aliquando moleſtiis, quantíſque injuriis à neſcio quâ hominum fece indignè ſumus conflictati. Non te quoque ignorare par eſt, quo eos Jamborum impetu viriliter confodiam. Dolorem igitur noſtrum hìc nos ulciſci vide: &, quàm vehementer aculeos in Hoſtes excutere ſcimus, Hoſtes noſtros, ſi quando in eos incideris, mone: id item meo nomine ſinè dubitatione affirma, vitam mihi priùs iri ereptum, quàm juſtam doloris facti, injuriæque illatæ ultionem.*

DOLETUS anno (*e*) 1537. exeunte, ob ſicarii, qui ipſum agreſſus fuerat, cædem Lugduno Pariſios fugere coactus eſt, ut à Rege veniam & impunitatem impetraret. Rem totam ipſius DOLETI verbis exponam.

(*f*) *Fato nos aliquando etiam miſerè afflictati ſumus. Fati vim nullam eſſe ſemper credideram, cum ecce tibi, ſupra caput mihi fatum eſt, quíque totus omnium & ſaluti & utilitati ſtudebam, fataliter ad vim inferendam vi coactus*

(*a*) *Comment. Tom.* 2. *p.* 242.
(*b*) *Edit. apud R. Steph.* 1536.
(*c*) *Comment. Tom.* 2. *p.* 242.
(*d*) *Dolet. Carm. p.* 110.
(*e*) Hoc accidit, antequam *tomus commentariorum ſecundus* exiret, qui anno 1538. exiit. Neque hujus ullam DOLETUS antea fecit mentionem.
(*f*) *Comment. Tom.* 1. *pag.* 1107.

*coactus impellor.* (*a*) *Sicarii* cujusdam *inveteratum jamdiu odium in actum erupiſſet, niſi nefarium perditi hominis conatum vi repreſſiſſem.* (*b*) *Caſum illum meum breviter* carmine *perſtrinxi, longè pluribus in eâ* (*c*) *oratione enarraturus, quam de interfecto à me ſicario aliquando emittam, noſtræ, ſi quod aliud, & eloquentiæ & innocentiæ certum comprobandúmque teſtimonium.* (*d*) *Hìc ergo, quos verſus de fati potentiâ ſcripſimus, miſerias noſtras litteris perpetuò conſolantes, accipe. Ludebam autem in eum modum.*

(*e*) *Ad Hugonem Salelium.*

*FAti recognoſco nimiam efficaciam,*
*Et ſorte nos certâ regi.*
*Qui injuriam omnem fortiter ſemper tuleram,*
*Et viceram conſtantiâ*
*Caſus etiam duriſſimos, ecce appetor*
*Sicarii præſente vi,*
*Et impetu tanto, periculóque eo*
*Vitæ, ad manus, & vulnera*
*Statim ut mihi fuerit veniendum, & ( vah ) ſinè*
*Odio, vel incenſâ graviùs*
*Mente, irruendum in irruentem. Hoſtem occidi*
*Vim vi repellentis manu.*
*Fato ecquis hoc factum neget? Dextram Deæ*
*Heliconiæ dicaverant*
*Chartis, & æternùm exarandis litteris,*
*Quam perpulit Fati invidia*
*( Malum ) ad necem. Neque id ſatìs damni fuit:*
*Quod hactenus tenui* (*f*) *maximum,*
*Heu privor ocio, exulóque miſer, nimis*
*( Graves gementi hìc parcite )*
*Ehu nimis remotus à ſtudio priſtino,*
*Amplexibusque dulcibus*
*Carens ſororùm* (*g*) *Pieridum, paulùm antea*
*Quas tam aſſiduas Comites habui,*
*Seu nocte, ſeu die libebat ſcribere*
*Seu orationem, ſeu modos.*
*Diſtringe, Jambe mi, mi Jambe, nunc tuam*
*Diſtringe aciem in Fatum invidum,*

*Quod*

(*a*) *pag.* 788.
(*b*) Doleti *epiſt.* præfix. *Secundo carminum lib.* & dat. *Lugduni Calendis Juniis* 1538.
(*c*) Eam nondum vidi; & neſcio an unquam prodierit.
(*d*) *Comment. Tom.* 2. *pag.* 1107.
(*e*) Sic inſcribitur in *ſecundo carminum lib.* pag. 66.
(*f*) In *Comment.* legitur *mordicus.*
(*g*) In Comment. *Caſtalidum.*

*Quod me ocio privavit, & neceſſariâ*
*Quiete Doctorum ſtudiis.*

(*a*) *Ad Cardinalem Tournonium. Cædis à ſe factæ, & ſui deinde Exilii deſcriptio.*

*PRæcipitantem annum poſtremâ fronte videbat*
*Janus, & anteriori ſenſim progredientem*
*Spectabat, cùm fortè petit me perfidus Hoſtis,*
*Ac infert enſem jugulo: Hoſti obſiſto minanti,*
*Et neco, qui conabatur me abſumere ferro.*
*Tum totus Muſis hærebam, & Galliam ut olim*
*Illuſtrem Scriptis facerem immortalibus, omni*
*Perficiebam operâ. Sed cui ſors invida parcit?*
*Urbs antiqua fuit, Lugduni nomine nota,*
*Celſo ſtructa loco: quam, poſt incendia, Plancus*
*Romanas ducens acies, renovavit ad imas*
*Radices montis, quà Gallam vergit in Oram.*
*Hanc Arar in mediam lentâ delabitur undâ:*
*Parte aliâ hanc cingit Rhodanus, fluxûque morante*
*Alter in alterius ſeſe hoſtia larga recondit.*
*Dives opum eſt, bene culta viris, tectíſque ſuperba:*
*Omnibus ad merces patet externíſque, ſuíſque.*
*Tam celebri loco agebam, cùm me dira coëgit*
*Vis, ut vim facerem, ac invitâ cæde ſalutem*
*Tutarer. Tum armata Cohors, multúſque Satelles*
*Inſtat, ut innocuus tenebroſo carcere claudar:*
*Sed Turbæ ignavæ facile eſt vitare furorem,*
*Fallaréque inſidias. Urbe obſtipatus amicis*
*Exeo ſub lucem. Arvernos primùm evolo in agros,*
*Tunc duro regnante gelu, ventíſque protervis,*
*Protinus apparent altis in montibus orni*
*Obductæ nive. Per valles præruptus aquæ mons*
*Murmure ( viſu mirum ) & tempeſtate ſonorâ,*
*Grandinis in morem terram quatit, arváque inundat.*
*Arvernos ſaltus peragranti undoſus Elaver*
*Se mihi pandit. Iter juvat accelerare ſecundo*
*Flumine, conſcendo: remis volat acta carina*
*Ociùs impigris Euris: hinc indè recedunt*

*Agri,*

(*a*) Quæ ſequuntur carmina, de cæde hâc à Doleto perpetratâ, deprompſi ex Doleti Carminum libro ſecundo p. 59. usque ad p. 74.

*Agri, urbésque: citâ longum rate verritur æquor.*
*Aſt immitis hiems curſum tardavit: ab imo*
*Ecce ferè totum glacies impervia remis*
*Condenſat flumen, crebróque repercutit ictu*
*Saltantem Lembum, & paſſim ſubſiſtere cogit.*
*Ut bene contento perſæpe emittitur arcu.*
*Primùm vi eximiâ circumfuſum aëre ſcindens*
*Partha ſagitta: comas ſed ſi vernæ arboris intret,*
*Frondibus objectis tandem fit tarda, caditque:*
*Sic glacie fit tarda ratis, quæ fluctibus antè*
*Par erat in curſu. Tum accenſo remige dictis,*
*Vi via larga patet: glacies disjecta frequenti*
*Remigio cedit. Confeſtim allabimur alveo*
*Longe excurrentis Ligeris: quo vectus ad urbem*
*Urbem illuſtrem olim Genabum, incunabula vitæ*
*Prima meæ agnoſco, patriásque deoſculor oras.*
*Illinc, navigio miſſo, campeſtribus arvis,*
*Celſus equo feror: ad Regem concedere mens eſt:*
*Quod facit, ut ſedes, quas magna Lutetia complet*
*Plebe, petam,* FRANCISCUS *ubi Rex dicitur eſſe,*
*Rex Gallus: quo quid melius? quid ſanctius? aut quid*
*Lenius, ô Titan, toto circumſpicis orbe?*
*Hunc ibi convenio, ſolitum præfatus honorem*
*Talibus aggredior dictis narrare, dolendo*
*Quàm me jactârat miſerè Sors noxia caſu.*
*Rex pietatis amans, pietas pietatis amanti*
*Me ſecurum offert. Fateor, vitalibus auris*
*Unum privavi, ſed vi præſente coactus.*
*Hoc ſi ſumma Parens rerum Natura ſalubri*
*Lege docet, ſi Jura ſinunt Civilia, vitæ*
*Defenſæ veniam juſtam concede petenti.*
*Primus is eſt caſus ( Fatum non dixero jure? )*
*Quo didici, cunctos humanis caſibus æquâ*
*Conditione rapi. Mihi non aſſueta cruentis*
*Cædibus eſt dextra: invito tamen accidit, Hoſtem*
*Ut telo foderem, & ſævis defenderer armis.*
*Da veniam, Rex Magne: reos ut morte coërces,*
*Inſontes miſerans placido ſic reſpice vultu,*
*Et ſervare opta, voluit quos perdere Fatum.*
*Annuit his, tutúmque jubet diſcedere. Pallas*
*Virginibus comitata novem nos excipit illinc*
*Egreſſos, & læta ſuo gratatur Alumno.*

*Continuò*

*Continuò ad cœnam ventum eſt, quam docta parârat*
*Docta cohors comitum. Accumbunt, (ſua lumina Galli*
*Quos meritò appellant)* BUDÆUS *maximus omni*
*Doctrinæ laude: ingenio præſtante* BERALDUS,
*Et facili eloquio felix:* DANÆSIUS *arte*
*Qualibet illuſtris: vero* THUSANUS *honore*
*Bibliotheca loquens dictus:* MACRINUS, *Apollo*
*Cui dedit omne genus verſûs: verſu quoque dives*
BORBONIUS: DAMPETRUS: VULTEIUS *non parvam*
*De ſe ſpem præbens doctis: Maro Gallicus ille*
*Ille* MAROTUS, *habet divas qui in carmine vires:*
FRANCISCUS RABELÆSUS *honos, & gloria certa*
*Artis Pæoniæ: qui vel de limine Ditis*
*Extinctos revocare poteſt, & reddere luci.*
*Hos inter multus ſermo tum naſcitur, Oræ*
*Externæ quid docti habeant Scriptoris:* ERASMUS,
MELANCHTHON, BEMBUS, SADOLETUS, VIDA, JACOBUS
SANNAZARUS *plenâ laudantur voce viciſſim.*
*Craſtina lux aderat, placuit qua linquere Terras*
*Pariſias, & Lugdunum remigrare citato*
*Curſu: maturamus iter. Quam Sequana lambit*
*Gentem, illàc via nobis eſt: ubi Cæſaris arma*
*Indomitis toties fulſerunt arma maniplis.*
*Progredimur tandem, vaſto quà gurgite findit*
*Lugdunum longinquus Arar. Tum talia Muſæ*
*Dant præcepta mihi: Primâ nunc utere tutus*
*Libertate animi, & ſuſceptum confice curſum*
*In ſtudiis. Detrectatorum lingua petulca*
*Non te frangat: agè, æterno fac nomine Secla*
*Poſtera teſtentur Gallum vixiſſe* DOLETUM,
*Vixiſſe ardentem pulchro virtutis amore.*
*His ubi me monitis ſtimulâre, bicornis ad antra*
*Rupis ſe referunt. Dictis parêmus honeſtis*
*Caſtalidum. Me digna dabo: ſperate Nepotes.*

*Ad* FRANCISCUM *Valeſium Galliæ Regem. Chorus Muſarum vicem Doleti dolens, cùm Lugduno abiret poſt interfectum ſicarium.*

(a) N*Oſter alumnus abit: meritò non planctibus omnes*
*Rumpimur? heu Fati invidiam, crudeléque numen.*

*Cui*

(a) Ex his verſibus patet, quàm nimius in ſuarum laudum præconiis fuerit DOLETUS.

*Cui decus Aonii montis commiſit Apollo,*
*Ut noſtras arteis digno cumularet honore,*
*Triſtis in externas terras aufugit, & errat*
*Vim metuens legum, indignas ne pendere pœnas*
*Cogatur cæde admiſſâ juſtiſſimû, & æquâ.*
*Ergo ob defenſam, propugnatámque ſalutem,*
*Deſertis ſtudiis miſer hùc, illúcque vagatur:*
*Nec datur ulla quies profugo, mordacibus æger*
*Tabeſcit curis, exſiccatúrque dolore.*
*Judicii hinc metus impendet: ſuſpiria crebra*
*Erumpunt illinc nimio præ pectoris æſtu,*
*Ne non fortè brevì chartis incumbere poſſit.*
*Sic pallor, ſic langor edax, ſic horrida formam*
*Abſumet macies, hominis nec imago manebit.*
*His* FRANCISCE *potes ( Rex re omni maxime Regum )*
*Auxilium tu his ferre potes damnísque, malísque,*
*Et luctu afflictum fortunæ reddere primæ.*
*Permagna eſt, eſt magna quidem tua gloria, Gallos*
*Artibus excultos per te tam inſigniter, & jam*
*Doctrinæ laude ingeniis non vincier ullis.*
*At non magna minùs ducetur gloria, prolem*
*Palladis & vitæ uſum ex te, mentísque quietem*
*Accipere. Id per fortunas, Regnúmque tuum te*
*Sacra rogat Turba Aonidum: largire rogata.*
*Libertas profugo reddatur priſtina Vati:*
*Reddatur Vates ſtudiis, curæ'que faceſſent.*
*Munere pro tali votum faciemus, Iberum*
*Ut ſuperes faſtum, ac orbi domineris ab ortu*
*Solis, ad occaſum: longâque ætate fruare*
*Integer, & ſalvus, tandem adjungendus Olympi*
*Concilio, & Divûm æternos capturus honores.*

*Idem Muſarum Chorus ad eundem Galliæ Regem de Hiſtoriâ hujus temporis à* DOLETO *ſcribendâ.*

*REbus tuis geſtis cupis lucem accedere,*
*Et non periturum teſtimonium? tuâ*
*Fac lenitate, humanitatéque, qui id poteſt*
*Præſtare, curis liberetur, & veniam*
*A te impetret Sicarii occiſi. Audies*
*Mox elegante, & arduo ſtylo, quæ tulit*
*Hoc tempus ætásque. O, tibi quæ promittimus:*

*Heu,*

*Heu, quàm levia, & juſta exigimus. Non, cui petitur*
*Venia, aut patriam hoſtibus ſceleratè prodidit,*
*Aut Parricida eſt: non venenum miſcuit*
*Cuiquam: viarum non habetur Barbarus*
*Obſeſſor. Id, quod egit, audire expetis?*
*Vim vi repulit, tutatus eſt ſalutem manu.*
*Humanus id quis non probet, ut factum probè?*

*In Judicem quendam.*

NEc me malè ſana mens, nec acrius odium
    *Ad cædem hominis rapuit: ſed ea*
*Lex, quam à Parente accepimus rerum, impulit,*
    *Vim ut vi juſtâ repellerem*
*Viriliter, Sicariíque frangerem*
    *Dirum impetum. Et me ſic jubes*
*Tum in carcerem, tum in vincla conjici ſubitò?*
    *Laqueóque pendulum dari*
*Muſcis, velut eſcam, & paſtionem propriam*
    *Aut vermibus, aut corvis? Aliò*
*Me ſervat alma Pallas. Ergo tu potiùs,*
    *Natura quod fert, & ſinit,*
*Suadétque, nos egiſſe perferto, & ſinito.*
    *Aut confiteare, ſub facie*
*Humanâ alere innumeras Tigres, aut Tigribus*
    *Immanius, atque atrocius*
*Quicquam: ac inauditâ rigidum te barbarie.*
    *Verum quod eſt, fateberis.*

*Ad* JOANNEM VULTEIUM. *Quid in ſuo exilio agat.*

SI, quid in tantis ago nunc periclis,
*Et meo caſu, usque adeò requiris,*
*Aut cupis cognoſcere, quæ ſequuntur;*
        *Accipe paucis.*
*Angor, ut qui vel minimè: nec horror,*
*Aut metus me ſollicitum ullus ullo*
*Pacto habet. Virtus ſua ſic dolore*
        *Pignora privat.*
*Non gemo mæſtus, muliebribúsve*
*Queſtibus Cœlum quatio: ſed antè*
*Mente quâ utebar, mihi nunc & illa*
        *Perpetuò hæret.*
*Nempe ut in lætis bene læta rebus*

*Sit,*

*Sit, & in duro bene firma caſu:*
*Æqua, ſeu aſpiret mihi Sors ſecunda:*
*Seu fera reflet.*
*Plus ſatìs novi, ferat hæc inanis*
*Vita quos caſus, ſit & ut dolorum*
*Plena. Qua propter procul à me edaces*
*Arceo curas.*
*Scribo, dum arridet mihi Muſa: tempus*
*Fallo ſcribendo, nec inerte ſolvor*
*Ocio. Quid tu? tibíne hæc videtur*
*Sordida vita?*

## *Ad* SALMONIUM MACRINUM

*CUras, quibus graviter laceſſor, dum pellere*
*Macrine, conor fortiter:*
*Stephanum* ROBERTUM *ſortè viſo: ubi, auſpicio*
*Bono, tuorum carminum*
*Cerno Libros adhuc calentes pondere*
*(a) Præli. Mihi quod tum putas*
*Partum repentè gaudium? Primùm efferor*
*Mirâ tuâ elegantiâ*
*Scribendi, inauditóque priſcis verſuum*
*Lepore. Deinde gratulor*
*Feliciter per te ad Polorum ſydera*
*Seſe erigenti Galliæ*
*Laudíque, gloriæ'que, Num me gaudio*
*Tunc exilire æquum fuit,*
*Pulſis moleſtiis, & ægritudine?*
*Macrine, debeo hoc tibi.*

## *Ad Franciſcum Pocræum.*

*QUod quamlibet cauſâ meâ te perſonam*
*Acturum & offers, & recipis, non id ductus*

*Ullo*

(a) SALMONII MACRINI *Hymni* apud *Rob. Stephan.* prodierunt ann. 1537. 7. Id. *Febr.* DOLETI igitur caſus anno hôc ineunte incidere potuit. Doletum in illis *Hymnis* laudat *Macrinus* p. 37.

*Ad Poëtas Gallicos.*

*Brixi, Dampetre, Borboni, Dolete,*
*Vulteique operis recentis author;*
*Facundi numero elegante vates,*
*Fœlices animæ atque honore dignæ,*
*Quas & Gallia noſtra gloriatur,*
*Fidenter medium exerens & unguem*
*Gentes Auſonias laceſſit audax.*
*Mercedem à patriâ feretis ecquam,*
*Decretis quibus eveheminique*
*Muſæi celebres leporis ergo?* &c.

*Ullo meo merito facis, ſed quâ es plenus*
*Humanitate, & ſingulari erga doctos*
*Studio. Tibi quid gratiæ referam? Sanè,*
*Præſtare quod docti ſolent, decus æternum,*
*Famámque nominis carie nullâ annorum,*
*Nullóque temporum ſenio deformandam.*

*Ad Cardinalem* TURNONIUM *Lugdunenſis Provinciæ Rectorem.*

QUantam mihi tu opem potes ferre afflicto,*
*Tuum ſi amorem ſingularem omnino illum*
*Erga ſtudioſos litterarum, & virtutis*
*Serves? Eum tantùm, ô eum tantùm ſerves.*
*Num continuò atque priſtinæ libertati*
*Reſtituar, atque omni periculo exemptus*
*Videbor? Eum tantùm, ô eum tantùm ſerves*
*Erga ſtudioſos litterarum, & virtutis*
*Jam ſingularem animum, ac amorem inauditum.*
*Fortuna ſic reſpondeat tuis votis:*
*Tuáque ſecundet conſilia omnia exacta,*
*Et evigilata, quibus tumultus tam immenſos,*
*Tantámque rerum ſuſtines molem: & Galli*
*Regni moderaris proſperè, & fauſtè caſus.*
*Sic grata Poſteritas, quibus planè dignum eſt,*
*Nomen tuum honoribus celebret non morituris.*

*Ad* JOANNEM PEIRATUM *ſuppræfectum Lugdunenſem.*

M*Ihi quod haud ita admodum pridem accidit,*
*Vel maximum infortunium*
*Fuiſſe certè non negem: at infortunio*
*Id eſt relictum commodi,*
*Quòd in loco me contigit cædem facere,*
*Ubi domineris, juráque des*
*Tu juris unus omnium obſervantiſſimus.*
*Jure ergo jus à te mihi*
*Non pollicear? quod polliceor certè quidem,*
*Eâque ſpe me carceri*
*Committo, jus meum, innocentiámque meam*
*Fide probaturus tuâ.*

*Ad* ANTONIUM ARLERIUM. *Tempore felici multos adeſſe amicos; triſti & calamitoſo nullos.*

Q*Uando Sors facilis te altiùs erigat,*

*Et plenâ cumulet divitiis manu;*
*Concedátque tuis omnia proſpera*
*Votis, facta benignior:*
*Ecquem tunc tibi amicum adfore non putas?*
*Quod non obſequium, quídve operæ citò*
*Non deferri? Ita apes floribus aſſident*
*Naturâ bene olentibus.*
*Quando Sors faciem obvertat, & aſpere*
*Te multis agitet caſibus, ac malis*
*Tundat, téque bonis expoliet datis,*
*Paulò facta inimicior:*
*Ecquem tu tibi amicum adfore tunc putas?*
*Ecquódve obſequium, quídve operæ tibi*
*Tunc deferri? Ita apes floribus abſtinent*
*Naturâ malè olentibus.*
*Sic, quæ arbor fuit optata ſuis comis,*
*Ac multùm placuit frondibus integra,*
*Deformata Jovis poſtea fulmine,*
*Nulli, nuda comis, placet.*
*At tu longè alius, quàm ſolet inſcium*
*Rerum vulgus amicorum, ad opem volas,*
*Et dandum auxilium cuilibet: ut tuam*
*Nemo jure fidem increpet.*
*Id non teſtificer? quem ſimul in bonis,*
*In damníſque ſimul perpetuò favens*
*Dulcem, & charum habuiſti: idque potiſſimùm,*
*Cùm in me Sors fureret minax?*

DOLETUS (*a*) *octavum & vigeſimum annum nildum exegerat*, cùm operam daret edendo ſuorum commentariorum tomo, qui ann. 1538. (*b*) *in lucem prodiit, retardatus quidem diu multis & fortunæ & hominum injuriis, ſed authoris conſtantiâ foras ita ſemper protruſus, ut contra omnem fortunæ hominúmque invidiam jam tandem publico frueretur. Poſt graviſſimum acerbiſſimúmque caſum, qui illi pro vitæ ſalutíſque defenſione incidit, multis ſimultatibus tum apertis tum clandeſtinis appetebatur. Qui ſe ab illo nonnunquam læſos ſibi falsò perſuaſerant, odii ſui ſaturandi veniſſe tempus gaudio triumphabant. Apud quos illi ob nominis celebritatem & partam in litteris gloriam invidia redundabat eam tum ſibi effundendam putabant, maledictis convellebant, otium illi & quietem ereptam, ſibi gratulabantur. Qui in ſecundis rebus omnia illi antea detulerant, illo triſti & calamitoſo tempore* omnes

(*a*) *Comment. Tom.* 2. *p.* 520.
(*b*) Ibid. *Epiſtol. ad Bud.*

*omnes deficiebant. Ita in maximo vitæ diſcrimine ( quod vel conſtantiſſimum quemque de mentis gradu dimovere atque dejicere poteſt ) verſari debere, plerisque videbatur. Veruntamen nec ſe angori dedidit, neque curarum aut ſollicitudinum fluctibus opprimi ſe paſſus eſt: præſentis animi conſilio uſus, pedetentim è malis emerſit; & protulit alterum laborum & vigiliarum ſuarum fœtum, ſecundum linguæ Latinæ Commentariorum Tomum;* (*a*) *quem, uti primum,* FRANCISCO *Regi dicatum voluit.*

(*b*) *Horum Commentariorum id primùm* DOLETO *inſtitutum fuit, ut author eſſet novi Dictionariorum conſcribendorum ordinis, quem nec Græcus quisquam nec Latinus ſibi vendicare poſſet. Qui ordo eſt, ut non ſeriem Alphabeticam ſequatur, ( quod vulgus Grammaticorum facit ) ſed res rebus attexat, & dictiones ſignificatione cognatas inter ſe copulet. In quo non ſolùm dictionum ipſarum ſignificationes* lector *poteſt comprehendere, ſed rerum etiam naturam & quandam humanarum actionum in re qualibet expreſſam imaginem contemplari.* In his fatetur ſe (*c*) *illuſtriores tantùm voces & nobiliores ( ſive verba ſint, ſive nomina ) explicandas ſibi duxiſſe: quarum altiorem cumulum ſuppeditat vel* MARII NIZOLII *Itali dictionarium; vel* ROBERTI STEPHANI *Galli theſaurus; vel* SEBASTIANI GRYPHII *Germani partim operâ partim ſumptu à viris quibusdam doctis concinnatus* CALEPINUS

(*d*) *Principio propoſitæ vocis ſignificatio tum propria oſtenditur, tum translata. Deinde uſûs varietas diſtinguitur. Poſtremò cumulantur exempla, ſed ea ſeparatim: nempe ut ſua proprietati aſſignentur, tranſlationi deinceps ſua. Vocabuli primò poſiti proprietate, tranſlatione, uſûs conſtructionísque varietate &* ipſius Doleti *verbis & Ciceronis exemplis ſatìs multis demonſtratâ, voces aliæ ſignificationis cognatione ſuperioribus affines ſubjunguntur; res deinde, quantum licet, perpetuatur. Ubi vocum inter ſe ſignificatione congruentium perpetuatio deficit, diſſimilia neceſſariò accerſuntur & contraria. Si qui exemplorum multitudinem reprehendant,* ſciant *exemplorum ubertate & copiâ, ſive dictionum ſignificationem oſtendas, ſive rhetoricas præceptiones inculces, faciliùs eas quidem multò enunciari atque patere, quàm qualibet verboſâ vel Grammatici interpretatione vel Rhetoris inſtitutione.*

(*e*) *Ordo* autem exemplorum *eſt ejusmodi; ut primùm ex Ciceronis familiaribus epiſtolis eliciantur, deinde ex Epiſtolis ad Atticum: poſtea ex orationibus ( ſervato etiam earum ordine & diſpoſitione ) deinceps ex libris rhetoricis; poſtremò ex libris philoſophicis. Atque in iis ita etiam curioſus eſt, ut operum diſpoſitionem obſervet; nimirum ut in libris rhetoricis primùm citet exempla ex opere ad Herennium, porrò quæ de Inventione, mox quæ de Oratore,*

(*a*) Ibid. *Epiſt. ad Franciſc. Vales.*
(*b*) Ibid. *de ſecundi Tomi ordine &* p. 1034. 1035.
(*c*) Ibid. *p.* 1583.
(*d*) *Comment. Tom.* 1. de *Commentariorum ratione & ordine.*
(*e*) *Tom.* 2. *p.* 913.

*ratore, actutum, quæ in Bruto; confeſtim quæ in Oratore; properè quæ de Optimo genere oratorum; tandem quæ in Partitionibus: in libris philoſophicis, principio de Officiis, non paulò mox de Amicitiâ, continuò de Senectute, ſtatim pòſt de Quæſtionibus Academicis, non ſegniter poſtea de Finibus, deinde eodem curſu de Tuſculanis Quæſtionibus, ſine cunctatione de Naturâ Deorum, pari celeritate de Divinatione, illinc de Fato, illinc item de Legibus, illinc quoque de Univerſitate: nibil ex libro de re militari, quòd falsò Ciceroni attribuatur. Poſt Ciceronis exempla, quæ videntur probatiora, producuntur (ut ex Terentio, Virgilio, Plauto, T. Livio, vel aliis bene Latinis ſcriptoribus) eâdem, quâ in Ciceronis exemplis, ratione & ordine.*

DOLETO (*a*) *Cicero linguæ Latinæ parens & Deus habebatur: quo uno, præterea nullo, utendum ſic monuit, ut, quæ apud Ciceronem reperiuntur, non aliunde accerſas; quæ deſunt, à puro & bene Latino ſcriptore mutueris; quanquam vix ei quiſquam perſuadeat, Ciceronis libros ita verborum inopes, ut ad rem quamlibet & ornatè & plenè tractandam ſermonis copiam non abunde adminiſtrent: In ſummâ, ſcriptores omnes Latinos diligenter volutandos & accuratè ſtudioſèque legendos vetat doctus nemo: præter Ciceronem quenquam ullum imitandum nemo quoque paulò doctior ſuadet; à quo reliquis omnibus aliquid acceſſit, cui nihil à cæteris allatum eſt; ad quem reliqui ſeſe effinxere; qui nullius authoris Latini imitatione uſus eſt, ſua ſponte omnibus numeris abſolutus & perfectus, reliquis omnibus major, nullo neque Græco neque Latino inferior, ad cujus imitationem contendere præſtantius ſit, quàm reliquorum eloquentiam ſuperare illuſtrius.* Sic DOLETUS, reliquis omnibus longè poſthabitis, CICERONEM unum ſuum Deum in Latino ſermone colit & veneratur.

Rectè monet DOLETUS, Grammaticorum ineptorum hoſtis (*c*) *ut qui ullam eloquentiæ laudem aut ingenii gloriam quærat, in ſcriptoribus potiùs verſetur, quàm ridiculas quasdam & inani religione alligatas grammaticorum normas ambitioſiùs ſpectet. Quis enim, ſi ſe totum vel* PRISCIANO, *vel* SERVIO, *vel* DONATO, *vel ipſi* LAURENTIO (*d*) VALLÆ *addicat, & in eorum verba juret, non jejunior fiat quàm copioſior, aridior quàm plenior; fractior & remiſſior quàm elatior aut intentior? Non tamen vult grammaticorum præceptiones neceſſarias inconſultè negligi, quibus niſi*

(*a*) *Comment. Tom.* 2. *p.* 917.

(*b*) *Comment. Tom* 2. *p.* 1230. 1231.

(*c*) *Comment. Tom.* 1. *p.* 241, 855. 1138. 1167. *Tom.* 2. *p.* 876. 589. 1657.

(*d*) DOLETUS obſervat VALLAM frequenter lapſum: *Comment. Tom.* 1. *p.* 625. 717. 800. 835. 954 1268. 1308. Tom. 2. p. 324. 1509. Eum reprehendit, *quòd fuerit in Cicerone tam parum verſatus*, (Tom. 1. p. 800.) *ut* lib. 4 Elegant. cap. 18. *ſcripſerit apud Ciceronem vix unquam indulgentiam reperiri, cùm hæc vox apud illum non minùs quàm apud alios ſcriptores crebra ſit.* (Tom. 1. p. 781.) VALLAM tamen laudat, *optimè omnium de linguâ Latinâ meritum*; ejusdem *diligentiam*, *laborem*, *judicium in illâ, quam barbari inquinaverant, perpurgandâ* miratur. Lege DOLETI Epiſtolam Laurentii VALLÆ elegantiis (ann. 1541.) præfixam, ad JOANNEM RAYNÆRIUM, *qui Vallam ſexcentis mendis antea infuſcatum primo ſuo ſplendori reſtituerat.*

*niſi priùs accuratè inſtructus fruſtra te ad ſcriptorum lectionem conferas.*

(*a*) *Non facilè credas* ( inquit DOLETUS ) *quàm in conficiendis iſtiusmodi* (*b*) *commentariis invigilandum, incubandum, inſudandum, atque dies noctésque æſtuandum: quàm cibo ſomnóque abſtinendum ſit, quàm omni laxamento, quàm omni otio, quàm omni oblectatione, quàm omni amicorum congreſſu, quàm omni honeſtâ voluptate, quàm vitæ penè uſurâ carendum ſit. Id mecum teſtare,* BUDÆE: *id mecum teſtamini,* ERASMI ROTERODAMI *manes. Non ſic te ſollicitum habuit,* BUDÆE, *annotationum in Pandectas, librorum de Aſſe & commentariorum Græcorum labor? Non ſic te torſit,* ERASME, *Chiliadum lucubratio? Sed nos ſolatur poſteritatis memoria, nominiſque æternitas. Dicetur poſt extinctum* BUDÆUM, ERASMUM, DOLETUM, *aliam ſi nullam tam immenſorum laborum mercedem acceperimus,* BUDÆUM, ERASMUM, DOLETUM *unâ ætate litterarum amore fuiſſe celebres, litteris totos ſe dedidiſſe, ut litterariæ reipublicæ rudíque juventuti parte ex aliquâ profuiſſe viderentur.* Illi tamen poſteritatis memoriæ famam præſentem antepoſuit DOLETUS in (*c*) Carmine, quod ad PETRUM DANÆSIUM ſcripſit:

*Vivens, vidénsque gloriâ meâ frui*
*Volo: nihil juvat mortuum,*
*Quid vel diſertè ſcripſerit, vel fecerit*
*Animosè. Homerus, Vergilius,*
*Demoſthenes, Cicero Elyſium calcant nemus*
*Et auribus pœnas hauriunt,*
*Quas Eumenides umbris miſeris truces inferunt:*
*Sua quàm ſit hìc celebris gloria,*
*Quùm pervagatum nomen, & decus, neſciunt:*
*Aut ſi ſciunt, majoribus*
*Capti deliciis negligunt terreſtria.*
*Meritò ergo gloriâ frui*
*Meâ volo vivens, vidénsque: & dum licet,*
*Mortale percipio bonum,*
*Poſt fata majori fruiturus fortè aliquo:*
*Sed interim præſentia amo.*

(*d*) DOLETO *Commentariorum univerſorum tres Tomos conficere viſum eſt. Primum, quo ab illo de verborum & nominum ſignificatione uſûque dici eſt cœptum. Secundum, quo inchoatam tantùm verborum & nominum expoſitionem*

(*a*) *Comment. Tom.* 2. p. 954.

(*b*) Ibidem tamen paulò antè ſcribit *ſe hunc commentariorum laborem ſuis conatibus indignum cenſere.*

(*c*) *Dolet. Carmin. lib.* 1. *Carm.* 5.

(*d*) *Comment. Tom.* 1. *de comment. ordin.*

*ſitionem perſequitur; quo item de particulis indeclinabilibus ad extremum liqueat. Tertium, quo raros quosdam eósque elegantiores loquendi modos ex ſcriptoribus Latinis erutos collectósque declarare, & linguæ Latinæ phraſim atque numeros oratorios arte brevi perſtringere ſtatuerat.*

Duos priores Tomos, illum anno 1536. hunc 1538. SEBASTIANUS GRYPHIUS Italico charactere in fol. Lugduni impreſſit, diplomate regio ann. 1535. dato in quadriennium communitos. Tomi utriusque titulus undequaque icunculis ornatur. Paginæ limbus ſuperior exhibet SALOMONEM medium, à dextris SOCRATEM & PYTHAGORAM, à ſiniſtris ARISTOTELEM & PLATONEM; inferior HOMERUM ad Parnaſſi fontem genibus advolutum, adſtantes hinc inde Muſas, CALLIOPENQUE illius capiti lauream coronam imponentem. Margines repræſentant viros ex antiquis Græcis Latinísque ob litteras notiſſimos; interior ARISTIDEM & DEMOSTHENEM; LUCIANUM & PLUTARCHUM, CICERONEM & QUINTILIANUM, PLINIUM & GELLIUM, LIVIUM & SALLUSLIUM: contra exterior HOMERUM & HESIODUM, EURIPIDEM & ARISTOPHANEM, THEOCRITUM & PINDARUM, VIRGILIUM & HORATIUM, OVIDIUM & LUCRETIUM. Nil demum omiſit GRYPHIUS, quò opus illud, nunc perrarum, elegantiſſimè lucem aſpiceret.

Tomi primi fini ſubjicitur Index erratorum octo, cum hâc monitione: *Erratis & mendis in opere tam vario támque ſpiſſo carere omnino non potuimus, tametſi omni diligentiâ & curâ, quanta maxima potuit, adhibitâ. Quare quæ graviora paſſim legendo occurrerunt, tibi hìc ſolùm ſubjicio, à téque impetratum etiam atque etiam volo, vel te potiùs litterarum nomine rogo, ut ſiqua fortè reperias à nobis parum animadverſa, tu ipſe placatè & benevolè, ut virum litteratum & litteratis amicum in primis decet, placatè, inquam, & benevolè caſtiges: neque te in gratuito labore ſupra modum aſperum, aut ridiculè moroſum præbeas.* Hanc tamen DOLETUS gratiam, quam ab aliis inire ſtudet, quam mutuam ſibi omnes invicem debent, quamque equidem nemini, niſi iniquiſſimis quibusdam criticorum titulo ſe ſemper venditantibus, denegandam cenſeo, pauciſſimis retulit, plerumque (quod antea paſſim probavi) *ſupra modum aſper & moroſus.*

Tomo ſecundo nullus adjicitur erratorum index; ſed ne ultimum quaternionis extremi folium nudum vacaret, tomum DOLETUS clauſit binis his carminibus.

*De ſuis linguæ Latinæ Commentariis.*

*LAboribus immenſis ſibi æternam gloriam*
*Pepererit Alcides. Cleoneum manu*

Va-

*Validâ Leonem extinxerit: face contuderit*
*Hydram; atque Erymantheum perculerit clavâ aprum:*
*Canem triſaucem in aſtra vinctum abſtraxerit,*
*( Laboris omnia plùs virilis ) nos ideo*
*Labore vicerit aut laboris fructu? Id id*
*Hæc monimenta noſtra labore plena probent.*

*De ſeipſo.*

*PErtulit & multos æſtus, & frigora multa,*
*Abſtinuit ſomno ſæpe cibóque libens:*
*Viveret ut famâ celebri poſt fata* DOLETUS:
*Quas natura negat, ſic cumulantur opes.*
*Quam natura negat certam poſt funera vitam,*
*Credidit æterno nomine poſſe dari.*
*Et tu hunc miraris tantos ſubiiſſe labores?*
*Fecit id optatæ poſteritatis amor:*
*Poſteritatis amor: quem quis, niſi bellua, ſpernat?*
*Heu vita ut nulla eſt, poſteritate carens!*

Pauci ſunt, qui, ſiquâ in parte litteraturæ reliquis præſtent, ſuam adeò neſciunt ſcientiam, ut non ſibi de illâ tacitè placeant, ſuasque laudes, licèt usque averſari velle videantur, haud tamen omnino inviti audiant. At laus in ore proprio ita ſordet, ut eam mirer cuiquam verè erudito & ſapienti unquam placuiſſe. Inveniuntur nihilominus, qui ſuas dotes usque ad cœlum efferant, quaſi nemo alius id, quod callere ſe putant, meliùs ipſis, imò æquè cum ipſis calleret. DOLETUS magnificæ iſtius & glorioſæ oſtentationis avidus, cauſam ſe laudandi nunquam non arripit. At ſanè id ei multò faciliùs condonaverim, quòd vix alter, quem ſciam, eâ ætate, cùm non plures viginti novem annis numeraret, opus tanti laboris, tanti judicii, tantæ eruditionis, confecerit.

Proximo poſt hunc ſecundum Commentarium tomum impreſſum anno, *Baſileæ* prodiit hujus operis Epitome, ſub hôc titulo; *Commentariorum linguæ Latinæ* STEPHANI DOLETI *Epitome duplex, quarum altera quidem vocum omnium in illis explicatarum, & in Alphabeticum ordinem redactarum ſignificationes continet; altera verò, ſimilia affiniáque verba & eorum contraria, eodem, quo ipſi autori viſum eſt, ordine complectitur: ad hæc, dictionum, quæ præter alphabeti ordinem in explicandis aliis inſeruntur, index.* Præfixa eſt ad Lectorem epiſtola, in quâ JONAS *Philomuſus* ſcribit *ſe in hâc epitome Commentariorum* STEPHANI DOLETI, *viri* illâ *quidem ætate citra controverſiam doctiſſimi, & de re Latinâ non ma-*

*le meriti, nihil aliud reſpexiſſe, quàm ut ſtudioſorum memoriam juvaret; præcipua tantùm rerum omnium in Commentariis illis capita ad Romanæ linguæ opulentiam inſtruendam colligendo, & velut brevem ex ampliſſimo nemore faſcem decerpendo; de ſuo nihil prorſus addidiſſe, ſed in exponendis omnibus, ipſius tantùm autoris ductu ac verbis uſum, ſolam exemplorum, appendicum, ϰ παρέργων ſylvam recidiſſe.*

DOLETUS tomo ſuorum Commentariorum poſteriori in initio inſeruit catalogum omnium, quas hic continet, digreſſionum: plurimæ enim in tomo utroque paſſim occurrunt. Multa de rebus ad ſe pertinentibus; de aliis item, quæ ad ERASMUM & *Ciceronianorum* lites, ad viros iis temporibus tùm eruditione tum dignitate illuſtres ſpectant; ubique intexuit. Nihil frequentiùs, quàm ſe & ſua, crepat; multus ſemper usque ad faſtidium in glorioſâ ſui & ſuorum operum (ex quibus non minùs quàm ex priſcis authoribus (*a*) loca nonnunquam allegat) oſtentatione; creber & (*b*) acerrimus ſuorum (quos ſuus faſtus in ipſum concitaverat) obtrectatorum reprehenſor. (*c*) Hispanæ nationis faſtum carpit, quo vitio vix quisquam magìs, quàm ipſe, laboravit. Nullam non capit occaſionem laudandi viros, qui barbariem in litteras ſævientem profligaverunt ex Italiâ, Germaniâ, Britanniâ, Hispaniâ, & Galliâ; (*d*) quales fuere *Laurentius Valla, Angelus Politianus, Hermolaus Barbarus, Picus Mirandula,* (*e*) *Volaterranus, Cælius Rhodiginus, Sabellicus, Crinitus, Philelſus, Marſilius Ficinus;* (*f*) *Petrus Bembus,* (*g*) *Jacobus Sadoletus, Baptiſta Egnatius, Andreas Naugerius, Romulus Amazeus, Nicolaus Leonicenus, Lampridius Lazarus,* Oratores; Poëtæ, (*h*) *Jovianus Pontanus,* (*i*) *Hieronymus Vida, Actius Syncerus, Sanazarius; Adrianus Cardinalis,* (*k*) *Bartholomæus Riccius, Ma-*

(*a*) Comment. Tom. 2. p. 1619. & p. 413. 414. leguntur hæc: *Has de animæ mortalitate vel immortalitate ſententias ſimul varia de religione judicia, ſectásque hominum in Deo colendo diverſas diſcutimus iis libris* (mihi nondum viſis, quos tres fuiſſe indicat Digreſſionum Catalogus) *qui De Opinione à nobis poſteritati relinquentur, ut nos plane viros vixiſſe intelligat, non ineptiis cruciatos elanguiſſe.*

(*b*) P. 242. 520. & p. 656. quendam Germanum Grammatiſtam publicum Lutetiæ prælectorem (nomini tamen ejus parcens) indignatione plenus inſectatur.

(*c*) p. 32.

(*d*) *Comment. Tom.* 1. p. 1156. 1163. &c.

(*e*) VOLATERANUM tamen, PHILIPPUM BEROALDUM, BAPTISTAM PIUM, COELIUM RHODIGINUM, cæterósque *antiquarios, qui voces priſcas etiam diu deſitas curioſè conſectabantur,* minùs probavit, quàm alios *antiquarios antiquitatis nondum exoletæ ſtudioſos; qualis fuit olim Salluſtius,* & inter recentiores *Gulielmus Budæus.* Comment. Tom. 1. p. 1341.

(*f*) Ad quem habemus DOLETI Epigramma; Vide *Carmin. lib. p.* 18.

(*g*) Ibid. p. 19.

(*h*) PONTANUS *poëta & eruditione & carminis felicitate præſtantiſſimus; ſed parum candidi parúmque æqui in Gallos animi. At litteratorum hominum vitia non perſequamur; doctrinam potiùs & ingenium admiremur atque laudemus.* Comment. Tom. 2. p. 366.

(*i*) Ad hunc DOLETUS ſcripſit epigramma; vide Carmin. lib. p. 11.

(*k*) *Nizolius & Riccius, viri ingenii maximi*

*Marius Nizolius* , *Hortenſius Appianus*, *Joannes Manardus medicus* ; *Andreas Alciatus*, *Æmilius Ferrettus*, *Otho Boſius* : *Joannes Reuchlin* , *Rodolphus Agricola cum Diſcipulo D.* (*a*) *Eraſmo Roterodamo* , (*b*) *Philippus Melanchton*, *Ulricus Huttenus*, *Beatus Rhenanus*, *Symon Gryneus*, *Henricus Glareanus*, *Martinus Dorpius*, *Conradus Goclenius* , *Heobanus Heſſus*, *Jacobus Mycillus*, *Joannes Oporinus*, *Jacobus Omphalius*, *Ulricus Zazius*, *Vigilius Luichemus*, *Carolus Sucquetus*, *Copus Baſilienſis*, *Leonardus Fuchſius*: *Cuthbertus Monſtallus*, *Thomas Linacer*, (*c*) *Thomas Morus* : *Ludovicus Vives*, (*d*) *Antonius Nebriſſenſis* , *Cocles Ninivita* : (*e*) *Gulielmus Budæus*, (*f*) *Faber Stapulenſis*, (*g*) *Chriſtophorus Longolius* , (*h*) *Symon Villanovanus*, (*i*) *Joannes Pinus*, *Nicolaus Beraldus* , *Germanus Brixius*, (*k*) *Lazarus Bayſius* , (*l*) *Petrus Daneſius*, (*m*) *Jacobus Tuſanus* , (*n*) *Salmonius Macrinus* , *Nicolaus* (*o*) *Borbonius* , *Gulielmus Mainus*, (*p*) *Joannes Vulteius*, *Orontius Fineus Delphinas*, (*q*) *Petrus Gyllius*. Jurisperiti, *Pyrrhus Anglebermeus Aurelius*, *Petrus Stellanus eodem loco natus* , *Vidus Brellæus* , (*r*) *Joannes Boyſſoneus Tholoſanus*, (*s*) *Gulielmus Scæva Lugdunenſis*, *Claudius Cantiuncula*, *Æmilius Perrotus* , *Michael Hoſpitalius* ; Medici, *Symphorianus Campegius*, *Jacobus Sylvius*, *Joannes Ruellius* , *Joannes Copus*, (*t*) *Franciſcus Rabelæſus*, *Carolus Paludanus*. Poëtis illius ætatis adnumerat *Joannem Eutychum Deperium Heduum* ; *cujus operâ fideli* &

*ximi & doctrinæ eruditionisque non minimæ* , *atque in Cicerone diligenter verſati* Comment. Tom. 2. p. 467.

(*a*) *Homo licèt loquax magìs & dicax quàm diſertus & eloquens* , *tamen ad rem litterariam voluminum ſtrue augendam non impiger*. De *Eraſmo* ſiniſtre ſemper judicat *Doletus* ; qui profitetur ( Comment. Tom. 2. p. 754. ) ſe *doctorum omnium ſcriptorum nomini atque exiſtimationi omnium maximè & ſtudere & indulgere* , *veruntamen veritati inprimis ſtudere*.

(*b*) Ad hunc habet *Doletus* Epigramma ; Vide *Carmin.* lib. 31.

(*c*) *Litterarum tantâ ſelicitate uſus*, *quantâ fortunæ injuriâ ad extremum oppreſſus.* Hujus *caſûs indignitatem* luget Comment. Tom. 1. p. 474. 475.

(*d*) *Animatus magìs quàm ſatis paratus.*

(*e*) Hunc cum laude frequenter appellat; *Comment.* Tom. 1. *Epiſtol præf.* & p. 266. & Tom. 2. p. 775. & *Carmin.* lib p 35. 36.

(*f*) Ejus Epitaphium ſcripſit in *Carmin. lib.* p 157.

(*g*) *Nihil me movet juvenem à ſuis læſum, alienæ patriæ nomen ementiri voluiſſe* : *revera Gallus erat.* Habet carmen de *Longolii* abitu ad *Seb. Gryphium.* Vide Carmin. lib. p. 153.

(*h*) De ejus etiam obitu, ibid. p. 154. 155. 156. & p. 89. lege DOLETI ad eum Epigramma.

(*i*) Lege DOLETI ad eum Epigramma p. 100. & Epitaphium in eundem p. 163. ac in JACOBUM PINUM p. 151.

(*k*) *Doletus* ad eum ſcripſit, *Carm. lib.* p. 107

(*l*) Hunc ſæpe laudat *Doletus* , *Comment. Tom.* 1. *p.* 459. *Tom.* 2. *p.* 168.

(*m*) Ad eum ſcripſit, *Carmin. lib.* p. 16.

(*n*) Ibid. p. 53.

(*o*) Ibid. p. 16. 70 145.

(*p*) Ibid. p. 56. & de editis à *Borbonio* Epigrammatum libris p. 97.

(*q*) Ibid. p. 28.

(*r*) Ibid. pag. 38.

(*s*) Ibid p. 111.

(*t*) Ibid. p. 86. 116.

(*u*) Ibid. p. 30. 55. 75. 76.

*& accuratâ in primo Commentariorum ſuorum tomo uſus eſt;* (*a*) *Clementem Marotum*, (*b*) *Mauricium Scævam.* (*c*) *Gulielmi Caulii Lugdunenſis Civis, operíſque, quod de antiquorum imperatorum imaginibus conſcripſit*, mentionem facit honorificam. Nec litteratos ſolùm viros ſed & alios aut gradu aut pronâ in litteratos benevolentiâ claros commemorat; (*d*) FRANCISCUM imprimis *Valeſium Galliæ Regem*, *&* (*e*) MARGARITAM *Valeſiam Navarræ Reginam* (*f*) JOANNEM LANGIACUM *Epiſcopum Lemovicenſem*, *&* (*g*) JOANNEM BELLÆUM *Epiſcopum Pariſienſem.* (*h*) *Litterarum humaniorum, præ cæteris artibus plebejis, ſordidis & quæſtuariis* dignitatem vendicat; notatque (*i*) *flagitioſum Sorbonicorum Sophiſtarum combibonúmque, de tollendâ arte typographicâ* ( *quod Lutherani erroris divulgandi occaſionem ſubminiſtraret* ) *conſilium*; debitas interim laudes egregiis Typographis, (*k*) ALDO MANUTIO *Romano*, JODOCO BADIO *&* JOANNI FROBENIO *non ita pridem vitâ functis*, SEBASTIANO GRYPHIO *Germano*, ROBERTO STEPHANO *&* SIMONI COLINÆO *Gallis*, perſolvit: in alios autem multos (*l*) *Typographos & Bibliopolas invehitur, qui nil præter pecuniæ acervos curabant, nec aut inſigniter doctum aut eximiè diligentem unum aliquem vel tenuiſſimâ pecuniâ adhibebant, ut libris vel prælegendis & exactè caſtigandis, vel emendatè excudendis vacaret. Exemplari nulli fidem judicavit adhibendam, niſi quod à Ciceronis, vel Titi Livii, vel Plinii, vel paulò inferiore ſæculo relictum certò conſtaret. Atque ideo* maluit *doctiſſimi cujuspiam judicium in vocibus aſſerendis ſequi, quàm omnium recentium exemplarium* ( *recentia omnia vocabat & nova, quæ perfectò linguæ Latinæ tempore non fuerunt edita* ) *lectione niti.*

Hactenus de (*m*) duobus quos DOLETUS conſcripſit, commentariorum tomis. (*n*) Promiſerat *ſe ante aliquot annos operam daturum, ut à ſe tertius tomus omni curâ abſolutus exiret.* (*o*) *Laudem omnem & laboris & ingenii & eruditionis & judicii ſui in eum reſervaverat, in quo de phraſi linguæ*

(*a*) *Poëta verſu ſcribendo feliciſſimus atque præſtantiſſimus; in quo ſiquid deſideres, fortunam tantùm ſecundam deſideres.* Comment. Tom. 2. p. 403. & ad eundem ſcripſit, Carmin. lib. p. 32. 50. 93. & ad *Clementis Maroti* librum, quem excudi curârat, p. 115.

(*b*) *Maroti laudi proximus, alterum linguæ Gallicæ lumen, atque ſempiternum ornamentum.* Comment. Tom. 2. p. 403. & ad eundem ſcripſit, Carmin. lib. p. 20.

(*c*) De his imaginibus *Doletus* ſcripſit epigramma, Carmin. lib. p. 99.

(*d*) Hunc laudat in Epiſtol. præf. Comment. Tom. 1. & Tom. 2. p. 493. 828. lege etiam *Carm. lib.* p. 9. 33.

(*e*) *Comment. Tom.* 2. p. 828.

(*f*) Ibid. p. 1496. & *Carm. lib.* p. 99.

(*g*) *Comment. Tom.* 1. *p.* 266.

(*h*) Tom. 2. p. 493.

(*i*) Tom. 1. p. 266.

(*k*) Ibid.

(*l*) Tom. 2. p. 467.

(*m*) DOLETUS ſcribit ( Comment. Tom. 2 p. 1001. *non tantum in ſecundò Tomo, quàm in primo, eſſe diſtinguendorum exemplorum curioſitatem.*

(*n*) Lege *Comment. Tom.* 2. *Epiſtol. ad Bud.*

(*o*) Ibid. p. 1. 883. 1610. 1710.

*guæ Latinæ*, *ac* (*a*) *numeris oratoriis ſcriberet: ſcilicet* (*b*) *quâ ſit ratione numerorum Oratoriorum lenitas orationis in re leni & æquabili vel quærenda vel ſervanda: quâ item ſit eorundem numerorum ratione vehementia orationis aſſciſcenda in re vehementi: quâ in re lamentabili lamentabilis orationis formâ: quâ in movendis hominum affectibus: quâ in ſedandis: quâ in concitando odio: quâ in benevolentiâ conciliandâ: quâ in laudando: quâ in vituperando. Et quoniam* ( notanda eſt hìc, utì ſæpe aliàs in DOLETO vana eruditionis jactatio ) *Deus Opt. Maximus*, *cui accepta referebat omnia*, ipſi *& Orationis ſolutæ & Carminis facultatem ſuo beneficio tribuerat*, pollicitus eſt *ſe non minùs diligenter carminum cujuslibet decorum*, *artémque laudabilem & admirabilem eo tomo traditurum*, *quàm orationis*: *modo* ( *Dii ſaxint* ) *ut nullâ vel incommodâ valetudine ab inſtituto abſtraheretur*, *vel hominum calumniâ opprimeretur.* Verba malè ominata! nam caſus varii, & mors præmatura & hoc & alia plurima, quæ meditabatur, opera intercepit.

Antequam horum Commentariorum mentionem, ſatìs quidem longam ( neque enim in libri usque adeò rari & inventu difficillimi deſcriptione parcus eſſe volui ) miſſam faciam; ſilentio non præteribo DOLETUM in hôc opere ( utì nonnihil priùs ad ejus de re navali tractatum dictum eſt ) plagii inſimulatum fuiſſe. Rem totam ipſis (*c*) JACOBI THOMASII verbis ſubjiciam. STEPHANUS DOLETUS *ſcripſit commentarios Latinæ linguæ. Quod opus*, *qui viderunt*, *antequam* ROBERTI STEPHANI *Theſaurus*, MARIÍQUE NIZOLII *in Ciceronem obſervationes ederentur*, *pro certo affirmârunt*, *non majus fuiſſe*, *quàm ſex* LAURENTII VALLENSIS *de Latinis elegantiis libros. At poſtea in immenſam farraginem crevit non è Stephani tantùm atque Nizolii*, *ſed aliorum lucubrationibus quoque compilatum*, *ut* BARTHOLOMÆI RICCII *&* LAZARI BAYFII: *quod quidem ſatìs maturè viris doctis innotuit. Enimvero* CAROLUS STEPHANUS, *cùm aliquot ſecundi tomi folia ad ipſum*, *antequam integrum opus prodiiſſet in lucem*, *allata fuiſſent*, *quod ea ferè*, *quæ ad rem navalem pertinent*, *è* BAYFIO *ſurripuiſſet* DOLETUS, *tùm furta ejus*, *tùm etiam aliquot errata commonſtravit*, (*d*) *emiſſâ in publicum epitome*, *in quam ipſe librum* BAYFII *de re navali contraxerat* (*e*).

DOLETUS *ut ſe purgaret*, *ſuum ipſe quoque de re navali ſeparatim edidit*

(*a*) De numero Oratorio quinque libros ſcripſit *Jovita Rapicius* Brixianus. Edit. apud Paul. Man. 1554.

(*b*) *Comment. Tom.* 2. p. 1384.

(*c*) De plagio litterario. Numer. 409. 410. 411. 412. 225.

(*d*) Contraxi hæc & ordinavi è tribus Franc. Floridi locis, qui leguntur Tom. I. Lamp. Crit. Grut. p. 1023. 1024. 1158. è lib. I. Lection. ejus ſubceſiv. c. 5. & lib. III. c. 4. Addo nunc de Doleto Sturmii hæc verba præf. in phraſes ipſius: *Creditur Doletus à Naugèrio*, *cùm apud illum Venetiis ageret*, *adjutus*, *commentariorum ſuorum materiam in patriam ſuam & in Gallias deportâſſe.*

(*e*) Diſco hæc è Doleti defenſione mox citandâ.

*dit librum Lugduni apud* Seb. Gryphium *Anno* 1537. *è ſecundo Commentariorum ſuorum tomo excerptum, præmiſſâ defenſione in criminatorem* (Carolum *putà* Stephanum) *quam ipſi* Lazaro Bayfio *inſcripſit. Atque in eâ fatetur quidem, ſe, dum navium appellationes & partes conſectatur, multa ex* Bayfio *iisdem penè verbis, vel iisdem prorſus verbis enucleâſſe* (*a*)*: negat tamen furtum hoc eſſe, niſi accuſare furti velimus* Budæum, Erasmum, Politianum, Rhodiginum, Volaterranum Sypontinum (Nicolaum Perrottum: ) *nam, qui commentarios & dictionaria ſcribunt, vel aliquid interpretantur, ſic factos eſſe, ut nihil ferè ex ſe promant, omnia ab aliis mutuari neceſſe* (*b*) *habeant*; *omnino autem licere, quæ ſemel ab aliquo citata ſunt, ab alio poſtea citari* (*c*).

*Verum hoc non erat in quæſtione*; *illud erat: an tacito alterius nomine liceat illi ſua eripere, autorésve non inſpectos citare? Quod autem aliis hâc in re illicitum, Lexicographis & Commentariorum Scriptoribus licere* Doletus *putat, hoc potiùs ratione,* (*d*) *quàm exemplis, præſertim non per omnia probatis, docere debebat.*

*Vide autem improbitatem plagiarii. Cum laudem venatur* Doletus, *nominandis iis, quos deſcribit, magìs mutus eſt piſce: cùm pro laude vituperium reportat, tùm demum vocalis eſt, jubétque reprehendi* Robertum Stephanum, *aut* Sypontinum, *qui ſuis in Dictionariis idem ante ſe tradiderint:* (*e*) *imò tàm impudens eſt alicubi, ut errorem ſuum non vereatur in vaga individua, quæ nominare ipſe non poteſt, tranſcribere. Rectè verò illi reſponſum eſt à* Franc. Florido Sabino*:* (*f*) *Tu, cùm ad ejusmodi defenſionem confugis, & te furti, (ut eſt res,) alligas, & cum* Roberto Stephano *errare pulcherrimum putas.*

*Pro Ulpiano Plinium citans* Doletus, (*g*) *vix dubito, quin obiter inſpi-*

(*a*) A. 4. (*b*) B. 1. (*c*) 3.

(*d*) Quam hic nullam video: niſi quis fortè licere dicat Lexicographis id ipſum facere, quod paſſim ab aliis patiuntur. Conſtat enim, rapinis eos maximè eſſe expoſitos. Verùm ne quidem hanc excuſationem recta admittit ratio. Et illam quóque Lexica deſcribendi licentiam improbant viri docti. Duaren. Epiſt. ad Balduin. (1. oper. f. 1107.) invehitur in eos, *qui ut priſcos autores linguæ diligenter evolviſſe, & humaniores, quæ dicuntur, literas cum Juriſprudentiâ conjunxiſſe videantur, locos ex eisdem autoribus multos paſſim inculcant, quos ex vulgaribus Grammaticorum lexicis eos mutuari, aut ſuffurari potiùs, compertum habemus.*

(*e*) *B.* 3. 4.

(*f*) *I. ſubcis.* 9. (*Tom.* 1. *Lamp. Gruter. p.* 1025.

(*g*) Lib. de re naval. p. 67. in EMBATÆ, ubi hæc lego: *Plin. lib. XIX. Quædam naves onerariæ, quædam utì dicunt, embatæ ſunt. Nonnulli hôc loco* [ *emphatæ* ] *legunt, ſed meliùs* [ *embatæ* ] *legitur.* Hæc ita quoque, cùm ante librum de re navali editum illeviſſet commentariis ſuis Latinæ Linguæ, quorum liber ille excerpta pollicetur, à Carolo Stephano (hunc eſſe diſco è Franc. Flor. Sabino lib. V. lect. ſubcis. c. 3.) his verbis, (quæ, licèt nomen Stephani reticens, ipſe Doletus profert in Defens. lib. de re naval. præmiſſa A. 4.) eſt reprehenſus: *Quæ:*

*ſpiciens* BUDÆUM *ipſe hallucinationis cauſa fuerit ſibi:* (*a*) *quanquam alienum eſſe hunc errorem, non ſuum, credi vult à nobis* (*b*).

Explicatis jam fusè DOLETI in hôc ingenti Commentariorum opere laboribus, allatíſque variorum de illo virorum judiciis, quibus hinc laudatur, indè in plagii crimen incurrit; videtur ſanè mihi DOLETUS ab omnibus eruditis gratiam iniiſſe maximam; rationémque quam in illis Commentariis conficiendis ſecutus eſt, nulli alii, ſed ſibi uni debuiſſe. Plagii, quod ipſi objectum eſt, crimen ex nihilo magìs quàm ex invidiâ & calumniâ confictum puto. Litigioſi iſti cavillatores (quorum quidam certè fuere non ineruditi, at erga DOLETUM ejuſque famam ex privatis aliquibus inter ſe jurgiis malè animati) nihil aliud quàm nodum in ſcirpo cauſámque calumniandi quærebant magìs, quàm veram habebant. DOLETI fuit culpa, non tam aliena opera compilâſſe, ſed de ſe elatiùs, de aliis liberiùs locutum fuiſſe; quâ etiam culpâ haud caruerunt nonnulli ejus calumniatores.

DOLETO (*c*) *poſt longum diuturnúmque laborem quem in edendo primo & ſecundo ſuorum commentariorum tomo conſumpſerat, antequàm ad tertii tomi (quò ſui omne ingenii & in eloquentiâ judicii documentum ſervabat) editionem progrederetur, ſuaviorum Muſarum jocis oblectare ſe viſum eſt: ídque non tam oblectationis cauſâ, quàm nonnullorum obtrectatorum frangendorum nomine, qui maledicendi anſam eò in illum arripuerunt, quòd Commentariis conſcribendis tempus tantum dederit: perinde quaſi majora præſtare nequiverit, & ad mediocria vel vulgaria ſolùm fuerit natus. In ſuo autem carminis Jambici genere, Jambum, Dactylum, Anapæſtum, Tribrachum, Pyrrithium & Spondæum in ſecundâ, quartâ & ſexta ſede interdum indifferenter locavit, non ſinè antiquorum omnium poëtarum exemplo & imitatione; quod in*

*Quæ verba attribuit Plinio lib.* 19. *ea ipſa ſunt, quæ priùs adduximus ex Bayſio deſumpta ab Ulpiano tit. de exercitatoriâ actione.* —— *Atqui Plinius lib.* 19. *hortorum curam & ornatum recenſet, & à navium tractatione longiſſimè abeſt.*

(*a*) Budæus, dum annot. prior. in Pandect. p. m. 537. dictam Ulpiani legem interpretatur próque [ cannape ], quæ vox in eâdem reperiebatur legere jubet [ cannabi ], Plinium de Cannabi loquentem è lib. XIX. (locus eſt cap. 9.) citat. Paulò pòſt: *Quod autem*, inquit, *ſequitur*, (apud Ulpianum putà). *Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipſi dicunt*, [*emphatæ*] *ſunt: meliùs in quibusdam* [ *embatæ* ] *legitur.* Hunc Budæi locum præ oculis habens Doletus, quæ ad Ulpianum ex mente Budæi referre debuit, putavit ab eo tribui Plinio.

(*b*) Sic enim reſpondet Carolo Stephano in defens. cit. B. 1. *Quod ad embatas naves attinet, quas pro vectoriis accipi tradidimus, Budæi* (hujus eum locum innui, quem lit. præced. dedimus, patebit conferenti) *opinionem* (ſuppreſſo tum ejus nomine) *ſecuti ſumus. Quod Plinio falſo, uti ipſe ait, attribuimus, ſciat, vel à ſe, vel ab alio in Theſauro linguæ Latinæ antea Plinio attributum*: imò, inquam ego, à cerebro Doleti Budæum peſſimè intelligentis, profectum. Quod tam diu credam, donec deceptorem mihi ſuum clàrius demonſtret Doletus.

(*c*) Lege ejus Epiſtolam *Carminum libris* præfixam.

*in aliis verſûs Jambici ſedibus fecit*; *etenim doctis omnibus uſitatum eſt. Adhæc ſciebat eſſe jejuni & puerilis ingenii*, *nimiâ grammaticarum in re ejusmodi præceptionum obſervatione in obſcuritatem incidere*, *rem ob oculos primâ lectione non ponere.*

Neque ſe ſolùm Poëticâ, ſed etiam hujus affini Muſicâ oblectat. *At quæ tandem* ( (*a*) inquit ) *mea eſt voluptas? In edendóne? In bibendo? In veſtium luxu nimio? in ſaltando*, *in ludendo? in Venere? Minus omnino nihil. Muſica*, *& Symphonia mea eſt una & ſola voluptas. Quâ quid ad commovendos vel ſedandos animos accommodatius? Quid ad molliendas iras & extinguendas vel inflammandas aptius? Quid ad oblectanda litteratorum ingenia convenientius? Cibo*, *potu*, *ludo*, *Venere facilè abſtinebo*, *vel modicè certè utar: Symphonia non item*; *qua una omnium maximè ducor*, *capior*, *teneor*, *retineor*, *liqueſco*; *cui vitam ipſam debeo*, *cui omnes meorum omnium ſtudiorum conatus. Atque hic adeò fac tibi in mentem veniat*, *& ſinè dubitatione credas*, *non me tam aſſiduos*, *tam immenſos*, *tam infinitos in his Commentariis conficiendis labores ſubire potuiſſe*, *niſi Symphoniâ modò delinitum*, *modò acriùs incenſum*, *& ad commentationem faſtidio abjectam revocatum. Aliquando* etiam (*b*) *in loco*, *ubi cum Arare Rhodanus immiſcetur*, *proxime urbem Lugdunum ad ædem divi Laurentii*, *cum hos commentarios Lugduni excudi curaremus*, *animi gratiâ natavimus; litteras enim*, *& natare ſcimus*, *ſi alius quisquam.* Natandi peritiam magìs quàm litterarum oſtentare decuiſſet DOLETUM: ſed eum nimiâ ſui ſemper oſtentatione intumuisſe jam plùs ſemel obſervatum eſt.

(*c*) DOLETUM *adduxit in id ſua litterarum humaniorum latiùs undequaque promovendarum cura*, *ut non editis ſolùm*, *jam multis à ſe operibus*, *ſed viâ etiam rationéque aliâ rem tandem ex omnium uſu conficere*, *magis magisque ſtuderet. In viam verò*, *quâ id plenè aſſequeretur*, *ſe ad extremum dedit*, *Calchographicam artem.*

DOLETI inſigne typographicum alluſit, ad ipſius (*d*) nomen; fuit enim manus dolabrâ ſtipitem nodoſum & informem ad amuſſim dolans; cum his verbis circumeuntibus; *ſcabra & impolita aa amuſſim* (*e*) *dolo*, *atque perpolio.* Idem ſæpe ſymbolum ad librorum etiam finem adfigebatur cum ipſius nomine infrà poſito [ DOLETUS ] alio autem lemmate nomini ſubjecto; nempe (*f*) *Durior eſt ſpectatæ virtutis*, *quàm in-*

(*a*) Lege *Comment. Tom.* 2. p. 1294. 1295.

(*b*) *Comment. Tom.* 2. p. 170.

(*c*) Epiſt. præfix lib. Coter. de Jure milit. 1539.

(*d*) NICOLAUS REUSNERUS in ſuis Iconibus ( Edit. 8. Baſil. apud *Conr. Valdkirch* ) Iconi STEPHANI DOLETI hoc ſubjecit diſtichum:

*Cuncta dolans ad amuſſim*, *examino cuncta Doletus*:
*Me tamen & rurſus Muſica turba dolat.*

(*e*) Comment. Tom. I. p. 1277. 1278. *Dolare verbum eſt fabrile*; *transfertur autem ad alia*, *& dicitur opus dolari*, *quod perpolitur.* Idem confirmat exemplis ex *Cicerone* petitis.

(*f*) Apophthegma hoc laudat *Doletus*, Comment. Tom. I. p. 474.

*incognita*, *conditio*. Typi, quibus uſus eſt, fuere aliquando (*a*) Romani, ſæpius (*b*) Italici. Artem typographicam primùm exercuit Lugduni anno 1528. quo ex ejus officinâ prodierunt ejus Carminum libri quatuor: primus Claudio (*c*) Coteræo inſcriptus; ſecundus *Cardinali* Turnonio, de rebus præſertim ad ſuum (*d*) caſum pertinentibus; tertius Joanni Boyssonæo, in quo (*e*) hoſtes ſuos ulciſcitur; quartus (*f*) Sebastiano Gryphio, qui clarorum præcipuè virorum epitaphia complectitur.

In his carminum libris (*g*) multos è ſuis amicis familiaribus & patronis affatur; alios (*h*) laudat; in alios invehitur; plurimorum defunctorum ſcribit (*i*) elogia. Suis denique carminibus ſuorum amicorum in ſe & ſuam laudem verſus adjungit.

In his epigrammatibus (*k*) Helenam quandam Venetam; cujus amore exarſit (*l*) Venetiis primâ adoleſcentiâ, mortuam deflet. Ad Annam *Maroti* & (*m*) Rubellam *Nic. Borbonii* amicam ſcribit. (*n*) Amanuenſis ſui Jacobi Billeti fidelitatem & induſtriam commendat. Doletum Tholoſæ, in publico litterario certamine, verſu contendiſſe conſtat ex variis, quæ ibi recitavit, carminibus, (*o*) ad Muſas, (*p*) ad Phœbi opem implorandam, (*q*) de laudibus judicum certaminis, (*r*) de muliere, quæ ludos illos conſtituerat, (*s*) ad puellas

(*a*) Coter. de jur. milit. 1539. L'avantnaiſſance de Cl. *Dolet* 1539. Geſtes de Franc. de Valois. 1540.

(*b*) Carmin. lib. 1538. Fat. Franc. Vales. 1539. Sueton. 1541. Cæſ. Comment. 1543. &c.

(*c*) Ad quem Epiſtola data eſt Lugduni Calendis Junii 1538. utì & proxima ad Turnonium.

(*d*) De quo priùs dictum eſt.

(*e*) *Dolet.* Epiſt. ad *Boyſſon* data Lugduni Calendis Maiis 1538. utì & proxima ad Gryphium.

(*f*) *Dolet.* Epiſtol. ad *Gryph.* de quâ priùs, Annal. Typograph. Tom. 2. p. 565.

(*g*) *Claud. Cotteræum* p. 25. *Chriſtoph. Ritherium* p. 29. *Jacob. Lodoicum* p. 93. *Ferronum* de ejus conſtitutionibus Burdigalenſibus p. 108. & alios, de quibus antea partim dictum eſt.

(*h*) Laudes Lutetiæ Pariſiorum ad *Ægid. Jordanum* p. 142. *Henricum Lautrecum* (p. 27.) comitem laudat, qui Hiſpanos fugavit. Comment. Tom. 2. p. 32 Ibidem inſectatur *Borbonium ducem* a Gallis ad Hiſpanos transfugam.

(*i*) Epitaphium ſequens à Doleto conſcriptum hic adſcribere non pigebit p. 162.

*REGINÆ VTOPIÆ FALSO ADULTERII CRIMINE DAMNATÆ, ET CAPITE MVLCTATÆ EPITAPHIUM.*

*Quid? quod Tyrannus crimine falſo damnatam*
*Me juſſit occidi, minùs me jam laudas?*
*Necnon velut turpi maledicta ſuffundis?*
*Nullâ notâ turpis ſum ob acceptum vulnus:*
*Nimirum honeſta turpitudo eſt ſinè culpa*
*Mori, & innocentem cedere aliquando Fatis.*

(*k*) p. 39.

(*l*) Venetiis fuiſſe ſe teſtatur, Comment. tom. 2. p. 304.

(*m*) Carm. lib. p. 82.

(*n*) p. 108.

(*o*) p. 76. 109.

(*p*) p. 134.

(*q*) p. 136.

(*r*) p. 137.

(*s*) p. 139.

las Tholoſæ, (*a*) ad Muſam die certaminis ſecundâ & (*b*) ultimâ. (*c*) Tholoſam & (*d*) *Dammartin* judicem Tholoſam, (*e*) *Petrumque Pinachium*, ac (*f*) *Maurum* Tholoſanum ludimagiſtrum accerrimè perſtringit; at *Joannem* (*g*) *Bertrandum* præſidem ſenatûs Tholoſani primarium collaudat. Sed de DOLETI in Tholoſam odio ejúsque cauſis antea jam dixi.

DOLETUS in quarto ſuorum carminum libro, quo (*i*) *id potiſſimum conatur, ut virtutis ſtudioſi virtutis ſuæ teſtimonia poſt mortem habeant*, ſcribit Epitaphia (*k*) CHRISTOPHORI LONGOLII (*l*) *Symonis Villanovani*, (*m*) *Eraſmi & Fabri Stapulenſis*, (*n*) *Franciſci Valeſii Delphini*, (*o*) *Magdalenæ Valeſiæ* regis Galliæ filiæ, (*p*) *Navarræ Regis*, (*q*) *Chryſogoni Hammonii*, (*r*) *Joannis Pini*, *Jacobi Minutii*, (*s*) *Petri Anglerii* nobilis adoleſcentis, (*t*) *Petri Alleſti* advocati facundiſſimi, (*u*) *Joannis Andro* adoleſcentis nobilis, (*x*) *Alberti Pii* Carporum principis, (*y*) *Jacobi Pini.* Haud ab re duxi hìc, utì & alibi paſſim, virorum συγχρόνων clarorum plerorumque nomina inſerere. Sæpe enim ex hujuſmodi συγχρονισμῶν notitiâ multum lucis ad varias hiſtoriæ non litterariæ ſolùm ſed univerſæ partes poteſt accedere. (*z*) Quartum carminum librum clâudunt

(*a*) p. 140.
(*b*) p. 143.
[*c*] p. 149.
(*d*) p. 112. 118. 119. 120. 121. 122.
(*e*) p. 128.
(*f*) p. 129. 130.
(*g*) p. 132.
(*h*) p. 133.
(*i*) p. 151. Epiſtol. ad *Seb. Gryph.*— *Id tu etiam mecum tuâ arte laudabiliter conaris, dum autorum antiquorum & æqualium noſtrorum libros ( quibus eorum vivit fama ) typis tam pulchris in omnem poſteritatem transmittis.*
[*k*] p. 153.
[*l*] p. 154. 155.
[*m*] p. 156. ubi *de eclipſi Solis, quæ anno* 1536. *accidit, quo Eraſmus & Faber è vitâ exceſſerunt.* Item p. 79. habet carmen de Eraſmi obitu, ubi hæc ſequuntur:

*Ergo, dum fuit integer,*
*Et pugnæ cupidus, ſpicula ſenſerit*
*Noſtra hoſtis Ciceronis, &*
*Galli ( quæ rabies ! ) nominis invidus.*
*Jam jam parcere mortuo*
*Mens eſt, nec tacitam carpere poſtea*
*Larvam vulnifico ſtylo.*
*Defunctum meritis ſic modò laudibus,*
*O Muſæ, meritum ſenem*
*Ornemus:* &c.

[*n*] p. 158. 159.
[*o*] p. 160.
[*p*] p. 161.
[*q*] p. 162. Hunc Hammonium *Tyranni cujusdam juſſu interfectum* ſcribit. Is fuit Hammonius, cujus [ ſuprà in Dolet. Orat. in Tholos. ] habuimus epiſtolam ad Archagatum Critonem ; de quo Critone ſic Doletus p. 34.

*Qui pavit corvos quæſtorum corpore, vermes*
*Nunc paſcit, planè vermibus aptus adeps.*
*De eodem:*
*Mirare præter morem ad hujus funera*
*Circunſtrepere omnes, exiliréque gaudio?*
*Lugere quis poteſt amicum nemini?*
*Ecquis peremptum nolit inimicum omnium?*

[*r*] p. 163. De duobus his facta eſt mentio, ubi de Tholoſanis in Doletum odiis.
[*s*] p. 165.
[*t*] p. 168.
[*u*] p. 168. 169.
[*x*] p. 170.
[*y*] p. 171. Neſcio an hic Johannis ſuprà dicti fuerit frater.
(*z*) p. 167.

claudunt amicorum ſingularium quorundam, *Salmonii Macrini*, *Nicolai Borbonii*, *Honorati Veracii*, *Godefridi Beringii*, ad ipſum DOLETUM verſus.

DOLETUS, utì injuriarum ab inimicis, ita beneficiorum ab amicis acceptorum minimè fuit immemor. Illius carmina legentibus occurret frequenter grata ſuorum amicorum compellatio, cujus exempla nonnulla antè dedimus. (*a*) Amicitiam *Joannis Bertrandi* primarii in ſenatu Tholoſano præſidis ſibi ab *Hugone Salelio* conciliatam agnoſcit. Arctiori familiaritate (*b*) *Nicolaum Clementem* MAROTUM, JOANNEM VULTEIUM complexus eſt. Cùm autem in DOLETI carminibus, quæ MAROTUM ſpectant, & in VULTEII epigrammatibus, multa ſint, quæ ad vitam DOLETI illuſtrandam faciunt; his diutius immorari videtur mihi neutiquam forè ſupervacaneum.

MAROTUM DOLETÚMQUE moribus artibúſque & ſorte conſimiles fuiſſe declarant ſequentia Doleti carmina.

(*c*) Ad FRANCISCUM RABELÆSUM *de mutuâ inter ſe &* CLEMENTEM MAROTUM *amicitiâ.*

*PEperere Muſæ ſat beato & optato*
*Partu* MAROTUM, *& pòſt* DOLETUM*: ac utrunque*
*Iisdem ferè inſtruxere* (*d*) *moribus, & iisdem*
*Pro-*

(*a*) P. 96. & 133.

(*b*) P. 97. de editis ab eo Epigrammatum libris. Ea epigrammata ſive carmina varia in 8. Lugduni, apud *Philippum Rhomanum* 1536. prodierunt: inter quæ p. 16. & 44. leguntur hæc.

*In occurſu Steph. Doleti juvenis eloquentiſſ.*
*Me coràm* STEPHANI *faciem vidiſſe* DOLETI
*Gratulor, & juvenem mihi comiter eſſe locutum:*
*Non aliter, quàm cùm* BUDÆUM *utriusque parentem*
*Eloquii vidiſſe ſenem mihi contigit olim.*
*In eundem.*
*Antè mihi ſolo notum te nomine amabam:*
*Poſtquam te vidi, nunc & amo & veneror.*

*De amicis Lugdunenſibus, ad* STEPH. DOLETUM.

*Quos mihi Lugduni tua conciliavit amicos*
*Fides,* DOLETE, *& gratia,*
*Efficiam, ut chartis mandata fidelibus olim*
*Æterna vivant nomina.*
*Quos mihi relligio, quos virtus aurea junxit,*
*In Galliâ, in Britanniâ,*
*Quos alibi; cantabo omnes, & quenque ſuarum*
*Ornabo honore dotium.*

Nolo præterire hìc DOLETI ad PHILIPPUM MELANCHTHONEM epigramma, p. 31. Dolet. Carm.

*Ridere quæ poſſim, ſtolidorum & ſtultorum*
*Natio mihi multa ſuppeditat: ſed nil prorſus*
*Magìs libet ridere, quàm nonnullorum*
*Amentiam, qui, ceu Deorum cognati,*
*Jovisque cœli participes, de Diis ſemper*
*Sermones habent: &, quà ad polum efferri poſſis,*
*Quà deprimaris in nigris tenebras regni,*
*Docent. Ineptum hominum genus & intolerandum*
*Scilicet accubuerunt Jovi & divûm menſis,*
*Cœleſtia ut nobis modo iſto diſpenſent.*

(*c*) Carmin. Dolet. p. 30. 32.

(*d*) Quod ſanè mores attinet, id fatendum eſt utrumque ad licentiam fuiſſe paulò

*(a) Propè artibus ornârunt : ſiquidem componendi*
*Verſus minimè vulgari, at inſigni, & rarâ*
*Felicitate. Jam quibus par conceſſa eſt*
*Virtus, amicitiâ invicem conflagrare*
*Miraris ? Id facit ſimilitudo morum,*
*Et artium earundem ſocietas concordans.*

*Ad* CLEMENTEM MAROTUM *de ſuâ (b) & illius fortunâ.*

*ADbuc habes dubium,* MAROTE, *cur ferox*
*Fortuna nos ita exagitet ?*
*Sanè fuerit, virtutis eſſe liberos*
*Feliciter factos, quos ſua*
*Volebat eſſe mancipia.* &c.

Hanc

lò procliviorem. Utrumque poëſis ſua arguit æquo laſciviorem. De MAROTO lege *Bayl. Diction. & Baill. Jugem. des Sçav.* Inter DOLETI carmina reperies nonnulla haud ſatìs modeſta.

(*a*) DOLETUS de Arte Poëticâ ſibi usque plaudit : & MAROTUS ( teſte SCÆVOLA SAMARCHANO in Elog. ) fuit *poëta à naturâ feliciſſimus.*

(*b*) De adverſâ DOLETI fortunâ jam dicta ſunt multa, dicentur plura. MAROTUS invidiâ & odio non caruit. DOLETUS eum adverſùs quendam maledicum & invidum *Marotomaſtigem* nomine SAGONTUM ſic defendit: ( carmin. p. 32. )

*Dum tu* MAROTUM *ſcripto inepto & ridiculo*
*Laceſſis, ac ſtultè exagitas, quidnam facis,*
SAGONTE? *te præbes ſtolidum atque ridiculum.*

MAROTUS in carcerem bis conjectus ; primùm ( anno 1525. ) cùm FRANCISCUS *primus* captivus detineretur, tum MAROTUS hæreſeos ſuſpectus cuſtodiâ clauditur : idem iterum , anno 1527. [ *pour raiſon de recouſſe de certains priſonniers* ]. Conſule *Bayl. Diction.* & *Anti-baill. de Menage Tom.* 2. *c.* 112. Item *Sçav. Sammarch. Elog.* —— *Non admodum gravi de cauſâ in exilium expulſus eſt* MAROTUS. Anno tamen 1536. per- miſſu regis *Franciſci* Lutetiam rediit. Novarum verò in religione rerum ſectator fuit adeò ſtudioſus, ut Genevam ſe recipere cogeretur ; ubi cùm non ſinè infami notâ vixiſſet, profectus Pedemontium anno 1544. circiter aut nondum quinquagenarius obiit. Hæc ſiquis fuſiùs legere cupiat, adeat *Baylii* Dictionarium. *Baillet.* in Not. Jugem. des Sçavans. *Franciſcus Floridus dans un petit Livre* [ adverſus DOLETI calumnias ] *imprimé à Rome in* 4. 1541. *appelle la priſon* DOLETI patriam. *Marot & Dolet ont eu cela de commun, qu'ils furent tous deux mis en priſon, comme ſuſpects d'hereſie. Marot priſonnier en* 1525. *fit la deſcription de ſa priſon, & donna pour titre à cette deſcription* l'Enfer : *ce qui a fait que depuis par maniere de proverbe* l'Enfer de Marot *a ſignifié priſon. Dans ce langage-là le premier Enfer de Dolet fut en* 1533. *à Toulouſe, ou ayant été accuſé de Lutheraniſme, il fut arreté par ordre du Juge Dammartin, & de là promené par les Carrefours, comme lui-même le dit dans ſon Ode Satirique contre ce Juge. Il ſortit de cet Enfer de Toulouſe, mais celui de Paris fut plus terrible pour lui, puis qu'il n'en ſortit le* 3. *Août,* 1546. *que pour être conduit à la place Maubert, ou il fut executé.* DOLETUS tamen diſertis verbis nos docet, ſe ob Lutheranæ hæreſeos ſuſpicionem * Tholoſæ malè tracta-

* In Patinian. hæc legimus: *Etienne Dolet étoit fort ſavant, tant en Proſe qu'en Vers, mais il a eu beaucoup des ennemis. Il écrivit contre la Ville de Thouloufe quelques harangues, pour leſquelles il fit amande honerable.*

Hanc de Maroti operibus ſubjectam digreſſionem ſpero lectori ingratam

tractatum, ei nihilominus ſectæ omnino averſum fuiſſe. Sed de his antè jam ſatis diſſerui. Doletus Maroto in Galliam reverſo & hilari vultu à Rege acceptogratatur. (Carmin. p. 81. & p. 82.)

*Jure igitur non exultet modò Gallia, tanto*
*Vate ſuo reduce?* &c.
*Sic non invidiæ ſemper vexabere morſu,*
*Humive diu repes inops.*
*Eriget oppreſſum ( ut totus pietatis amans eſt,*
*Et lenitati deditus )*
*Rex Gallus: ſpera, jam ſpera.* &c.

Et [ p. 93. ] Marotum Lugduno abeuntem ſic affatur Doletus:

*O omnium, qui ſunt, fuerunt atque erunt,*
*Amice ſuaviſſime: & omnium*
*O omnium ſodalium fideliſſime,*
*Sinè me, ſinè me ergo abiveris?*
*Fiet nihil minus. At mei tu pars maxima,*
*Locorum ubivis degam, eris*
*Mecum: atque ego tui pars multò maxima,*
*Quò quò locorum pergas, ero*
*Tecum. Locis ſejungi amici, non animis*
*Poſſunt. Itaque unà usque habitabimus.*

Item ( p. 50. ) ſcripſit ad *Marotum* carmen, fortè antequam Rex erga *Marotum* placaretur:

*Tibi pro xeniis vim opum ſuperbam*
*Non mittam ( vetat id brevis ſuppellex )*
*Sed majora vovebo: nempe amicum*
*Regem ut Gallum habeas probéque ſemper*
*Placatum, & ſtudiis tuis faventem.* &c.

Item ( p. 115. ) habet carmen hoc *ad Clementis Maroti librum, quem excudi curârat.*

*Autoris arte tui ſuperbus in lucem*
*Exi Liber: ſed non minùs ſuperbè unguem*
*Oſtende cuilibet, nitore tam raro,*
*Mendísque nullis exiens nunc in lucem.*
*Exire ſic te voluimus nomine amici*
*Purum; nitidum, terſum, & carentem omni labe.*

Ex his Doleti verſibus videtur editio quædam alicujus operis Maroti prodiiſſe non ultra annum 1538. ( quo Doleti carmina impreſſa ſunt ) quam Doletus ipſe aut excuderit, aut excudendam curaverit. Nullam equidem Clementis Maroti operum editionem novi aut vidi ante illam, quam Doletus in 8. anno 1543. excudit.

Ab amico quodam generoſo, litterarum perito curioſóque librorum rariorum indagatore, cujus animum ad me juvandum proclivem ſenſi, noménque invitus ipſo inſtante reticeo, facta eſt mihi copia illius * exemplaris in 8. quo Cle-

* Hujus editionis mentio fit in *Bayl. Diction* Tom. 3. p. 1947. ubi etiam editio operum *Maroti* laudata, quæ Niortii apud Thomam Portau anno 1596. prodiit, utpote reliquarum optima: quippe quæ multa in editionibus prioribus & poſterioribus omiſſa complectitur. Hæc in ultimâ Baylii Dictionarii emiſſione ſic recenſentur. *L'Epiſtre en Proſe de Clement Marot à Etienne Dolet. L'Epiſtre en Proſe dudit Marot à un grand nombre de freres. L'Epiſtre en Proſe dudit Marot à Meſſire Nicholas de Neufville. [ Notez que les † deux premieres furent priſes de l'édition de Lyon 1543. faite par Etienne Dolet ]. L'Epiſtre d'Etienne Dolet à Lion Jamet datée de Lyon le premier jour de l'an 1542. avec les ‡ annotations de Dolet en marge ſur l'Enfer dudit Marot. [ Cette Lettre nous apprend, que le Poëme de*

† At certè epiſtolæ non tantùm duæ priores, ſed tertia etiam in editione apud Doletum vulgatâ ann. 1543. reperiuntur. Duæ poſteriores in eâ deſiderantur.

‡ Idem, cujus ſuprà memini, amicus oſtendit mihi librum ſequentem in 8. *L'Enfer de Clement Marot, de Cahors en Quercy, valet de Chambre du Roi, fidelement reveu, & recongneu par l'Autheur même. Plus ballades & rondeaulx dependents de l'argument. Imprimé fidelement & correctement l'an de grace* 1544. Sed neque locus nec typographus indicatur. Character eſt Italicus, nitidus ac preſſus. Non multum diſtat ab illo, quo Gulielmus Rovilius Lugduni 1545. Laurentii Vallæ elegantiarum libros in 8. excudit. Hæc verba [ *recogneu par l'Autheur* ] videntur innuere, aliam editionem nomine authoris ſuppreſſo præiviſſe. Hujus editionis margini adjiciuntur in Maroti Infernum Notulæ,

tam non fore ; tum quòd multa alibi non cuivis obvia per hanc innoteſcant

Clementis Maroti opera continentur à Stephano Doleto ann. 1543. excuſa, charactere optimo, exiliore, Romano. Ad calcem adjicitur Doleti inſigne, cum his vocibus infrà poſitis ( DOLET. Preſerve moy, ô Seigneur, des calumnies des hommes ). Tres, quæ in hâc editione pag. 2. 5. 9. reperiuntur, epiſtolæ in plerisque aliis editionibus omiſſæ, non debent à me præteriri. Prima; ex anno quo data eſt, mihi fidem facit, Doletum anno 1538. Maroti opera curâſſe imprimenda, quæ priùs depravatiſſima in vulgus exierant. Quo autem anno illa, de quâ Marotus conqueritur, & è quo prœlo prodierit, nihil adhuc certi comperire potui. Epiſtolas jam ipſas lectori proponam.

*Clement Marot à Eſtienne Dolet Salut.*

*du pot caſſé, lors Imprimeur du, Roy en mit en lumiere quelque Traicté. Dolet en a compoſé quelque partie, comme des poins & apoſtrophes; mais la conduicte de ceſte œuvre plus haulte & plus magnifique & de plus riche & diverſe eſtoffe eſt propre a Loys Megret, combien qu'il n'ayt point perſuadé entierement a ung chaſcun touchant l'Orthographe. (a) Jacques Pelletier a debatu ſubtillement ce poinct d'Orthographe, en enſuivant, non pas les characteres, mais le conſeil de Sylvius & de Megret (b). Guillaume des Autels l'a fort combattu, pour deffendre & maintenir l'eſcripture vulgaire. Lors eſmeus d'une ſi louable entrepriſe nous (c) en fiſmes auſſi quelque coup d'eſſay, tendants a demonſtrer que noſtre langue eſtoit capable de tout embelliſſement, & aornement, que les aultres ayent jamais eu. Les plus recens ont évité toute controverſe, & ont faict quelque forme de doctrine chaſcun à ſa fantaiſie. Jean (d) Pilot, Jean (e) Grenier, Anthoine (f) Caucie en Latin; Robert Eſtienne (g) en Latin & en Francois: Joachim (h) du Bellay, le vray Catulle des Francois a mis en lumiere une illuſtration de la langue Francoyſe. Depuis Henry (i) Eſtienne a eſcrit la conformité du langaige Francoys avec le Grec; & ne doubte point (s'il s'adonne a cette eſtude) qu'il ne nous donne ung auſſi riche treſor de la langue Francoyſe, comme il nous a donné de la langue (k) Greque. Nagueres I. A. de (l) Baif a doctement & vertueuſement entreprins le point de la droicte eſcripture & l'a fort esbranlé par ſes vives & pregnantes perſuaſions. Par ainſi nous voyons, que depuis (m) quarante ans enca, ce proces pour vrayement eſcrire a eſté ſur le bureau.* &c. Lege, ſis, præterea Bailler, (n) de quelques Autheurs qui ont écrit de l'Orthographe Françoiſe. Inter alia multa, quæ in ſupra-dictâ Rami grammaticâ occurrunt, habetur (in pag. 26.) diſcrimen cùm pronunciandi tum ſcribendi litteras *i*, *j*, & *u*, *v*. Iisdem quoque diverſam pro diverſâ ipſarum poteſtate figuram clariſſimus Thomas Smithus eques Anglus in ſuo de rectâ Anglicæ ſcriptione Dialogo (o) aſſignat.

(a) *Verdier.* Biblioth. ] „ Jaques Pelletier du Mans a eſcrit un *Dialogue de l'ortographe e prononcia-*
„ *tion Françoiſe departi en deux livres; impr. à Poictiers*, 8. *par Enguilbert de Marnef*, 1550.
(b) *Verdier.* Biblioth. & *la Croix du Maine.* ] „ Guillaume des Autels Charrolois a eſcrit *une Re-*
„ *plique a Loys Meygret touchant ſon orthographe, impr. à Lyon* 16. *par Jean de Tournes.* 1551.
(c) Hanc Grammaticam edidit Ramus primùm, 1562. [ Croix du Maine. Sed 1566. Verdier. ]
apud Andr. Wechelum. in 8. Elle a eſté depuis imprimée chez ledit Wechel, en deux colonnes,
de differente Orthographe, ſcavoir de l'ancienne, & de celle de ſon invention.
(d) Verdier. ] „ Jean Pilot Barrois a eſcrit, *Gallicæ linguæ inſtitutio. excus. Pariſiis* 8. *apud Stepha-*
„ *num Groulleau* 1561.
(e) Nullibi adhuc hujus mentio mihi occurrit.
(f) Croix du Maine. ] „ Antoine Cauce, dit Caucius, a eſcrit une Grammaire Latine & Francoi-
„ ſe, imprimée l'an 1570. en France & en Almagne. Et Verdier. ] *Antonii Caucii Grammaticæ*
„ *Gallica in tres libros diſtributa. Antverpiæ*, 16. *apud Lucam Bellerum.* 1576.
(g) Prodiit in 8. *Traité de la Grammaire Francoiſe; l'Olivier de Robert Eſtienne, M. D. LVII.* & *Gal-*
*licæ Grammatices libellus; olivâ Roberti Stephani*, M. D. LVIII. Uterque liber in 8. ſecundùm editus eſt,
*ex officinâ Roberti Stephani* ( viz. filii ) *typographi regii*, M. D. LXIX. Author ſic præfatur; *Pourtant*
*que pluſieurs* —— *ne pouvoient s'aider de la Grammaire Francoiſe de Loys Meigret, à cauſe des grans change-*
*mens qu'ils y voyoyent*, —— *ne de l'introduction par Jacques Sylvius, pourtant que ſouvent il a meſlé des*
*mots de Picardie, dont il étoit; nous ayans diligemment leu les deux ſuſdicts Autheurs* —— *avons faict*
*ung Recueil.* &c.
(h) *La defenſe & illuſtration de la langue Francoiſe par Joachim du Bellay; de l'Imprimerie de Federic Mo-*
*rel.* 1561. 4.
(i) Ce Livre fût imprimé in 8. *par Robert Eſtienne Imprimeur du Roy.* M. D. LXIX.
(k) Prodiit anno 1572.
(l) Croix du Maine. ] „ Jean Antoine de Bayf a eſcrit ung Traicté de la prononciation Francoi-
„ ſe: non encores imprimé.
(m) Scilicet ab ann 1531. ad ann. 1572.
(n) Jugem. des Sav. Tom. 2. pag. 648.
(o) *Ex officinâ Rob. Stephani.* 1568. in 4. Vide pag. 36. 37.

letum & opera ejusdem ſpectantia, aliunde non cognoſcenda; contineat, fuſiùs differere mihi (&, utì ſpero, lectori) non ingratum erit.

In illo ſic præfatur DOLETUS:

*Au Lecteur S.*

*TU as cy devant le Diſcours de Loys Meigret Lyonnois touchant noſtre eſcripture Francoiſe.—— Après lequel traicté il m'ha ſemblé bon d'adjoindre, la maniere de bien traduire d'une langue en aultre: la punctuation de la langue Francoiſe: & les accentz d'icelle, mis en lumiere par Eſtienne Dolet natif d'Orleans* &c. *Mais ſi tu trouve l'Orthographie de Meigret diſſemblable à celle de Dolet, ſcache que l'un le veult ainſi, & l'aultre pareillement.* &c.

*Au Lecteur encores.*

*LY, & puis juge: ne juge toutefois devant que d'avoir veu mon Orateur Francois, qui (poſſible eſt) te ſatisfaira, quant aux doubtes, où tu pourra encourir liſant ce Livre.*

*Dixain de Saincte Marthe.*

*POurquoy es tu d'aultruy admirateur,*
*Vilipendant le tien propre langage?*
*Eſt ce (Francois) que tu n'as inſtructeur,*
*Qui d'icelluy te demonſtre l'uſage?*
*Maintenant as en ce grand advantage,*
*Si vers ta langue as quelcque affection:*
*Dolet t'y donne une introduction,*
*Si bonne en tout, qu'il n'y a que redire:*
*Car s'il t'enſeigne (ô noble invention)*
*D'eſcrire bien, bien tourner, & bien dire.*

*Eſtienne Dolet à Monſeigneur de Langei humble ſalut, & recognoiſſance de ſa liberalité envers luy.*

*JE n'ignore pas (Seigneur par gloire immortel) que pluſieurs ne s'esbaiſſent grandement de voir ſortir de moy ce preſent Oeuvre: attendu que par le paſſé j'ai faict, & fais encores maintenant profeſſion totale de la langue Latine: Mais à cecy je donne deux raiſons. L'une eſt mon affection envers l'honneur de mon pays —— l'aultre eſt l'exemple de pluſieurs Antiques —— Grecs & Latins, & Modernes* &c.

*Eſtien-*

*Eſtienne Dolet, au Peuple Francois humble ſalut, & accroiſſement d'honneur & puiſſance.*

D*Epuis * ſix ans ( ô peuple Francois ) deſrobbant quelques heures de mon eſtude principalle ( qui eſt la lecture de la langue Latine & † Grecque ) te voulant auſſi illuſtrer par tous moyens j'ay compoſé en noſtre langage ung Oeuvre intitulé l'Orateur Francois : duquel Oeuvre les traictez ſont telz. [ La Grammaire. L'Orthographe. Les Accents. La Punctuation. La Prononciation. L'Origine d'aulcunes Dictions. La maniere de bien traduire d'une langue en aultre. L'Art Oratoire. L'Art Poëtique. ] Mais pour ce que ledict Oeuvre eſt de grande importance, & qu'il y eſchet ung grand labeur, ſcavoir, & extreme jugement, j'en differeray la publication ( pour ne le precipiter ) juſques § à deux, ou troys ans. Cependant tu t'ayderas des inſtructions, qui ſont en ce preſent Livre. —— Prends peur pleige l'affection, que je porte à ma renommée, que dedans quelque tems je te rendray parfaict l'Oeuvre deſſusdict. —— J'ay cogneu telle ingratitude entre les hommes de mon temps, que ceulx, qui ont le plus proffité ſur mes Oeuvres, ſont les premiers, qui taſchent de deprimer mon renom : mais pour leur meſchante nature je ne laiſſeray de produire par Oeuvres le don de grace, que le Createur m'a faict tant en la cognoiſſance de la langue Latine, que de ma maternelle Francoyſe.* &c. *A Lyon, ce dernier jour de May, l'an de grace* (*a*) *Mil cinq cents quarante.* Præfationes has ſequuntur tres antedicti tractatus ; primus de rectâ vertendi ex aliâ in aliam linguam ratione ; ſecundus de linguæ Gallicæ punctis ; tertius de ejuſdem accentibus. In primo, regulas quinque proponit, ei, qui interpretis boni officio fungi velit, obſervandas : quarum duæ priores ſunt hæ :

*En premier lieu, il fault, que le traducteur entende parfaictement le ſens & matiere de l'Autheur, qu'il traduict. La ſeconde choſe, qui eſt requiſe en traduction, c'eſt, que le traducteur ait parfaicte cognoiſſance de la langue de l'Autheur, qu'il traduict ; & ſoit pareillement excellent en la langue, en laquelle il ſe met à traduire.* Doletus ſanè, poſtquam hæc interpreti probo opus eſſe affirmâſſet, nunquam voluiſſet (*b*) Platonis totius verſionem promiſiſſe, aut (*c*) aliquot ejuſdem Dialogorum interpretationem

* Ann. 1534. nam hanc præfationem ſcribebat ann. 1540.

† Græcam igitur linguam non ignorabat.

§ Promiſſum non præſtitit ; & hujus operis mentio fit in Bibliothec. Franc. à Cruce ( quæ prodiit 1584. ) *L'Orateur Francois, non encores imprimé.*

(*a*) Hinc mihi certum ſit hoc opuſculum Doleti anno 1540. prodiiſſe. La Caille. ( p. 130 ) refert ad annum 1545. qui eſt annus editionis libelii Ludovici Meigret, de quo paulò antè dixi.

(*b*) Bibliotheq. de la Croix du Maine.

(*c*) *Axiochum* & *Hipparchum* à *Doleto* Gallicè verſos & ab eodem impreſſos Lugduni in 12. 1544. affirmant *Verderius*, & *Franciſcus à Cruce Cœnom.*

tionem ſuſcepiſſe, niſi ea, quâ PLATO uſus eſt, lingua ipſi, non tantùm mediocriter nota, ſed etiam perfamiliaris fuiſſet. Eam profectò ſi penitus ignorâſſet, nunquam tam certum adiiſſet, ſuæ, de quâ nemo poterat eſſe magìs ſollicitus, famæ periculum. Nullus igitur dubito, quin Doletus ſatìs in Græcis litteris exercitatus fuerit: in iis tamen nullum, quod ab illo editum extet, novi typographiæ ſpecimen. Jam, poſtquam de Tractatu, quem de Interpretandi modo vulgavit, diſſerui, locus eſt, ubi de variis ejus ex Græcis Latinîsque in vernaculam verſionibus, quantum ad meam notitiam pervenit, agam. Quid ex Græcis verterit, modò dictum eſt; quid ex Latinis, reſtat dicendum.

Ciceronis (*a*) Orationes Philippicas, (*b*) Quæſtiones Tuſculanas, & (*c*) Epiſtolas familiares eſt interpretatus. In tractatu ſuprâ memorato (ſcil. *la maniere de bien traduire* &c.) locum à ſe verſum citat ex Ciceronis Tuſculanis, quo ſuam primam interpretandi regulam illuſtret. In Epiſtolarum à ſe verſarum initio lectorem ſic præfatur:

*Epiſtre au Lecteur muny de bon vouloir.*

—— *MOn entrepriſe eſt telle, que j'ay travaillé pour acquerir los & bruit en langue Latine; je ne me veulx efforcer moins à me faire renommer*

(*a*) La Croix du Maine.

(*b*) De quibus mox.

(*c*) La Croix du Maine. *Il a traduit quelques Epiſtres de Ciceron imprimées à Paris ches Buon. & Du Verdier. Les Epiſtres familieres de Ciceron (non toutes) avec leurs Sommaires & Argumens pour plus grande intelligence d'icelles. Imp. par ledict traducteur* 8. *& par Thibaud Payen en l'an* 1549. Vidi autem earum editionem in 12. venalem Pariſiis in clauſo brunello apud *Guilielmum le Bret* 1549. excuſam per *Mauritium Menier* 1540. Vidi etiam earundem editiones duas in 12. quorum prior [ *à Lyon, par Guillaume Rouille* 1561. *imprimé par Francoys Gaillard* ] ſolam Doleti verſionem continet: poſterior [ *par Jaques d'Arbilly* 1569. ] duorum verſiones exhibet [ *par E. Dolet & F. de Belle foreſt* ]; ſcilicet quarum epiſtolarum verſionem ille omiſit, hic ſupplevit. *Doletus* enim in ſuâ verſione nullius, niſi Ciceronis, epiſtolas interpretatus eſt. Editiones ſupra-dictæ [ nempe 1561. & 1569 ] *Doleti* duas præfationes, alteram initio, alteram libro epiſtolarum nono præfixam, omiſerunt. Ex quarum præfationum priore anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo datâ, annum, quo illa verſio à *Doleto* prodiit, quémque *Verderius* neglexit, compertum habeo. Ciceronis Epiſtolas à *Franciſco de Belle foreſt* verſas [ *imprimées à Paris chez Buon & autres* ] recenſet *Franciſcus à Cruce-Cœnomanâ.* Id præterea monendum lectorem duco, harum epiſtolarum verſionem à *Doleto* ìmpreſſam ſinè Latino textu prodiiſſe. Lege Præfat. edit. 1561. *L'Imprimeur au Lecteur* —— *Nous avons imprimé de nouveau les Livres dudict Autheur, qui ſe ſont trouvés traduicts en noſtre langue Francoiſe, joignant le Latin* &c. Item ante librum nonum: *Advertiſſement au Lecteur. Dolet n'a pas traduit le huitieme Livre, pource qu'il n'eſt de Cicero, & pour autres raiſons qu'il allegue en une Epiſtre* [ de quâ ſtatim poſtea ] *qu'il a faict en cet endroit aux livre de ſa traduction imprimé ſans le Latin: la ou il dit faire auſſi le ſemblable au dixiéme Livre des Epiſtres de Plancus: & generalement de toutes celles, qui ne ſont de ce pere d'éloquence Latine Cicero.*

*nommer en la mienne maternelle Francoiſe. Ce pourſuivant, je ne pretends ſeulement produyre, ce qui entierement eſt ſorty de moy ( comme desjea on a veu par (a) trois traitez de mon (b) Orateur Francois, & comme on le voirra entier au commencement du grand (c) Dictionaire Vulgaire, que bientoſt imprimeray, comme auſſi on voirra aux (d) Tuſculanes de Cicero, par moy traduites ) mais pareillement tous autres bons Livres, que congnoiſtray ſortis de bonne forge, Latine ou (e) Italienne: ſoient Autheurs Antiques ou Modernes: naifz ou tranſlatez. De ce mien vouloir ſera tesmoing ce preſent Oeuvre de Cicero, depuis quelque temps par moy traduict en noſtre Langue; lequel Oeuvre je n'ignore pas avoir autrefois eſté imprimé ſoubz autre traduction. Mais ſcais tu quelle? certainement faicte en deſpit des Muſes Latines & Francoiſes* &c. *De Lyon. ce premier jour de Mars, mil cinq cens quarante deux.*

Doletus Libro nono hanc præfationem adjecit :

*Epiſtre au Lecteur muny de bon vouloir, & non infect d'envie.*

*Après qu'avec la grace & ayde Divine je ſuis parvenu en ceſte mienne interpretation juſques au huictieſme Livre de ces Epiſtres familiaires, j'ai deliberé d'y faire comme aux precedentes: c'eſt a ſcavoir de n'interpreter autres epiſtres, que celles, qui ſont de Ciceron. —— Entre les Epiſtres meſmes de Ciceron il s'en trouve de ſi éſtrangées & ſi loing miſes de noſtre uſage, que certes elles profitent bien peu, & bien peu recréent le Lecteur, ſoit qu'elles ſoient Latines ou Francoiſes. —— Cicero avoit des intelligences particulieres avec aucuns, & bien ſachant qu'il ſeroit entendu de lui a demy mot, s'il leur eſcriroit de quelques choſes d'importance, il ſe rend aucunesfois tant perplex & obſcur ( ce qu'il fait d'induſtrie & contre ſon naturel, car de tous Autheurs il n'y en a point ung plus facile, ni moins ambigu que lui ) que l'on diroit, que ce ſeroit propos de Coq en l'Aſne. —— De telle ſorte d'eſcrire eſt pleine la pluſpart des Epiſtres de Celius, contenues au huictieſme Livre. —— Si tu allegues que pour le moins ces Epiſtres par moy delaiſſées euſſent donné intelligence de celles de Cicero adreſſées à Celius: ——* Mais *comme ce peult il faire qu'une choſe non intelligible de ſoy meſme puiſſe donner intelligence d'une*

(*a*) De quibus antè dictum eſt. Scil. La maniere de bien traduire ; la punctuation, & les accents de la langue Francoiſe.

(*b*) De quo opere [ adhuc, quantum ſciam, inedito ] ſic Doletus in ſuo libello ( *la maniere de bien traduire* ) —— *Des nombres oratoires je parle plus copieuſement en mon Orateur.*

(*c*) Hoc opus nobis invidit mors Doleti præcipitata.

(*d*) *Du Verdier.* Les Queſtions Tuſculanes par lui traduictes & imp. 8. Verderius annum impreſſionis non adjecit ; ſed ex epiſtolâ epiſtolis præfixâ & anno 1542. datâ certum eſt Tuſculanarum verſionem non niſi poſt annum 1542. prodiſſe. Tuſculanarum verſio omittitur in Bibliotheq de la Croix.

(*e*) Hanc ergo linguam etiam calluiſſe Doletum liquet.

*d'une autre?* —— *J'adjouſte à cecy, que chaſcune epiſtre de Cicero a par moy ſon argument, ſi ainſi eſt qu'elle le merite, & qu'elle ſoit en rien obſcure. Je ne dis pas toutefois ( & de ce je t'ay adverty aux arguments des epiſtres du ſecond Livre ) que les Epiſtres de Celius ne puiſſent aucunement ſervir à l'intelligence de celles, que lui eſcrit Cicero; mais veu les arguments, que j'y premets* —— *je me deporte de les interpreter* —— *Or doncques on ne trouvera eſtrange, ſi laiſſant là le huictieſme Livre je procede maintenant au neufvieme. Et t'advertis qu'autant que j'en fais aux epiſtres de Celius, autant en feray-je au dixieſme Livre; quand ce viendra aux Epiſtres de Plancus, & autres: generalement à toutes celles qui ne ſont point de ce Dieu d'Eloquence Latine, Cicero.* —— *De Lyon ce premier jour de May. L'an de Grace mil cinq cens quarante & deux.*

Et in initio Libri decimi tertii:

*Ces deux Livres enſuyvants ſont de grande facilité, & preſque tous pleins de recommandations. Qui ſera cauſe, que nous en tronquerons la pluſpart.* &c.

Et in initio decimi quarti:

*Toutes les Epiſtres de ce quatorzieſme Livre ſont preſque toutes d'un Argument: leſquelles il envoyoit à ſa femme du temps qu'il eſtoit en exil. Si donc je t'en traduis deux ou trois, contente toy; & ne requiers d'eſtre chargé de redicte.*

DOLETUS quædam recentiorum quoque authorum opera ex Latino in vernaculum ſermonem vertit; qualia hæc ſequentia:

*Le* (*a*) *Manuel du Chevalier Chreſtien traduict du Latin d'Eraſme. Impr. par le traducteur.*

*Le* (*b*) *vray moyen de bien & Catholiquement ſe confeſſer; Opuſcule fait premierement en Latin par Eraſme. Impr.* 16. *chez ledit Dolet, à Lyon*, 1542.

*La* (*c*) *Paraphraſe de Campenſis ſur les Pſalmes de David & Eccleſiaſte de Salomon, por Dolet faicte Francoiſe, & Impr.* 8. 1542.

(*d*) Cantica Canticorum *en Francois.*

Enu-

(*a*) Bibliotheq. du Verdier. Sed annum non addidit: quem reperio apud *La Caille; in ſeize en* 1542.

(*b*) Bibliothe q. du Verdier, & la Caille.

(*c*) Bibliotheq. du Verdier. De tribus his verſionibus utì nec de ſequenti, nulla mentio in Bibliotheq. de la Croix.

(*d*) Bibliotheq. du Verdier. & de la Croix du Maine. Sed ſine anno. Hujus meminit Rev. Pat. Jacobus le Long ( nuper cum magno litterarum damno de-

Enumeratis jam, quæ Doletus in arte interpretandi edidit exemplis, ad alia ejus opera revertor. Anno 1540. librum à ſe compoſitum, de imitatiòne Ciceronianâ adversùs Floridum Sabinum, Lugduni in 4. excudit. Hunc per Epiſtolam Cal. Octob. 1540. datam Gulielmo Bigotio inſcribit; eò quòd, cùm Bigotius Doleti (*a*) *mores ob longam & intimam familiaritatem exploratos haberet, poſſet certum & verum teſtimonium ferre, an* Doletus *eo eſſet de animâ ſenſu eâque vitæ improbitate, quam* Doleto Sabinus in Dialogo nuper adversùs illum ſcripto *aſſignaverat.* Doletus in hoc Libro primum agit *de* (*b*) *imitatione Ciceronianâ, pro cupidâ ſtyli Ciceroniani juventute, quam* (ut ait) *à tam divini ſcriptoris ſtudio delirans ſenex Batavus* Erasmus *avertere nitebatur; cui* Erasmo *poſtea ſucceſſit Floridus Sabinus, nihilo plùs, vel multo potiùs minùs imitationis Ciceronianæ amans.* (*c*) *Hic iisdem penè verbis de induſtriâ repetit, quæ in Dialogo ſuo Ciceroniano de imitatione diſputantur, ut judicent lectores, an juſtum argumentum Sabinus habuerit*, Doletum *vel calumniandi vel reprehendendi.* Doletus deinde Sabini convitiis (*d*) reſpondet; ſuámque *reſponſionem* ſive *confutationem maledictorum* in partes duas diſtribuit. In (*e*) primâ, diſſerit de ſuo

defunctus) in Biblioth. Sacr. Edit. Lipſ. 1709. tom. 2. p. 111. „ Canticum Canticorum Gallicè, interprete Stephano „ Dolet. *Anton. du Verdier & de la* „ *Croix du Maine in bibliothecis Gallicis;* „ *& Appendix ad Cat. librorum prohibitorum juſſu Ducis Albani, Leodii editum* „ *An.* 1569.

(*a*) Vide hujus libri pag. 6.

(*b*) pag. 7.

(*c*) pag. 19.

(*d*) pag. 20.

(*e*) pag. 23. 24. *De meo & Eraſmi ſtylo liberius hoc dicam. Puriùs, ornatiùs, ſplendidiùs, diligentiùs obſervatis numeris, majori ſententiarum pondere atque gravitate, exactiori in omnibus judicio, prudentiâque, quàm Eraſmus, niſi omnia, quæ vellem, Latinè ſcriberem, Naturam mihi iniquam, vitam mihi acerbam, operam mihi omnem in ſtudio eloquentiæ periiſſe arbitrarer. Nec verò arroganter hoc dictum exiſtimari velim. Nam confuſam autorum multiplicium imitationem concedens & Eraſmo & multis, quod eſt Ciceroniani proprium, purè, ornatè, ſplendidè, numeroſè, ſcribere (quoniam in Ciceronis ſtudio bonam jam ætatis partem conſumpſi) ſi id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vendicare. Nunc ægre fer Eraſmum à me flaccidum nominari, meum illi ſtylum anteponi. At quanto tu magìs flaccidus videris, dum noſtra tuis permiſces? Quis tum tua, ut frigida & intermortua, non refugiat? Quis noſtra, ut Ciceroniana & planè Latina, non amplexetur?* Pag. 27. *Longolius veræ Latinitatis amans, quo illa præcipuè conſtat, illum ſibi imitandum propoſuit, perfecitque, atque tandem aſſecutus eſt, ut ejus* (Ciceronis) *quàm ſimillimus evaderet. Eraſmus autem alio ingenio natus fontem ipſum neglexit, & rivos undique conſectans, aridus ſemper fuit, nullâ majori eloquentiâ abundans* ——— *Quid habet illa Adagiorum farrago, præter ſupervacaneum otioſi ſenis laborem, & ſurreptas omnium undique vigilias?* —— *Supervacaneam in Theologiâ garrulitatem illi deme: quid nos præterea docet? Quibus nos diſciplinis inſtruit? an Philoſophiâ? an Aſtrologiâ, ? an Geometriâ? an Geographiâ? an Dialecticâ? an Medicinâ? an denique Gram-*

ſuo & *Eraſmi*, *Floridi Sabini*, *Longolii*, ac Germanorum ſtylo; de *Budæo*

*Grammaticâ? Quicquid tamen nominis ſuis ſibi laboribus peperit, id omne ex Grammaticis præceptionibus manat. Nam quæ opera Eraſmi magìs celebria, quàm illius Paraphraſis in Vallam? quàm Libellus de octo partibus orationis? quàm de copiâ verborum? quàm de conſcribendis epiſtolis? Reliqua illius monumenta aut jam quidem* * *interierunt, aut brevì interitura ſunt: quanquam nominis immortalitatis avidus teſtamento pecuniam reliquerit* † *ad ejus operum certos tomos excudendos, qui proximè è Germaniâ ad nos allati ſunt: aſinariâ me hercule ſarcinâ grandiores.* ——— Item pag. 30. Sic ad Floridum. ——— *Te amicè admonebo, ut antiquatis plerisque vocibus uti deſinas: Cujusmodi ſunt, [ ſingulariſſimus, obſequela ] —— Atqui non me clam eſt, apud Plautum [ obſequelam ] reperiri: ſed bona dictionis Plautinæ pars obſoleta cenſenda eſt. Et ſanè quoniam non id præter rem omnino facturi videmur, hìc noſtrum de Plauto & Terentio judicium libet inſerere, quod in* ‡ *Terentii exemplaribus apud nos excuſis ſecundâ continuò* § *paginâ omnibus ſeſe offert.* ——— Pag. 33. Italum quendam, nomine ſuppreſſo, inſectatur; & ejus ** impoſturas irridet. Pag. 38. ——— *Qui puro veræque Latinitatis ſtylo uteretur, è Germaniæ hypocauſtis nullus adhuc, quod ſciam, nullus meo judicio prodiit.* ——— *Doletus ( inquis ) neminem, præter Budæum, Sadoletum, ac Bembum, alicujus eruditionis eſſe putat: non quòd ita ſentiat, ſed ut Budæi gratiam frigidâ ſibi concilicet aſſentatiunculâ; Sadoleti autem Bembique nomen in hôc novo imitationis genere defendendo invidiæ opponat.* ——— *Nimirum me aſſentatione gratiam à quoquam aucupari prædicas? me, qui omnia ferè rideam, nihil penè admirer: tantum abeſt, ut quicquam cujusquam auribus dem, aut aſſentari noverim. Budæum, Sadoletum, Bembum ( tria noſtræ ætatis lumina ) laudibus ſæpe, ut par eſt, cumulo: an id eſt illis aſſentari?* ——— Pag. 25. *Dialogum noſtrum plenum nugis & garrulitate clamas. At ſaltem caput aliquod ex eo ſeligeres, quod refutares, quod inane demonſtrares.* —— *Cedò, ubi autores quosvis ſive oratores, ſive poëtas non legendos admonui? Legendos contrà ſemper omnes monui & oratores, & hiſtoricos & poëtas: atque ab iis petendam verborum copiam ( ſi ea Latina ſit & ſplendida ) rerum cognitionem, & ſcientiam comparandam: at ad* Ciceronem *cujusvis ſtylum componi formarique volui.* ——— *Perfectæ linguæ Latinæ ſæculo fuerunt Cicero, Salluſtius, Cæſar, Plancus,* Cœlius &c. *Quis tamen eorum Ciceronis puritatem, facilitatem aut venuſtatem æquat?* &c. *Ex iis verò omnibus, quos ſuprà nominavi, unum Cæſarem ſemper excipio, quem verborum puritate & ſtyli ſuavitate nunquam Cicerone inferiorem concedam. At extra hunc & Ciceronem nulli prorſus cuiquam in ſtylo formando adhærendum ſuadebo. His tamen Salluſtium licet adjungere, ſed non in omnibus, ut illi ſunt, imitandum. Nimia in Salluſtio fuit verborum antiquatorum aſſertio: aures etiam non ſatis aliquando ( ut ille ipſe Cæſar ) numeris ſuis explet.* ——— Pag. 39. *In gulæ & crapulæ vitio ponere nos contendis, quod Eraſmi ineptiis in* §* *Dialogo noſtro Ciceroniano reſpondentes ſcripſerimus, corpus bene curatum & liberiùs educatum poſtulare litteras* &c. *Et nos ob id dictum in gulæ ſuſpicionem vocare audes?* &c. *Omnium, quos tulit antea natura, vel quos nunc etiam fert, vixit vivítque nemo vel cibi vel potûs vel ſomni obſtinentior: nemo laboris & vigiliarum patientior: nemo rei ſuſceptæ perſequentior. Jam tu ex tuorum Italorum turbâ unum aliquem profer;*

* Eraſmi tamen opera omnibus innoteſcunt, cùm minima & rariſſima ſit Doleti & ipſius operum notitia.

† De quâ pecuniâ in ipſius vitâ, cui ejus Teſtamentum adjectum eſt, nil lego. Vide Eraſm. Vit. ann. 1642. in 12. p. 63.

‡ Hinc diſco Doletum ante annum 1540. excudiſſe Terentium. Quæ editio mihi nondum viſa eſt, neque aliàs adhuc innotuit.

§ Carmina, quibus illud Doleti judicium continetur, poſtea proferam, ubi de ejus in Andr. & Eunuch. notis fiet mentio.

** Ille linguæ Latinæ uſum, orationis facultatem, & verſus faciendi artem minus menſe promittebat. Lege Dolet. Epiſtol. p. 96. 98. & ibid. Epigramm. p. 185. 186.

§* Vide ejusd. Dialog. p. 76.

*naeo*, *Bembo* & *Sadoleto*; tum calumnias & probra ſibi à Sabino objecta à ſe amoliri nititur. In (*a*) ſecundâ, plagii crimen, cujus reum Sabinus eum agebat, diluit. (*b*) Variis demum in *Sabinum* Epigrammatibus ſuum

*fer, qui me in eâ re ſuperet. Simulatione, ſcio, & * inani oſtentatione multi me ſuperabunt: re autem verâ ad me, dum vivam, bonâque valetudine utar, nullâ parte, accedent. Auſus item es graviorem aliam notam nobis inurere; Italis propriam, Gallis incognitam: ſanè de animæ mortalitate ſenſum.* &c. *Animam ( inquis ) corpori ſuperſtitem non credit Doletus.* &c. *At quis meus inter omnes ſermo, niſi pius, niſi caſtus, niſi Dei honore plenus? Quod meum extat ſcriptum, quod vel tenuiſſimam impietatis ( impietatem voco, de animæ interitu opinionem ) bono alicui ſuſpicionem concitet? Et vita, quam degimus, non planè Chriſtiana?* &c. *Atque quàm ſim ab illâ opinione alienus, liquidò etiam ex § verſibus, quos de animæ immortalitate cecini in Genethliaco filii mei Claudii Doleti.* —— Pag. 43 — *Quòd Ciceronis imitationi hærendum ſuadeo, idcirco nullo me numero Terentium, nullo loco Virgilium habere colligis.* —— *Ita de Terentio in † Dialogo noſtro Ciceroniano ſcripſimus. Terentii verbum repudiandum prorſus nullum cenſeo, quòd magìs ad orationis ſolutæ libertatem, quàm ad carminis ſervitutem accedat* &c. *Hæc de Terentio. Reliquorum autorum voces uſurpare, viro docto religio eſt nulla, in civitatem certè Romanam admiſſas, non peregrinas, & nimiâ vetuſtate, ſicuti vinum, non fugientes, aut aceſcentes* &c.

(*a*) Pag. 45. de ſuo & Lazari Bayſii libro ſuper re navali agit; ſed de his antea fusè ſatìs diſſerui. Item pag. 46. —— *Noſtros Latinæ linguæ Commentarios ( quod inſolenter effutis ) ſumus ſuffurati; in iis nullo utimur ordine: tertius eorum tomus nunquam à nobis exibit, niſi, à quo illum compilemus, aliquod antè opus Gallus quiſpiam Italûsve emittat.* &c. *Quod ad furtum facit, Sebaſtianum Gryphium, operáſque illius conveni. Cum ſuis enim ille novit, quantâ diligentiâ, quanto labore, quantis vigiliis, quàm nullo niſi Cicerone & reliquis perfecti linguæ Latinæ ſæculi autoribus adjutus ſolus illos confecerim. Et tu in illis quicquam ad aliis mutuatos nos ais? Quid Calepinus? quid Sypontinus? quid Roberti Stephani theſaurus? quid Riccius? quid Nizolius cum illis commune habent, ut ‡ quicquam ab illis in noſtra tranſtuliſſe videar. Ordinem autem quem in commentariis noſtris ſervemus, in primo & altero tomo certiorem *† lectorem fecimus.* &c. *An id eſt nullo ordine uti? Ecquem vel Græcum vel Latinum proferes, qui me in hâc re excellat.* &c. *Aliquod antè opus emittant vel Galli, vel Itali, vel Germani. Nullius enim in hôc vel doctrinam vel eloquentiam vel judicium formidantes, jam pridem quæ in tertio tomo noſtro tractaturi ſumus, apertè ſignificavimus. Deſponſam eam nobis gloriam præripere vel tu ( ſi tamen priùs Latinè loqui diſceres ) vel alius quivis conetur. Tum noſtro emiſſo, docti ferent ſententiam, uter utrum ſuperet; ánve in hoc opus tot annos fruſtra contulerimus.* &c.

(*b*) Pag. 51. 52. En quædam de pluribus Doleti Epigrammata.

*In Floridum Sabinum.*

*Facit meorum carminum ſublimitas,*
*Ut Floridus non credat ea eſſe prorſus mea:*
*Sed*

* Adeon' quenquam in ſuis vitiis cœcutire! Qui inani oſtenſtatione Doletum ſuperet, vix unum aut alterum invenias. Quòd de aliis malè plerumque ſentiat, quòd maledictis ſemper & conviciis turpibus certet, haud mirum; id enim eſt eorum proprium, qui inani ſui opinione inflantur.

§ Hi verſus poſtea proferentur.

† pag. 93.

‡ Sanè qui illud Doleti opus cum aliorum Dictionariis ſeu theſauris contulerit, oportet id fateatur, Doletum in ill neutiquam plagii accuſandum.

*† De illo ordine dixi antea.

ſuum librum concludit. Francisci Floridi Sabini (*a*) opus illud, cui reſpondet *Doletus*, perlegi: nec ſatìs mirari poſſum, quæ rabies viros litteratorum nomine gaudentes eò adigat, ut morum bonorum modeſtiæ'que obliti, odio irâque efferati, ſe invicem dilanient (*b*) maledictis; quibus tamen ne minimùm quidem ſuam promovent cauſam. Ita penitus animis inſedit, & inveteravit vilis illa & barbara conſuetudo, ut noſtris etiam temporibus turpi hâc lanienâ nonnulli laniſtarum, quàm litteratorum nomine digniores delectentur. Do-

*Sed Florida inſcitia & infantia facit,*
*Ut, quæ ſcribit Floridus Floridi eſſe putem.*

*In Eundem.*

*Quis Floridus? comedo, helluo, lurco, venter,*
*Ganeo: gerro, invidia, maledictum: iners, bardus,*
*Terræ pondus inutile: dolus, ſcelus, peſtis.*

*In eundem Atheon.*

*Plenis maledictorum quadrigis me potes*
*Obruere, qui facis cœlo etiam convitia.*
*Agedum, bene perditè fac ſis malus, & impius.*
*Mortalem, poſt immortales, potes pungere.*

Verſus profectò magìs dicaces, quàm canori; felléque magìs quàm lepore conditi. Sed conviciis abſtinere nequit Doletus, quoties illi cum adverſario res eſt, ſive ſoluto ſive ſtricto ſermone contendat. In ejus libro contra Sabinum alterâ ferè quâque lineâ opprobria ingerit, & maledicta maledictis confutat: videtur tamen ipſe convitia, quæ mores vitámque infamant, damnâſſe. Nam (pag. 40.) *Mutuis*, ait, *convitiis, ſi iis certetur, nullus eſt tandem modus. Quid impediat, quin te, pro objectis mihi criminibus, lurconem, ganeonem, pædiconem, maſtrubatorem, fellatorem (veſtratia vitia enumero) ſicarium, veneficum, atheon denique vociferer: &, quicquid mihi vitii objicis, id omne in te reſidere demonſtrem? Iterum atque iterum hoc affirmabo, morum vitæque reprehenſionem cum litterariâ diſceptatione commune nihil habere. Et ſi in eo certaminis genere quisquam in mores adverſarii invehatur, deſtitutum illum quidem ratione jam videri, pro victôque exiſtimandum.* Id ſanè concedendum eſt Doletum à Florido Sabino (utì mox conſtabit) laceſſitum fuiſſe. At verò quibus calumniis Eraſmum, Eraſmíque non tantùm ſtylum ſed & vitam morésque, exagitat in ſuo de Ciceronis imitatione Dialogo Doletus, ab Eraſmo nunquam antè laceſſitus! Ad eum remitto lectorum.

(*a*) Franciſci Floridi Sabini ſubciſivorum libri tres, Ludolpho Pio Cardinali Campenſi dedicati ab authore per epiſtolam Bononiæ, 4. Cal. Maii, anno millèſimo quingenteſimo trigeſimo nono datam. Utor autem editione Jani Gruteri, qui hoc opus ſuæ Lampadis [*Francofurti, è collegio Paltheniano, ſumptibus Jonæ Rhodii bibliopolæ*, 1602. *in* 8. Tomo] primo p. 995. inſeruit.

(*b*) Lege Floridi ſubciſiv. lib. I. cap. 2. 3. & lib: 3. cap. 4.] Pag. 1003. 1007. uſque ad 1031. *Dignum ſanè odio hominum genus, & in quo non multum eruditionis agnoſcas.* —— [Ciceroniani] *Ciceronem Cæſarémque tantùm, quos in ſolutâ oratione tutò imitantur, extare putant.* —— *Ei quominus multa ex aliis, ſi videbitur, aſſumam, mihi interdicunt. Niſi fortè tantum ſibi in Stephano Doleto præſidii eſſe autumant, quantum in ipſo, ſi viveret, Marc. Tullio collocarent: quanquam longè modeſtiùs ille de hâc re fuerit acturus, quàm cæritus noſter Alcmæon: qui cùm Dialogum de imitatione Ciceronianâ ſuperioribus annis adversùs D. Eraſmum virum doctiſſimum ſcripſerit, lectorem inprimis admonuit, omnia, quæ in ſuo Dialogo Morus diſputat & loquitur, ex Ciceroniano Eraſmi dialogo ſumpta eſſe, ne Doletum ſui diſſimilem, id eſt, ſtylo modò inflatiore, modò flaccido eſſe putet.* —— *Non aliter ſeipſum illìc nominat Doletus, quàm Ciceronem aut Demoſthenem ſolemus; cùm novus herì lumbricus ſub terrâ erepſerit, qui modò nusquam comparebat; nunc cùm comparet, perit.* —— *Totus ille de Ciceronianâ imitatione dialogus nihil habet aliud, quàm perpetuas nugas, & vanæ inſulſæ'que garrulitatis ſtudium.* —— *Dole-*

Doletus ex ſuis commentariis multa in Dialogum de Imitatione

——— *Doletus non ſale, ſed veneno, ſuos labores aſpergere didicit: quo imbutus pulcherrimum Eraſmi Adagiorum opus, quod integrâ quantumvis excellentis viri ætate compoſitum videri poteſt, Adagiorum* * *farraginem appellat. Conferat cum illo, non ſuum Dialogum, nec linguæ Latinæ Commentarios, in quibus confarciendis tria ferè conſumpſit, ſed Longolii tum epiſtolas, tum orationes: deinde frontem perfricans, impudentiſſimè* † *in unâ Longolii epiſtolâ plus eloquii, plus artis rhetoricæ, plus linguæ Latinæ ſplendoris elucere, quàm in omnibus ad unam Eraſmi commentationibus pronunciet. An non verius eſt, in unicâ Adagiorum paginâ plus doctrinæ ineſſe, quàm in toto Longolio?* ——— *Quid mihi (ait* ‡ *Doletus) his* [ Livio aut Salluſtio ] *opus eſt, cùm Latini omnes ad eruditionem conferre poſſint: ad imitationem autem & verborum copiam nihil prorſus? Sic enim exiſtimat, ex Marci Tullii verbis omne ſcripti genus commodiſſimè conflari poſſe, ut ex* ** *iisdem coloribus pictor vel Herculem, vel Achillem, vel Stentorem, vel Therſitem, vel Helenam, vel cervum pingere valet.* ——— *Doletus omnes Latinos ſcriptores, præter M. Tullium, ſtercus appellavit. Reſponde mihi, bellua, an ſtercus eſt Virgilius? an Cæſar? an Livius? an non tu potiùs dignus, qui in ſtercore ſuffoceris? Aude, furia, tuos illos inſulſos Latinæ linguæ commentarios efferre; & dic Romanos autores excepto Cicerone omnes ad unum ſtercus eſſe.* ——— §§ *Cauſa, ob quam Eraſmum ſibi omnibus conviciis lacerandum propoſuerit, ea hæc eſt, quòd cùm diis hominibúsque incognitus è cœno emergere vellet, non parvam ſibi gloriam acquiſitum iri ſperaret. Si celeberrimum aliquem virum acerbiſſimis maximéque inhumanis criminationibus ac maledictis impeteret.* &c. *Primò in* †* *doctiſſimum virum (cujus nomen ſupprimam) Franciſco Valeſio excellentiſſimo Gallorum regi non mediocriter charum quosdam verſiculos Archilochios (hoc enim genus ſupra modum diligit) aculeorum plenos conſcribere adortus, ab amicis admonitus eſt, id regi injucundum fore, cùm ſingulari ejus, quem ſibi hoſtem delegerat, eruditione delectaretur. Proinde alium quæreret; cum quo ejuſmodi ſimultatem exerceret. Sic veſtiganti Eraſmus Roterodamus in mentem venit: qui cùm à plerisque juvenis ſollicitatus fuiſſet, nihil minus morti jam proximus extimeſcebat, quàm furentis Doleti tragœdias, quibus (ſic enim ejus dialogum appellare libet) quando non unum Eraſmum ſed integram Germaniam conculcare videtur, indignum ſe eſſe oſtendit, quem vel Itali vel cæteræ nationes aliquo judicio præditum exiſtiment.* ——— *Doletus* (*a*) *neminem, præter Budæum, Sadoletum ac Bembum alicujus eruditionis eſſe putat.* &c. Pag. 1014. 1015. examinat Doleti verba (*b*) *de corpore bene curato*, (*c*) & *quare reliqui ſcriptores legendi.* Et pag. 1016. 1017. *de verborum copiâ, delectu*, & *antiquo linguæ Latinæ tempore*; item alios Doleti locos pag. (*d*) 1019. & (*e*) 1021. & pag. 1010. de libris ad Herennium Ciceroni abjudicandis, quos nothos etiam cenſet (*f*) Doletus. Et pag. 1031: totum caput quartum de νοθείᾳ illorum librorum agit. Pag. 1022. totum caput ſecundum (*g*) plagii Doletum accuſat,

* Vide Dolet. Dialog. pag. 170.

† Ibid. pag. 48.

‡ Ibid. pag. 59.

** Ibid. pag. 72.

§§ Quam cauſam *Doletus* afferat, lege Dialog. p. 11. & reſponſ. ad Florid. p. 32.

†* Is eſt Italus ille, cujus *impoſturas in lucem protulit*; contra quem duo (quæ priùs indicavi) ſcripſit epigrammata; quique (ut ait in epiſtol. p. 97. 98.) *regem* (*ut Gallis facilè verba dantur*) *numinis pulchre emunxerat.* De quo in *Reſpons. ad Florid. p.* 33.

(*a*) Vide Dolet. Reſpons. p. 38. de quâ re priùs.

(*b*) Reſpons. pag. 76.

(*c*) Ibid. pag. 62.

(*d*) Ibid. pag. 116.

(*e*) Ibid. pag. 131.

(*f*) Ibid. pag. 125. 150.

(*g*) Lege pag. 45. Reſponſionis Doleti.

ne Ciceronianâ, multa item ex illo Dialogo in ſuûm librum adversùs Flo-

cuſat, ejusque tractatum de re navali, quam Lazarus Bayſius tractavit, excutit. Pag. 1027. *Ego ſanè hoc ſcio, (a) tuos in linguæ Latinæ commentarios præter unicum titulum nihil tuum habere* &c. & lib. 3. cap. 4. pag. 1188. *Nemo in Eraſmi Ciceronianum immodeſtiùs furioſiúsque ſcripſit, quàm Stephanus Doletus Aurelianus; cui, ut ad certamen deſcenderet, id fuit in cauſâ, quòd, cùm nil Ciceronianâ ſuperſtitione ſit abſurdius, Eraſmúsque per omne ſcriptorum genus vagandum & ex ſingulis optimum quidque deligendum commonſtrârit, maximam gratiæ partem (ſi id omnibus eſſet perſuaſum) amiſſura fuerit illa Doleti Commentariorum farrago, ex Roberti Stephani theſauro, Mariique Nizolii in Ciceronem obſervationibus (b) compilata. Qui enim id opus, antequam hæc ederentur, (c) viderunt, non majus illud antea fuiſſe mihi pro certo aſſeverârunt, quàm ſex Laurentii Vallenſis de Latinis Elegantiis libros, cùm aliorum poſtea ſudoribus magnopere locupletata, absque aliquâ ejus, cui adſcripta ſunt, laude circumferantur. Quam ob rem Doletus, quodcunque potuit, in Eraſmum virus effudit, ita quidem ut Erinnybus agitatus, non honeſtæ contentionis gratiâ, cum eo congreſſus videatur: qui licèt facilè iis reſponderet, à quibus quocunque modo laceſſitus fuiſſet, Doletum, utì mente captum quempiam, nullâ reſponſione dignum duxit. Proinde id conſpicatus egregius Latinæ linguæ commentariorum author, qui tertium ſe eorum tomum ſcripturum pollicitus, omnem de eo cogitationem, rei difficultate perterritus, abjeciſſe dicitur, niſi aliquis interim prodeat, qui paratam ei materiam porrigat; qui ſe & literas & (d) natare, ut ſi alius quisquam, ſcire gloriatus eſt; qui, inquam, (e) unicus Ariſtippi germanus, animam mortalem eſſe, ac ſummum bonum in corporis voluptate conſiſtere (f) non dubitat; pro Eraſmi calumniatore unicus ejus laudator repentè factus eſt, compoſitâ de ejus vitâ functi laudibus (g) Ode* &c. Doletus Floridi criminationem de plagio adversùs ſe allatam hôc (*h*) epigrammate ultus eſt.

*In Floridum Sabinum, qui (i) libros tres de præſtantiâ Cæſaris ab Alberto Pio Carporum principe ſuffuratus eſt.*

*Cùm crimine ficto ſcribis Commentarios*  
*Meos me ſuffuratum ab aliis, Floride;*  
*Spectare mihi videor furem unum aliquem ſtolidum,*  
*Furtis ſuis oſtendere velum qui ſe putet,*  
*Fures ſi alios appellet ficto crimine.*

Doletus in alio ibidem Epigrammate Flo-

(a) Ibid. pag. 46. ſatìs ſit loca in Floridi libro & Doleti reſponſione indicâſſe, quæ lector, ſi vacaverit, conferat.

(b) Quid huic accuſationi reſpondeat Doletus, ſuprà attuli.

(c) Hæc antea ex Thomaſio, qui eadem ex Florido citavit, allegavi.

(d) Vide *Dolet.* Comment. Tom. 2. p. 170.

(e) Quid huic criminationi reſpondear *Doletus*, dictum eſt prius,

(f) Nihil, quod vel minimum videatur huic opinioni favere in iis, quæ legi, *Doleti* operibus occurrit: nec *Floridus* debuit tam odioſi criminis ſuſpicionem malignè injicere, niſi eandem ſolidiori argumento quàm merâ dubirarione occultâque mentis cogitatione confirmâſſet.

(g) De illâ antea dictum eſt. Occurrit pag. 79. Carmin. Dolet.

(h) Lege Dolet. Reſpons. pag. 53

(i) In Bibliothec. Simler. 1544. ] *Franciſci Floridi Sabini opera aliquot exeuſa Baſileæ apud Robert. Winter.* 1540. *Sunt autem hæc: In M. Accii Plauti, aliorúmque Latinæ linguæ ſcriptorum calumniatores Apologia. De Juris civilis interpretibus liber. De C. Julii Cæſaris præſtantiâ libri tres. Succiſivarum lectionum libri tres multâ ac variâ eruditione referti. Octo libri Odyſſeæ ab eodem carmine tranſlati*, [ qui poſtea à Vaſcono ] *excuſi ſunt Pariſiis ann.* 1545. *in* 4. Clariſſimus doctiſſimúsque FABRICIUS in Biblioth. Gr. ( Lib. 3. cap. 19. p. 489. ) notat in eâdem editione Baſileenſi in fol. 1540. contineri quoque Callimachi Hymnum in Dianam Latino carmine à Florido redditum. Hanc verſionem Henricus Stephanus inſeruit in ſuâ Callimachi editione. & Vaſcoſanus etiam in ſuâ. Trium priorum operum mentionem facit *Floridus* in Epiſtolâ ad *Rudolphum Pium* ann. 1539. datâ & ſubciſiv. lection. libris præfixâ. Neſcio annon trium illorum editio lectionum editioni præiverit. Hoc, quod adversùs Floridum Doletus allegat, plagium neque apud Thomaſium ( de Plag. Litter. ) neque alibi adhuc legi,

Floridum Sabinum tranſtulit. Loca autem, ut expeditiùs ea, ſi velit, lector conferat, parallela hìc adnotabo. Tranſcripſit ex primo Commentariorum libro paginas 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. & immiſcuit paſſim paginis libri de Imitatione 57. 100. 101. 102. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 93. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 50. 51. 52. 48. 49. 94. 95. Item ex libro de Imitatione tranſtulit paginas 56. 57. 51. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. in libri adverſùs Floridum paginas 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

DOLETUS (*a*) anno 1541. LAURENTII VALLÆ librum de linguæ Latinæ elegantiis excudit, JOANNÍQUE RAYNÆRIO inſcripſit epiſtolâ *Lugduni Calend. Decemb. anno* 1541. datâ; in quâ, (*b*) Laurentius Valla, ait, *quantâ diligentiâ, quanto judicio Latinam linguam perpurgavit, antè à Barbaris omni barbariâ inquinatam.* —— *Tu ſanè* VALLAM *etiam ipſum ſexcentis mendis antea infuſcatum primo ſuo ſplendori reſtituiſti.* —— *Tua tibi dicamus: nempe* VALLAM *à te quàm diligentiſſimè atque accuratiſſimè caſtigatum* —— *ut etiam poſteritas intelligat ſummam inter*

Floridum carpit, quòd Budæum malè reprehendat in interpretatione verbi *Admittendi*; & Budæo perperam Politianum præferat.

—— *Non in eo*
(*) *Budæus erravit, cùm dixit* Admittere Equum, *eſſe idem, quod* in admotum inſilire equum.
—— *At id tu* (†) *negas*
*Et pro perpetuo procacitatis ſtudio tuo*
*Maledicendique uſu, indè occaſionem arripis*
*Virum laceſſendi, virum facilè principem*
*Doctorum omnium noſtræ ætatis. Quem dum ſtudes*
*Spoliare laude omni, Politianum ei*
*Præfers. Politianum* —— *non neſcio*
*Summâ fuiſſe doctrinâ tum Latiâ,*
*Tum Pelaſgâ: ſed haud tantâ illâ tamen,*
*Ut non eam aſſecutus ſit Budæus citò,*
*Longéque vicerit tandem.* --- *quod ad ſtylum pertinet,*
*In Budæo elucet majeſtas & gravitas*
*Antiqua quædam. Aſt in Politiano tuo*
*Humilis neſcio quæ, & pædagogica dictio;*
*Scribendíque modus elumbis odioſus eſt.*

(*a*) Eandem hanc editionem ad prælum poſtea anno 1545. revocavit Lugduni in 8. Gulielmus Rovilius.

(*b*) Doletus quamvìs hìc Laurentium Vallam collaudet, eum tamen aliquando, tanquam indoctum & abſurdum, culpat. Vide Comment. Lat. Ling. Tom. I. pag. 443. Sed de hôc antea dixi.

(*) Hic locus occurrit in Bud. Annot. in Pandect. [ Edit. Vaſcos. ann. 1556. p. 210 ].

(†) Florid. Subcis. lect. l. 2. c. 8. ] *Gulielmus Budæus parum erudito candidóque viro convenientem perſonam ſubit, dum Marcum Tullium, Græculis quibuſdam nimis impensè favens, imperitiæ malignitatíſque arguit; dum Latinis omnibus nihil neque judicii neque eruditionis tribuit; dum denique recentiores quosdam Italos totis viribus conculcare conatur* [ Lege Bud. de Aſſ. Edit. 1542. pag. 9. 10. 15. 139. 140. ] —— *De recentioribus hoc dicam, non eſſe eorum quenquam ( de paulò eminentioribus loquor ) qui Budæo aliquâ in parte cedere debent. Imò verò Angelum Politianum, quem ille tanquam peculiarem hoſtem ubique impetit, adeò Græcâ Latinâque litteraturâ excelluiſſe, ut ea ſcripſerit 43mo. aut circiter ætatis ſuæ anno vitâ functus, quæ octuagenarii Budæi lucubrationibus nihilo ſunt inferiora.* —— *In Politiani ſcriptis major apparet, quàm in illius operibus ingenii vis, major Latinæ linguæ candor. Nam in Græcis vertendis noſter fuit multo felicior.* —— *Budæus multa Græca ac Latina contexuit; at in plurimus nihil niſi merum laborem dignoſcas.* —— *Huc accedit, quòd qui omnes erroris convincere nititur, in iis rebus quandoque cæcutit, in quibus neque Nebreſſenſis, neque Mancinellus, neque ipſe quidem Aſcenſcius falli voluiſſet. Quod liquidò ex hôc ſingulari ejus errato dignoſcitur.* Admittere, *ait*, equum *interdum pro* conſcendere *accipitur* &c. Budæum Italos inſectantem lege in libri ( de Aſſe ) portione adversùs Portium, Edit. Colon. 1528. in 8. p. 577. nam ea portio in editionibus poſterioribus omittitur.

*ter nos fuiſſe amicitiam* —— quam *hâc dedicatione illuſtratam gaudebis.*

Anno eodem Gentiani Herveti Aurelii opuſcula quædam impreſſit; in quibus legimus hoc (*a*) Herveti ad Doletum Epigramma:

*Verſibus haud noſtris te aliud celebrare, Dolete, eſt,*
*Quàm Solis radiis addere velle faces.*
*Nam, quæ ſcripſiſti, toto teſtantur in Orbe,*
*Ingenii quàm ſit gloria rara tui.*
*Qui genere eloquii Ciceronem jure referre*
*Diceris: eſt* (*b*) *ſtyli gratia tanta tui.*
*Et qui ſcis mirè varios componere verſus,*
*Eſſe tibi ſolum hoc ut videatur opus.*
*Ergo te ut celebrent, mea non ſunt carmina tanti:*
*Reddit nam celebrem te tua Muſa ſatis.*
*Utrique at quoniam patria eſt Aurelia noſtrûm,*
*Doctorum ſemper quæ fuit, éſtque parens:*
*Quæ nos conjungunt; ſtudiíſque tenemur eisdem,*
*Ut vixiſſe ſciat nos quoque Poſteritas:*
*Inſerere huic viſum eſt hæc carmina noſtra Libello,*
*Ceu certum noſtræ pignus amicitiæ.*

Doletus Hervetum lectori commendat (*c*) hôc Epigrammate:

*Sequente ſtatim libello non te putes*
*Minùs venuſta, docta atque elegantia*
*Lecturum, quàm quæ paulò antea legeris.*
*Siquidem ſui ſemper ſimilis eſt Hervetus:*
*Nimirum doctus, terſus, ſplendidus & elegans*
*Scriptor tum Græcè tum Latinè in re qualibet.*
*Quare tam avidè ad reliqua legenda propera,*
*Quàm prima legiſti cupidè, & ex uſu tuo.*

(*d*) *Prælegebat* Doletus *non abhinc multos admodum menſes ſingulas Terentii Comœdias; eáſque quanto maximo fieri poterat ſtudio, à mendis, quibus hactenus contaminatæ erant, perpurgare contendebat, ut quàm caſtigatiſſimè ipſius typis excuſæ in lucem aliquando ederentur ( id autem in omnibus authoribus, qui ex ipſius prelis exirent, præſtare haud dubiè conſtituerat ) tum*

(*a*) p. 72. Epigram.

(*b*) At *ſtylus* corripit priorem. *Sæpe ſtylum vertas.* —— Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 10 v. 72.

(*c*) pag. 110. Opuſcul. Hervet.

(*d*) Lege Doleti ad Gulielmum Belaium Langeium Epiſtolam præfixam obſervation. in Terent. Andr. & Eun. quæ data eſt ad Id. Mai. 1540.

*tum uno labore & operâ obſervationes Latini ſermonis in ipſum Terentium conſcribere, ipſi quidem placitum eſt.* Doleto *gratus ſemper ſecundùm Ciceronem Terentius; gratus & ille quidem ſemper ipſi illi* (*a*) *Ciceroni unico Latinæ eloquentiæ deo.* (*b*) *In univerſas comœdias annotationes conſcribere primùm decreverat: ſed poſt Andriam & Eunuchum obſervationibus ab ipſo illuſtratas nil penè viſum eſt, quod eo labore in aliis dignum eſſet; ita ſui ſemper ſimilis eſt Terentius, & eâdem locutionum puritate ſplendoréque utitur.* Præterea (*c*) *in Terentii exemplaribus ex chalcographiâ ſuâ prodituris quædam paſſim ſcholia in margine inſperſerat, quæ locos obſcuriores enuclearent.* Obſervationes, *quas in duas tantùm Comœdias eáſque tum arte tum eloquentiâ pleniores*, Andriam & Eunuchum dedit, (*d*) *tanquam Terentianæ locutionis formulas exemplis Ciceronis confirmatas*, prodierunt ex Doleti officinâ anno 1543. Gulielmo Belaio Langeio dedicatæ. Harum obſervationum fini ſubjectam ad lectorem integram Doleti epiſtolam proponere legendam non alienum duxi, ex quâ Lector Doleti animum ad promovendas litteras promptiſſimum intelligat.

*Lectori.*

*ITerum te id à me ſcire volo (quod & principiò admonui) ſi quid te juvabit noſtra iſtiusmodi opera, non eam tibi in reliquas Terentii Comœdias defuturam. Quid enim aliud coner literariæ utilitati natus? Tantùm igitur mihi unus aliquis ſignificet, in cæteras Comœdias laborem noſtrum opus eſſe: tum neque labori, neque induſtriæ parcam, ut, quàm bene ſum erga rudem Juventutem exactè erudiendam animatus (nam ei tantùm hæc paro) tam diligenter promiſſum exolvam, & datam jam fidem liberem. Sic enim me in reliquum ætatis meæ tempus comparavi, ut totis viribus dies noctéſque utilitati publicæ ſerviam, & communia humaniorum litterarum ſtudia promoveam. Is, inquam, erit reliquus vitæ meæ curſus: quem ſi Deus Opt. Max. ex meâ ſententiâ (ut honeſtorum conatuum adjutor eſt perpetuus) diriget, tum demum cognoſces, qui meus ſit animus & Juventutis adjuvandæ voluntas. Vale.*

*Judicium Doleti de comparatione Terentii & Plauti.*

*GRæcos Poëtas Comicos mitto libens:*
*De Latinis quid ſentiam, jamjam eloquar.*

*Plau-*

(*a*) Cicer. lib. 7. Epiſt. ad Attic. 3. *Terentii Fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi.*

(*b*) Lege Doleti Epiſtolam ad lectorem obſervationibus ſuprà dictis præfixam.

(*c*) De illâ Terentii editione promiſſâ mox dicetur.

(*d*) Lege *Doleti* Epiſtolam ad *Belaium* iis præfixam.

*Plautum Terentio qui obſtinatè præferunt,*
*Graviter mihi videntur errare. Si quidem*
*Nemo negat Plauto ſermonis Latii*
*Proprietatem ſupremam. Sed nec ea deeſt.*
*Terentio vel major. Atque præterea*
*Servile Plauti ingenium & plèbeium nimis*
*Terentius liberali ſtylo, & extra ſales*
*Vulgares poſito non vulgariter ſuperat.*
*In hôc, Latinæ Muſæ, parcite Sedigito,*
*Qui principi Latinæ Comœdiæ abſtulit*
*Meritam hercle laudem, ſi Comico cuiquam alii.*

(*a*) *Ad Lectorem.*

*LInguæ Latinæ utrumque facilè principem*
*Audire vis divitias fundentem ſuas?*
*(Terentium dico & Ciceronem) id opuſculi*
*Legito. Præter veras Latii elegantias*
*Nil hìc reperies, ex Latiæ eloquentiæ*
*Autoribúsque parentibúsque ſumptas ſacris.*

(*b*) *Prologus Ludimagiſtro cuidam accommodatus in actione Comœdiarum Terentii.*

*PRudentis, & boni ſecutus officium,*
*Fidémque Præceptoris, huic commiſſæ mihi*
*Tenere Juventæ non aniles fabulas,*
*Nugáſve futiles ſtudui inculcare: at ea*
*Viſum eſt docere, quæ & polirent eloquio*
*Linguam, excolerentque mores eximiè eximiâ*
*Morum reprehenſione: nempe Terentii*
*Comœdias: quas ſi fuit gratum legere*
*Vobis aliquando Juvenibus, gratum ſit quoque*
*Audire, dum hìc aguntur: ac ſi quid minùs*
*Rectè, decoréve à Juvenibus actum erit:*
*Vobis facite ut ſubitò veniat in mentem omnibus,*
*Veniſſe vos huc condecoratum Juvenum*
*Ludos veſtrâ præſentiâ, non undique*
*Exacta ſpectatum: neque adverſâ accidat*
*Admurmuratione veſtrâ, utì Juvenum*
*Erecti in hanc operam animi, mox concidant:*

*Noſtræve*

(*a*) Hoc Epigramma ipſas Obſervationes proximè antecedit.
(*b*) Hunc excerpſi ex *Doleti* Carmin. lib. p. 106.

*Noſtræve induſtriæ intereat fructus inaniter.*
*Agedum, ſilentium date, & nos tam placidi*
*Audite, quàm vos circunſpicimus nunc cupidi.*
*Aequanimitatis ſic aſſequemini*
*Laudem, & ſtimulum nobis ſubjicietis maximum,*
*In poſterum ut vobis placere hujuſmodi*
*Exercitationibus optemus acriùs.*

Ex Doleti officinâ *Suetonius* anno 1541. *Cæſaris Commentarii* anno 1543. prodierunt. Alios ex antiquis nondum vidi, quos vulgaverit. Suetonio addidit Scholia & obſervationes doctiſſimas *Joannis Raynerii*, quem in ſuâ ad ipſum epiſtolâ *Laurentio Vallæ* præmiſſâ ( utì jam priùs notavi ) laudaverat. Anno 1541. in 4. Lugduni prodiit *Stephani Doleti liber de officio Legati*; *de immunitate Legatorum*; *de Legationibus Joannis Langiaci Epiſcopi Lemovicenſis:* cui ( utì antea dixi ) ſuas legationes obeunti Doletus ab epiſtolis fuerat.

Hìc lubet annotare; quàm variè æræ Chriſtianæ annum expreſſerit Doletus. Deſignat enim aliquando tempus Chriſti natalibus prævium & ipſum natalium tempus; viz. (*a*) *anno à virgine gravidâ* M. D. XXXVIII. *Calendis Februariis*; & in eodem libro, (*b*) *anno à Chriſto nato* M. D. XXXVIII. *Calendis Februariis*; item etiam in eodem, (*c*) *anno à pace univerſâ* M. D. XXXVIII. *Calendis Februariis*. Aliquando tempus ſolum natalium; viz. (*d*) *anno à Chriſto incorporato & carne tecto* M. D. XXXIX. Aliquando tempus ſolum natalibus prævium; viz. (*e*) *anno à Chriſto in uterum virginis illapſo* M. D. XXXIX. *Sexto Cal. Februar.* aut (*f*) *anno à ſalute mortalibus reſtitutâ* M. D. XL. *Cal. Octob.* Aliquando annum Chriſti ultimum; viz. (*g*) *anno à Chriſto ab inferis redeunte* M. D. XXXIX. Item (*h*) *anno à Chriſto in crucem acto* 1540. (*i*) *anno à mortalibus orco ereptis* 1540. Aliquando tempus Chriſti primum ſimul & ultimum; viz. (*k*) *anno à virgine gravidâ, vel ( nequa calumniæ anſa calumniatori detur ) à Chriſto in crucem ſublato* M. C. XXXVI. *ad Calen. Novembres.* Quam calumniæ anſam calumniatori ne daret, caverit, neſcio. Cenſori ſanè anſam cavillandi dedit; nam æra Chriſti nati & crucifixi, cùm annorum triginta trium aliquótque menſium ſpatium interjiciatur, eadem eſſe nequaquam poteſt. Anni 1536.s. 1539us. &

(*a*) Epiſtol. ad Reg. præfix. Tom. 2. Comment. 1538.
(*b*) Ibid. Epiſtol. ad *Bud.*
(*c*) Ibid. Præf. ad Lect.
(*d*) *Coter.* de jure milit. 1539. Epiſt. ad *Bellaium.*
(*e*) Genethliac. *Claud. Dolet.* Edit. 1540: Epiſt. ad *Coter.*
(*f*) *Dolet.* adverſ. *Florid.* 1540. Epiſt. ad *Bigot.*
(*g*) *Franc Vales.* Fata. Edit. 1540. Epiſt. ad Franc. Vales.
(*h*) Obſervat. in Andr. & Eun. Edit. 1543. Epiſt. ad *Belaium.*
(*i*) Ibid. Præf. ad lector.
(*k*) *Dolet* de re naval. Edit. 1537. Vide Epiſt. ad *Bayf.* p. 2.

& 1540$^{us}$. à Chriſto crucifixo erunt 1569$^{us}$. 1572$^{us}$. & 1573$^{us}$. à Chriſto nato; quod tempus vel ipſus DOLETI annos longè excedet. Ille itaque calculus eſt vel abſurdiſſimus, cùm alter alteri neutiquam conciliari nec pro altero poni poſſit; vel falſiſſimus, cùm hiſtoriæ veritati omnino adverſetur.

Aliud eſt præterea, in quo ſibi pugnare videtur DOLETUS. In ſuo de imitatione Ciceronianâ adversùs FLORIDUM SABINUM libro excuſo apud eundem, ann. 1540. pag. 31. mentionem facit Terentii apud ſe excuſi. Et in ſuis obſervtaionibus in Terent. An. & Eun. excuſis apud eundem ann. 1543. pag. 5. indicat Terentium ex Chalcographiâ ſuâ proditurum. At verò cùm rem attentiùs expendam, non tantùm hunc nodum ſolvam, ſed & ipſum tempus, quo Terentium excudit (donec illius editionis fidem aſſequar oculatam.) deprehendere potero. Epiſtola ad *Guilielmum Bigotium*, quæ libro adversùs *Floridum* præfigitur, data eſt Cal. Octob. 1540. In eo libro Terentii exemplaria apud ſe excuſa ſcribit. Sed Epiſtola ad lectorem, quæ Obſervationibus in And. & Eun. præponitur, data eſt ad Idus Maii 1540., quamvis ipſarum Obſervationum titulus annum 1543. gerat. In eâ Epiſtolâ Terentii exemplaria promittit apud ſe excudenda. Igitur colligo Terentium anno 1543. Idibus Maji promiſſum ante Calendas ejusdem ann. ſcil. 1540. Octobres excuſum prodiiſſe.

Recenſentur nonnulla de rebus præſertim ſacris à DOLETO ſcripta aut verſa; quæ cùm nondum viderim, ex *Antonii Verderii* & *Franciſci à Cruce-Cœnomanâ* Bibliothecis ac *Johannis de la Caille* hiſtoriâ tranſcripſi:

*Les * Epiſtres & Evangiles des cinquante deux Dimenches de l'an, commencant au premier Dimenche de l'Advent, avec briefve & très utile expoſition d'icelles. Impr. par ledit Dolet.* 1541.

*Diſcours contenant le ſeul & vray moyen, par lequel un Serviteur favoriſé & continué & conſtitué au ſervice d'un Prince peut conſerver ſa félicité éternelle & temporelle, & éviter les choſes, qui lui pourroient faire perdre l'une ou l'autre. Impr.* 8. *par ledit Dolet.* 1542.

*Expoſition ſur la* 1. *Epiſtre de S. Jean, diviſé par Sermons.* Sinè anno.

(*a*) *Exhortation à la lecture des Saintes Lettres, Imprimée à Lyon, l'an* 1542. *par lui même.*

(*b*) *Diſcours de la Republique Françoiſe imprimé par lui l'an* 1544.

(*a*) Malè

* Hujus libri ſic meminit (Biblioth. Sacr. 1709. Tom. 2. pag. 118.) Doctiſſ. Jacobus le Long; *Epiſtolæ & Evangelia totius anni Gallicè verſa à Stephano Dolet, in* 8. *typis ejusdem.* 1541.

(*a*) La Caille & la Croix du Maine:

(*b*) La Caille & la Croix du Maine. Sed Antonius du Verdier utrumque tractatum jungit: *Brief diſcours de la Republique Françoiſe deſirant la lecture des Livres de la Sainte Eſcriture luy eſtre loiſible en ſa langue vulgaire. Ledit diſcours eſt en rime. Avec un petit traicté en proſe monſtrant, comme on ſe doit appreſter à la lecture des Eſcritures Sainctes, & ce qu'on y doit chercher impr. à Lyon* 16. *par luy même.* 1544.

(*a*) Malè apud multos cùm Papiſtas tum Proteſtantes, quoad ſuam de religioſis rebus opinionem, audit DOLETUS. Nec ſatìs adhuc potui comperire, quid in cauſâ fuerit, ut ſiniſtram hanc famam conſequeretur. Non equidem eum omnino diffiteor in ſuis aliquando ſcriptis eſſe paulo (*b*) liberiorem, & verborum nonnihil profaniorum (aut ſaltem quæ poſſent à malevolis detorqueri, quibúſque à benevolis opus ſit ignoſci) reum. Habemus in ejus (*c*) Commentariis ſolemnem ad Su-

(*a*) Catalogue des Hiſtoriens 1713. p. 103. *On accuſoit Dolet de n'avoir point de Religion.* Et Calvin. de Scandal. pag. 78. (edit. Genev. ex officinâ Joannis Criſpini 1551. 8.) *Agrippam, Villanovanum, Doletum & ſimiles vulgò notum eſt tanquam Cyclopas quoſpiam Evangelium ſemper faſtuosè ſpreviſſe. Tandem eò prolapſi amentiæ & furoris, ut non modò in Filium Dei execrabiles blaſphemias evomerent, ſed quantum ad animæ vitam attinet, nihil à canibus & porcis putarent ſe differre.* Neſcio, an ille *Villanovanus*, quem cum *Doleto* unà junxit *Calvinus*, ſit *Symon Villanovanus* Doleti amicus, cujus nomen in ejus operibus ſæpius occurrit; vel *Servetus*, qui ſub *Michaelis Villanovani* nomine celare aliquando ſe ſolebat.

(*b*) Inter illa à DOLETO paulò liberiùs dicta cenſeri forſan poterit crebra, quam Ciceroni tribuit, amore ipſius ingenti perculſus, appellatio, *Cicero linguæ Latinæ deus.* Sed id excuſare libet, quòd vox *deus* (Comment. Tom. 2. p. 359) ſæpe uſurpetur pro eo *qui in re aliquâ principatum obtinet.*

(*c*) Tom. 2. p. 1328. *Superi, rerum omnium præpotentes ſuperi, hanc mihi unam, hanc unam largimini felicitatem, ut mea nunquam exiſtimatio, mea nunquam ſalus, mea nunquam vita (fortunæ bona, ut caduca & inania, curis veſtris digna non cenſeo, neque vos pro iis prece ullâ velim obtundere) ex judicum pendeat ſententiis. Bonis omnibus abundâſſe, felicitate omni cumulatus, voluptate omni in vitâ colliquiſſe mihi ſanè quidem videbor, ſi hoc precibus à vobis aſſequor. Quod ut aſſequar, tanto vos opere flagito, quàm ingenuè, ex animóque omnia vobis accepta refero, quàm ſtudioſè veſtra ſuſpicio numina, quàm veſtram in omni re intueor, & admiror potentiam.* Huic precationi occaſionem dedit lis adversùs ipſum apud Judices Tholoſæ intentata (de quâ prius). Lis illa, quæ ferè ei vitæ diſpendio ſteterat, ipſius odium excitavit in Tholoſanos, de quibus (Comment. Tom. 1. p. 20.) hæc ſcripſit: *Hôc animo Tholoſani (quibus, & hujuſmodi hominum peſtibus dii malefaciant) in ſermonem de religione apud Regem incurrebant, ut Doleto obtrectandi eis eſſet occaſio; quorum tamen malevolentiam & nefarios conatus Rex, ut ingenio eſt, peracuto, & æquitate atque juſtitiâ erga innocentes ſingulari, facilè quidem novit, neque moleſtiam ullam iniquâ illorum delatione Doleto exhiberi voluit.* DOLETUM ſæpè muniit Franciſci Regis gratia; nec eſt cur id miremur; ſi illum hujus nothum fuiſſe verum ſit. *Catalogue des Hiſtor.* 1713. *p.* 113. J'ai lû, que Dolet étoit fils naturel de François I. mais il n'étoit pas reconnu, & je doute qu'il y en ait preuve. Lege Patinian. p. 37. Et Bayl. Diction. *Je ne ſaurois croire qu'il fût fils de ce Monarque: je ſai bien qu'il étoit jeune, lors qu'il publia deux tomes in folio l'an 1536.; mais je ne ſaurois me perſuader, qu'il le fût aſſés pour pouvoir être fils d'un homme, qui étoit né l'an 1494.* Doletus natus eſt anno circiter 1509. Igitur inter Franciſci Regis & Doleti natales interceſſerunt anni non plures quindecim. Quod modò ex Baylii Dictionario allegavi de duobus tomis anno 1536. editis, erratum eſt, nam tomus ſecundus Commentariorum ante annum 1538. in lucem non prodivit. Et certè quos alios, niſi Commentariorum, tomos voluerit Baylius, ignoro. Lego in libro nuper excuſo [Memoires d'Amelot de la Houſſaye. Amſterdam. chez Michel Charles le Cene. M. DCC. XXII. in 8. Tom. 2. pag.

Superos precationis formam : ac in ejus (*a*) Genethliaco ; metricum ad deos fauſtos & infauſtos, canticum.

Sed

pag. 233. ] ——— *On diſoit en ce tems-là ( & je connois des gens, qui le diſent encore, que Dolet étoit fils-naturel du Roi François I. & d'une Orleanoiſe, nommée* Cureau; *& qu'il ne fut point reconnu à cauſe du commerce, que l'on dit au Roi que cette Demoiſelle avoit avec un Seigneur de la Cour.*

(*a*) L'avantnaiſſance de Claude Dolet. 1539. p. 26. Idem Latinè, 1540.

Canticque aux Dieux ſalutaires & non-ſalutaires à la vie humaine.

Troupes aux Humains contraire,
Quand en ce monde viennent,
Troupe de mal affaire
Tu n'as ici que faire:
Aultres Dieux y conviennent.

*Quotquot humanis malè rebus æqui*
*Vejoves eſtis, procul eſte diri*
*Vejoves: natæ ſoboli ſecunda*
*Numina poſco.*

Dieux aux Humains amys,
Et d'aſpect favorable,
Ici ſerez admis
Dieux de nul ennemys
Troupe à tous ſecourable.

*Quotquot humanis bene rebus æqui*
*Cœlites eſtis, placidi huc adeſte*
*Cœlites: natæ ſoboli ſecunda*
*Numina poſco.*

Ny ſoys poinct doncq Saturne,
Mais ton Filz bien y ſoit;
Poinct n'y veulx d'infortune,
J'y veulx bonne fortune,
Que Jupiter conçoit.

*Sis procul magni genitor Tonantis:*
*Jupiter triſti melior parente*
*Huc ades:* ——— ———

Junon, Venus, Minerve,
Venés y, bien le veulx:
Voſtre vertu conſerve
Ce Filz, & le preſerve
De tous cas malheurenx.

——— ——— *Juno, Venus & Minerva*
*Hic ſimul eſte.*
[ *Omnis hic adſit triviæ Dianæ*
*Cœtus: hic adſit Dea quæque mundas*
*Quæ vel ad fontes ſaliat, vel alta*
*Per nemora erret.* ]

Sois y auſſi Mercure,
Et Phœbus le facond:
Qu'a ce Filz on procure
Une telle parleure,
Qu'il n'ait point ſon ſecond.

*Huc nepos Atlantis ades diſerte,*
*Huc pater vatum ſacer huc Apollo*
*Phœbe te confer, nec opem petenti*
*Denega alumno.*

Après voſtre viſite
( Dieux de haultain pouvoir )
Si ceſt Enfant merite,
Que d'aulcun bien herite,
Veuilles le tous pourvoir.

*Sic ubi, Divique Deæquo tantæ,*
*Prolis ad cunas teneræ ſtrepetis,*
*Quantùm erit cujusque potens facultas,*
*Fundite dona.*

Ceulx qui ont la puiſſance
De beaulté conferer,
Lui donnent accroiſſance
Telle, qu'a tous en France
Se puiſſe proferer.

*Cui licet formâ decorare corpus,*
*Corpus exornet meliore formâ:*

Ceulx

Sed alìquam ſortè pro Doleto veniam impetrabit mos apud Poëtas per-

Ceulx qui l'ame enrichiſſent
De Vertu excellente,
Il fault qu'ilz l'ennobliſſent
De biens, qui ne periſſent
Pour aucun vent qui vente.

*Cui licet dotes animi erogare*
*Conferat artes.*

Ceulx qui abondamment
Donnent biens, & richeſſes:
D'acquerir largement
Luy monſtrent viſtement
Les moyens, & adreſſes.

*Cui licet magnis cumulare rerum*
*Copiis, magnas tribuat bonorum*
*Copias.* ———

——— *Non tu bona Sors abeſto:*
*Te comitem adde.*

Et toy Dame Fortune,
Qui regis les Humains,
Ne lui ſois importune,
Mais tousjours opportune,
Luy donnant honneurs mainctz.

Et permectez, que ſon aage
Il puiſſe terminer
Sans peril, ou dommage:
Et tousjours advantage
Il ayt ſans decliner.

*Facque felicem puer auctus ævo*
*Tranſigat vitam.*

Voila, ce que demande;
O Déeſſes, & Dieux.
A vous me recommende:
Adieu divine bande,
Qui preſides aux Cieulx.

——— *Superi, jam abite:*
*Quæ velim veſtro tribui favori*
*Munera, dixi.*

In hujus operi initio ( p. 5. ) aliud habétur canticum.

Canticque aux Déeſſes de Scavoir, appellées les neuf Muſes.

Le joyeulx fruict, que donne mariage
Par ſes esbatz, & par ſon doulx uſage,
J'ay ja receu: & pour plus d'avantage,
C'eſt un beau Filz.

Pour vous ſervir, Déeſſes, je le feis:
A vous ſervir il ſera doncq prefis,
Et avecq moy ( qui ſeulet ne ſuffis )
Voſtre ſera.

Phœbus le blond pour luy s'efforcera
De bien chanter Pallas ne ſe laira:
Et voſtre voix un bruict au Ciel faira
Oultre couſtume.

Sus doncq, il faut, que ce jour on conſume
En joye, & chantz. Prenez en main la plume,
Filz d'Appollo. Que la fleur on eſcume
De Poëſie:

Pour celebrer en rithme bien choyſie
Ce mien Enfant. Muſes par courtoiſie
Sa couche ſoit mignonnement farcie
De fleurs plaiſantes:

Comme ſont fleurs, qui croiſſent par les fentes
De Parnaſſus & qui viennent aux entes
De vos Jardins, & Foretz abundantes
En tout bon fruict.

Faictes auſſi, que par vous il ſoit duict:
Si ſaigement, & apprins, & conduict,
Que par ſon art il vous donne deduict,
Grand revenu.

Mais

pervulgatus Ethnica iſta & poëtica fictitiáque numina precibus non ſeriis ſed poëticis ideóque ludicris invocandi. Abſit tamen à me interim, ut putem poſſe neminem purè ſcribere, niſi ſermonem impurâ nominum commentitiorum farragine inquinet, & Diis gentilibus calamo litet; quaſi Rhetorice & Poëtice, artes liberales, nequirent ſinè mendaciis exerceri, fucóque meretricis magìs quàm cultu verecundo & matronali gravitate gauderent.

Ne autem Doleto ſim iniquior, ex iis, quæ naſcenti filio tradidit, (*a*) præceptis, mihi ſanè videtur de religione non perperam ſenſiſſe.

In

Mais j'ay aſſés à vous propos tenu
De ceſt Enfant: a tant par le menu
Veulx le plaiſir, duquel ſuis detenu,
Au long deſcrire.

Dieu Apollo, veuille moy cy conduire,
Et me preſter un peu de ton bien dire.
Si ceſt Enfant par tes chantz fais reluire,
Bien le rendra:

Quand peu à peu grand homme deviendra,
Et ton honneur par ſon art maintiendra:
Lors congnoiſtras, quel los il t'aviendra
Par ſon ſcavoir.

Croy, Apollo, que par luy doibz avoir
Aultant d'honneur, que par aultre Poëte.
Et ne feras long tems ſans le ſcavoir,
Si longue vie en ſanté Dieu lui preſte:

*Idem Latiné.*

*Quos fructus dat feſtus Hymen ex conjuge ductâ,*
*Cepimus: eſt proles jam ſua læta patri.*
*Non mea ſit, ſed veſtra, Deæ, quas pulcher Apollo*
*In ſacrâ trifidæ Phocidos arce regit.*
*Carmen, io, nunc quæque ſuæ ad natalia prolis*
*Fundat, & argutis cantibus aſtra fremant.*
*Molli ſerta manu collecta ſub Aonis umbris*
*Spargite: per cunas gratus inerret odor.*
*Mella liquata favis Hyblæis hauriat infans,*
*Ut veſtro ſcribat poſtea digna choro.*
*Sed ſatis eſt monuiſſe mihi vobiſque creatam*
*Spem laudis: Gnati concelebrate diem.*
*Nos amor accendit gravior: jam pluribus ortum*
*Verſibus ornamus. Suggere, Phœbe, modos.*
*Nec grave ſit, tenerum infantem celebrare canendo,*
*Quis decus augebit maximus arte tuum.*
*Non grave ſit tenero infanti concedere verſus,*
*Quos reddet poſthac plenior ingenii;*
*Plenior Aonii afflatûs, quo mira crepabit,*
*Nil niſi te celebrans, nil niſi Caſtalides.*
*Eſt jactura levis, pro cantu reddier olim*
*Cantum. Phœbe, juva: te manet amplus honos.*
*Eſt tibi certus honos, puero præſtandus ab iſto,*
*Legitimos annos ſi bona Parca dabit.*

Lector facilè animadvertet in verſibus Gallicis haberi non tam ſtrictam Latinorum verborum quàm liberam ſenſûs interpretationem.

(*a*) L'avantnaiſſance de Claude Dolet p. 7.

En premier lieu, la foy ce poinct tiendra;
Qu'il eſt ung Dieu tout puiſſant, & unique
En ſes effetz: & ſi ce ſans replique
Tu crois par foy, & en luy ta fiance
Soit toute miſe (ô Dieu quelle aſſurance,
&c.
L'amour de Dieu de ſoy a tel pouvoir,
Que de tout bien ung Mortel peult pourvoir. &c.

*Latiné.*

*Vive Deo fidens: ſtabilis fiducia divûm*
*Triſtitiâ vitæ immunem te reddet ab omni.*
*Relligionis amor veræ fert commoda tanta.*

P. 7.

In his præceptis, filium hortatur, ut (a) vitia fugiat ac voluptates; aliis

p. 24.
Juſques ici j'ay deduict en briefz termes,
Regles, & poincts, auxquelz ſi te conformes,
Et ſi les ſuictz, Fortune ne craindras;
Heureux ſeras, & au hault bien viendras
D'eſprit tranquille. O mon Filz, croy ton Pere,
Qui par vertu a vaincu impropere
Tel & tant grand, que malheureuſe envie
A peu forger, pour le priver de vie.
Le fort bouclier de vertu & prudence
Contre envieux ay eu pour reſiſtence:
Et comme un Roc les undes rompt, & briſe
Sans eſtre eſmeu en rien: par telle guiſe
Des envieux j'ay ſurmonté l'effort,
Et Dieu mercy me trouve le plus fort. &c.

( *Hic ſe invidiâ ſuperiorem gloriatur* DOLETUS, *quâ tandem oppreſſus fuit.* )

Au demeurant: quand la fin de ton aage
Sera venue, & fauldra le paſſage
Commun à tous ( j'entends la Mort tant dure )
Paſſer, à Dieu obeïs, ne murmure.
La mort eſt bonne, & nous prive du mal,
La Mort eſt bonne, & nous oſte du val
Calamiteux: & puis nous donne entrée
Au Ciel ( le Ciel des Ames eſt contrée )
Prens doncq en gré, quand d'ici partiras,
Et par la Mort droit au Ciel t'en iras.
En ceſt endroict il ne fault avoir foy
A ceulx diſantz ( & ne ſcavent pourquoy)
L'Ame, & le Corps tous deux mourir enſemble.
L'Ame eſt du Ciel, à ſon Pere reſemble.
( C'eſt Dieu ) qui n'ha, & ne peult avoir fin:
Auſſi n'ha il l'Ame au Corps miſe, affin
Qu'avecq le Corps par la Mort ſoit mortelle.
Croy ( & eſt vray ) que l'Ame eſt immortelle,
Et que de Dieu a prins ſon orig'ne,
Qui ne meurt point, & que Mort n'extermine
De l'Heritage aux bien vivantz promis,
De l'heritage, où nous ſerons tous myz
Par le merite ( ô divine clemence )
De Jeſuchriſt: & en telle fiance
Meurs, quand plaira à Dieu d'ici t'ouſter,
Ou aultrefois luy a pleu te bouter.

*Latinè.*

*Hactenus adduxi, quæ ſunt ſervanda quietam*
*Optanti vitam, & caſus vitare malignos,*
*Tot quibus ex omni parte irretimur in orbem*
*Ingreſſi. Præcepta, Puer, ne neglige noſtra:*
*Et patris in morem poſthac ridebis alacris,*
*Quotquot ſermones de te ſpargentur iniqui.*
*Sola dedit ſcutum nobis interrita virtus,*
*Ac animus prudens, quo tela infeſta minacis*
*Fregimus invidiæ, & morſus eluſimus omnes;*
*Ut ſolida undantes elidunt ſaxa procellas.*
*Invidiam ſolâ ſupera virtute: crepabunt*
*Hoſtes disrupti, tantis ſi viribus obſtes.*
*De reliquo: cùm mors pallens, ætate peractâ,*
*Inſtabit, non ægro animo communia perfer*
*Fata: nihil damni nobis mors invehit atrox,*
*Sed mala cuncta aufert miſeris, & ſydera pandit.*
*Tu ne crede animos unà cum corpore lucis*
*Privari uſurâ. In nobis cœleſtis origo*
*Eſt quædam, poſt caſſa manens, poſt caſſa ſuperſtes*
*Corpora, & æterno ſe commotura vigere,*
*Scilicet à ſummo rerum Genitore creati*
*Sic ſumus, ut rapidâ corpúsque animúsque necentur*
*Morte, nec in cœlum pateant ex orbe receptus?*
*Non ita. Sunt nobis reditus ad regna paterna,*
*Regna Dei: genus unde animi duxere perennes.*

In his ſanè non tantum nihil favet, ſed etiam nihil non pugnat illi, quam ei imputavit ( utì antea notavi ) *Calvinus*, de Animarum mortalitate opinioni: nihil hìc blaſphemum occurrit. Id tamen diſſimulare non poſſum, nullam in toto Latino poëmate aut Chriſti aut ejus meritorum mentionem fieri, quam interpres in ſuâ verſione Gallicâ noluit præterire. Præterea interpres ( in loco ſuprà citato ) *unum Deum* affirmat, cùm author ipſe *Deum* dunta-

aliis prodeſſe ſtudeat; liberali & invicto ſit animo, virtute adversùs fortunam communitus; (*a*) Litteris incumbat: ſi fuerit parentibus ſuperſtes, bona eorum labore parta ne (*b*) perdat immodicis ſumptibus, aleâ, conviviis, Venere; (*c*) paupertatem, quantum poſſit, caveat, nec minùs avaritiam, malásque diteſcendi artes; (*d*) amicos, quàm queat multos paret, probet, veros à falſis ſciat diſtinguere, ſua cum pauciſſimis arcana communicet; (*e*) adulatores ſuſurronésque averſetur, ſecum habitet & ſe noſcat; (*f*) famulis nil credat; (*g*) in uxore habendâ dotes animi magìs quàm fortunæ æſtimet; (*h*) quæcunque vitæ ſors ipſi obtigerit, in eâ honeſtè ac prudenter ſe gerat, in civitate urbanus, in foro juſtus, in aula cautus, in principem fidus, in armis pro patriæ ſalute ſuſceptis vitæ potiùs quàm libertatis prodigus. Hactenus de moralibus inſtitutis. Quod verò religionem ſpectat, (*k*) Deum eſſe credat, (*l*) animam immortalem à Deo ortam & ad cœlum tandem ex hâc vitâ demigraturam.

Religionis bonorúmque morum ſtudioſum ſe planè hìc profeſſus eſt. Cùm autem tunc maximè temporis id accidiſſet infortunii per nimiam perverſorum hominum aut ſuperſtitionem aut licentiam, ut religio miſerè in varias ſectas ſcinderetur, maluit intrà generaliores terminos ſe tutum continere, quàm ad quas potiùs partes accederet, diſertis verbis enuntiare. Neque tamen adeò tutè cautéque id egit, ut non in ſuſpicionem ἑτεροδοξίας veniret, & apud pleroſque ferè malè audiret; apud Reformatos, (*m*) blaſphemus & ἄθεος; apud Romanos, (*a*) Lu-

duntaxat expreſſerit. Interpretatio illa Paraphraſis magìs quàm Verſio dicenda eſt. Quid DOLETUS de Chriſto, Dei Unitate & Trinitatis myſterio ſecùs quàm Chriſtianorum cùm Papiſtarum tum Proteſtantium cœtus, ſenſerit, nondum licuit ex ejus ſcriptis elicere: neque mihi videtur quiſquam ob ſolam ſuſpicionem vexandus, imò neque ob privatam tam in politicis quàm in religioſis rebus opinionem quantumvis communiter receptæ diſſentientem, modò eandem clàm habuerit, publicámque & eccleſiæ & politiæ, ubi degit, conſtitutæ pacem ſuis heterodoxis ſeditioſíſve ſcriptis aut quovis alio modo non turbaverit. Utì enim ad *Bezam Calvinúmque* & ex quacunque ſectâ omnes minimè accedo, qui humanæ cædis magìs quàm reformationis avidi hæreticos gladio coërcendos cenſent; ita neque ad illos, qui oeſtro fanatico rerumque novandarum ſtudio efferati, id unum indefeſſi agunt, ut omnia miſceant; quæcunque ſunt & diu & maturè ſanéque conſtituta, convellant; & cruda ſui cerebri febrientis commenta, quaſi novum Evangelium, violenter & impudenter obtrudant.

(*a*) p. 8.
(*b*) p. 8. 9.
(*c*) p. 10.
(*d*) p. 11. 12.
(*e*) p. 12 13.
(*f*) p. 14.
(*g*) p. 15.
(*h*) p. 16. 17.
(*i*) p. 18. 19. 20 21. 22. 23. 24.
(*k*) p. 7.
(*l*) p. 25.

(*m*) Quid de eo ſenſerit *Calvinus*, antea dictum eſt. Et Bayl. Diction. T. 2. p. 1012. *En cela Calvin & Proteolus trouvent un centre d'unité: car Proteolus* (Vid. Elench. Hæret.) *parlant des Athées aſſo-*

*cie*

(*a*) Lutheranus; apud omnes, licentior. De blaſphemiæ & ἀθείας crimine, hæc accuſatio nondum ſatis ſolidis argumentis, præterquam incertis hominum ſuſpicacium & omnia in pejorem partem rapientium inſimulationibus, niti mihi videtur. At nihil clarius conſtat, quàm eum non in omnibus rebus Romanæ Eccleſiæ inſtitutis aſſenſiſſe; & Bibliorum linguæ vernaculâ verſorum (*b*) Lectioni faviſſe: quâ quidem opinione, tanquam penè principali à Papatu diſcedendi cauſâ, vix ullam eſſe, quam tenaciùs tuerentur primi Reformationis authores, aut acriùs impugnarent ejusdem adverſarii, nemo non fatebitur, qui in illorum temporum hiſtoriâ verſatus ſit.

Multos itaque libros à Doleto conſcriptos à Theologis Pariſienſibus (*c*) anno 1544. imò omnes in (*d*) Indice Expurgatorio damnatos comperio: nec ſcio, an non ei turbas conciverint, & in ejus denique internecionem monachale (quo nullum capitalius) odium incenderint nonnulla (*e*) carmina contra cucullatos ſcripta: quod odium adeò demum exar-

*cie Eſtienne Dolet avec Diagoras, Evemerus, Theodore, & ſemblables gens, que l'Antiquité a reconnus pour n'avoir admis aucune Divinité.* Priùs tamen obſervavi ex ejus ſcriptis eum aliter, ac ἄθεοι ſolent, ſenſiſſe.

(*a*) Ex iis, quæ ex Doleti epiſtolis antea citavi, conſtat eum jam diu, cùm à Tholoſanis exagitaretur, Lutheraniſmi ſuſpectum fuiſſe; multumque laboràſſe, ut eam ſuſpicionem expurgaret.

(*b*) Vide priùs inter libros de rebus ſacris à Doleto ſcriptos, *Brief Diſcours de la Republique Francoiſe, deſirant la lecture des Livres de la Saincte Ecriture lui être loiſible en ſa langue vulgaire.*

(*c*) *Caille* p. 112. & Bibliotheq. de la Croix du Maine.

(*d*) Edit. Madrit. apud Alphonſum Gomerium regium typographum 1583. 4. *Modus confitendi & modus orandi, prout impreſſit Doletus. Stephani Doleti opera omnia. Le Chevalier Chreſtien par Eſtienne Dolet. Exhortation à la lecture de la Ste. Eſcripture par Eſtienne Dolet. Les prieres & oraiſons de la Bible imprimées par Dolet.* Inter hæc non lego Præcepta illa filio naſcenti tradita, niſi forſan in his verbis [*Stephani Doleti opera omnia*] includantur; at nullam equidem cauſam video poſt generalia hæc verba, quid opus erat ſpecialem inferere nomenclaturam. In Indice Expurgat. edit. impenſis Lazari Zetneri anno 1599. p. 215. *Stephani Doleti formulæ Latinarum locutionum illuſtrium apud eundem Doletum. an.* 1539. *nihil habent, quod ad religionem pertineat.*

(*e*) *Dolet.* Carm, 1538, p. 27.

*Ad Nic. Fabricium Valeſium.*
*De Cucullatis.*

*Incurvicervicûm Cucullatorum habet*
*Grex id ſubinde in ore, ſe eſſe mortuum*
*Mundo: tamen edit eximiè pecus, bibit*
*Non peſſimè, ſtertit ſepultum crapulâ,*
*Operam veneri dat, & voluptatum aſſecla*
*Eſt omnium. Idne eſt mortuum eſſe mundo?*
*Aliter interpretare. Mortui ſunt hercule*
*Mundo Cucullati, quòd iners terræ ſunt onus,*
*Ad rem utiles nullam, niſi ad ſcelus & vitium.*

Et p. 87.

*In quendam, qui cucullum abjecerat.*

*Quid profuit pullum cucullum ponere,*
*Cùm, quam cucullus tum docet, tum adfert ſuis,*
*Mentem, profanam, callidam, & ſenſûs vafri*
*Plenam, ſceleſtam, omníque conſutam dolo*
*Tam*

exarſit, ut in cuſtodiam fuerit traditus. Ubi (*a*) *longi carceris illuvie fœdatus, primâ accuſatione impiæ fraudis reus tandem Caſtellano ſupplice carcere emiſſus & omni noxiâ condonatâ liberatus eſt. Quod quidem cùm vehementer ab iis improbaretur, qui tum apud regem omnia poſſe putabantur, atque ob id ex iis unus primi nominis Cardinalis Caſtellanum gravi & objurgatrice oratione adortus eſſet, quòd cùm in Eccleſiâ orthodoxorum* (*b*) *Pontificis locum teneret, contra omnes tamen homines, quibus religio & pietas cordi eſſet, eorum, qui non modò Lutheranâ lue infecti, ſed etiam Dei expertes, impietatis rei eſſent, partes tueri apud Chriſtianiſſimum Regem auſus eſſet, memini Caſtellanum, cùm paulùm ſe collegiſſet, animo ſatìs incitato & commoto reſpondiſſe ſe, de quo accuſabatur, in accuſatorem meritò retorquere poſſe, cùm ipſe, quod viri eccleſiaſtici & veri pontificis proprium eſſet, feciſſet; ille verò, quod veri carnificis eſſet, ab epiſcopis exigeret. Epiſcoporum enim eſſe & Sacerdotum Chriſti & Apoſtolorum virorúmque ſanctorum, qui nobis ſuo ſanguine Eccleſiam conſecrârunt, exemplo, Regem à ſævitiâ & immanitate ad manſuetudinem, clementiam & miſericordiam convertere, errantem ovem humeris impoſitam in ovile reducere* &c. *Se apud Regem Doleti fraudibus & ſceleribus nullum patrocinium tribuiſſe; pro eo, qui promitteret vitæ morúmque emendationem homine Chriſtiano dignum, Regi ſupplicem factum fuiſſe: qui pœnitentiæ affectus quandocunque in eo, qui temere in errorem prolapſus eſt, conſpicitur, ſe illi exiſtimare Eccleſiæ ſinum expandendum eſſe.* Ex his Caſtellani, uti à Gallandio referuntur, verbis apparet Doletum *Lutheranâ lue infectum & Dei expertem* habitum fuiſſe; ejuſdem *vitam moréſque fraudibus & ſceleribus* depravatos; eundem *temere in errorem prolapſum* ſui *emendationem promiſiſſe;* eâque conditione *carcere emiſſum*. Quod Lutheraniſmum ſpectat, facilè credam cauſam ſuſpicionis à Doleto datam; quod attinet reliquam criminationis partem, ſatìs erat ( tantum fuit tunc temporis adversùs Lutheranorum ſectam & capitale odium ) quenquam non modò Lutheranum dici, ſed vel minimam Lutheranorum dogmatum umbram habere; ut ob eam cauſam unicam omnium reorum peſſimus exiſtimaretur. Reperiuntur enim inter cunctos quarumcunque partium ſectatores quidam homines furioſi tam iniquo ſævóque ingenio, ut quemcunque ab ipſo-

*Tam diligenter, quàm antea, ſerves tibi?*
*Te ſpes feſellit primùm, & illa opinio,*
*Quâ cum cucullo duplici mores tuos*
*Poſſe abjici prorſus putabas duplices.*
*Ac nos ſimul multum feſelliſti, quia*
*Cum veſte abjectam arbitrabamur luem*
*Veſtis, minúſque cavimus tum à te, priùs*
*A quo cavebamus Cucullato Plano.*

Iniquiùs tamen à Doleto id factum eſt, ut dente veſtem laceret, totumque gregem oneret maledictis, quæ nonnulli illâ tecti & in hunc intruſi meruerunt: quaſi veſtis magìs quàm qui hâc induitur, peccâſſet: quaſi cucullus docuiſſet cucullatum id, de quo in alio veſtimenti genere ipſum ſua mala mens tam promptè non erudiiſſet.

(*a*) Lege Vit. Pet. Caſtellan. in 8 Paris. apud Franc. Muguet. 1574. per Pet. Gallandium, edente & illuſtrante Steph. Baluzio. p. 62.

(*b*) Epiſcopatu Tutelenſi ornatus fuerat. ibid p. 48.

ipſorum partibus non ferventer ſtare animadverterint, eum ſtatim, probum aliàs quantumvis & bene moratum merentémque non aliter exagitent, quàm ſi graviſſimis ſceleribus coopertus eſſet.

Stephanus Baluzius, qui *Caſtellani* vitam à Gallandio ſcriptam notis illuſtravit, ad locum ſuprà dictum habet : (*a*) Doletus *in carcerem conjectus eſt Toloſæ juſſu Dampmartini, in quem propterea atrox carmen ſcripſit circa annum M. D. XXXIV. accuſatus Lutheraniſmi, ut colligitur ex orationibus & epiſtolis ejus. Evaſit tamen judicio Parliamenti.* De actione illâ adversùs Doletum Toloſæ intentatâ fusè antea diſſerui ; at verò Lutheraniſmum ( cujus tamen ſuſpectum eum tum fuiſſe non nego ) utì cauſam, cur carcere clauderetur, apertam & declaratam ſolámque, neque ex ejus orationibus nec epiſtolis agnoſco. Neque puto *Petri Caſtellani* verba ad illud tempus referri oportere. *Caſtellanus* enim epiſcopalem dignitatem nondum adeptus erat, cùm Doletus Toloſæ degeret; nam epiſtolæ Toloſæ (*b*) à Doleto ad illum datæ nullum hujusmodi titulum illi adſcribunt; epiſtola autem libro *de Franciſci Valeſii regis geſtis* præfixa & Lugduni anno 1539. data *Caſtellanum* Epiſcopum & Latinè [ *Stephanus Doletus Petro Caſtellano Epiſcopo Salutem* ] & Gallicè [ *Eſtienne Dolet à Monſeigneur Caſtellanus Eveſque de Tulle Salut.* ] compellat. In Dictionario *Morerii* lego —— *Pierre du Chaſtel eut l'Eveſché de Telles en* 1549. errore Typographi manifeſto pro 1539. Quem lector ex totius ibidem ſententiæ tenore ac filo deprehendet.

Doletus igitur in carcerem conjectus, primùm Tholoſæ anno 1534. ob Lutheraniſmi ſuſpicionem, aut etiam verba quædam adversùs Tholoſani Senatus ( ut accuſabatur ) authoritatem acerbiùs jactata. Eo tempore *Petri Caſtellani* Epiſcopatum nondum conſecuti amicitiâ (*c*) fruebatur : Secundùm, Lutetiæ anno 1544. ob novas de Religionis rebus opiniones; ubi, dum in carcere detineretur, librum ſcripſit hôc titulo; *Le ſecond Enfer d'Eſtienne Dolet* ; (*d*) quod ſcilicet hâc ſecundâ vice in carcerem

(*a*) Ibid. p. 157.

(*b*) Dolet. Epiſtol. p. 116.

(*c*) Vid. Dolet. Epiſt. in loco antè citato.

(*d*) Lege priùs, ubi Clementis Maroti mentionem feci. Et Caille. p. 112. *Pluſieurs Livres, qu'il a composés, furent cenſurez par la Faculté de Paris en* 1544. *ſurquoy il ne pût s'empeſcher d'écrire, eſtant priſonnier au Chaſtelet de Paris*, le ſecond Enfer d'Eſtienne Dolet, *en vers François, imprimé à Troyes la même année* 1544. Et la Croix du Maine. *Le ſecond Enfer d'Eſtienne Dolet, avec quelques Dialogues dudit Dolet, à Troye, par Nicole Paris* 1544. Sed Antonius du Verdier, *l'Enfer qui ſont certaines compoſitions en vers faictes par lui meſme, ſur ſon ſecond empriſonnement. Impr. à Lyon* 16. *par luy meſme.* 1544. Oportet ſanè hìc lapſum fuiſſe Verderii typographum: vix enim probabile eſt hunc librum ab ipſo Doleto excuſum: tum etiam aliorum duorum ſcriptorum inter ſe convenientium authoritas hunc errorem evertit. Hunc librum nunquam vidi; ex cujus lectione multa mihi forſan ad Doletum pertinentia innotuiſſent.

carcerem truderetur. Tum *Petri Caſtellani* Epiſcopi Tullenſis operâ veniam & libertatem obtinuit. Non autem diu fuit, antequam, vel per contumacem mentis obſtinatæ pervicaciam vel per inexplebilem inimicorum malitiam vel per utramque, anno (*a*) 1545. & ſuæ ætatis 36. ad

(*a*) Author doctiſſimus Catalogi Hiſtoricorum (edit. in 8. Paris 1713. p. 113.) ſic ſcribit: *Eſtienne Dolet fût brulé à Paris en* 1543. *pour cauſe de religion; on l'accuſoit de n'en avoir point.* Ubi error typographicus numerum ternarium pro quinario ſubſtituit. Duplicem errorem in Bibliothecam Galliæ Hiſtoricam (Edit. in fol. Paris 1719.) intulit typographus, qui non ſolùm Doleti mortem prorogavit, ſed etiam clariſſimum ſcriptorem à ſeipſo diſſentientem induxit: nam legitur *num.* 7588. *Dolet fut brulé en* 1547. & *Num.* 12759. *Dolet fût brulé en* 1546. Annum mortis omiſit Bibliotheca Franciſci à Cruce-Cœnomanâ; de ipſa morte tacet Verderius in ſuâ Bibliothecâ. utì & Geſnerus; ſed hujus Bibliotheca prodiit anno 1545. quo Doletus obiit. Verderius autem in Proſopographiâ edit. in 4. Lugduni per Ant. Gryphium 1573. pag. 4103. *Dolet enfin avec ſon ſcavoir eſtant pouſſé du Diable fuſt convaincu d'acte d'atheiſme, & brulé à Paris publiquement.* Erratum eſt in Patinian. p. 38. ubi hæc: *on dit que l'an* 1544. *le* 22 *de Fevrier Eſtienne originaire d'Orleans & Imprimeur de Lyon fût brulé à la place Maubert à Paris.* Et miror ibidem p 37. legi hæc: *c'eſt choſe certaine, qu'il fut pendu & brulé pour ſa religion, au tems qu'on faiſoit mourir les premiers Huguenots en France; ſed non mihi conſtat de anno neque loco Je crois que ce fut à Lyon ou à Paris.* Et additur ibid. hoc epigramma Andreæ Fruſii (pag. 40. ejus Epigramm.)

*Mortales animas gaudebas dicere pridem;*
*Nunc immortales eſſe, Dolete, doles.*

Caille p. 112. la Croix du Maine; & Patinian. p. 38. in his penè conſentiunt: Scil. *Il fut brûlé à Paris le troiſieme Aouſt* 1545. *pour ſon obſtination dans l'hereſie de Calvin, en la Place Maubert. Ce qui eſt remarquable, c'eſt que cette Place eſt de la Paroiſſe Saint Eſtienne, que ce Dolet avoit nom Eſtienne, & qu'il fut brûlé le jour de l'Invention de Saint Eſtienne Eſtant auprès du Bucher, il crut que la populace s'attriſtoit de ſa perte, ce qui lui donna lieu de faire & de prononcer ces vers:*

*Non dolet ipſe Dolet, ſed pia turba dolet.*

*Il lui fut répondu ſur le champ par le Lieutenant Criminel.* (Sed in Patinian. *par le Docteur qui l'accompagnoit pour le convertir*)

*Non pia turba dolet, ſed dolet ipſe Dolet.*

Ad imam folii ultimi partem aliquantùm laceram (in exemplari Libri, *Les Geſtes de Francois de Valois* &c. *à Lyon, chez Dolet* 1540. in 4.) quidam manu hæc adſcripſerat: *Stephanus Doletus hujus opuſculi author hereſi accuſatus quódque libros aliquot edidit contra edictum regium,* 4. *Nonas Auguſti Lutetiæ in platea Alberti* * * * *faucibus fractis laqueo Sc*** *Sic ſic fata eunt.* Author notarum in Jugem. des Sav. 1722. Tom. 1. p. 372. not. 1. *Eſtienne Dolet le* 3. *Aouſt jour de l'invention de S. Eſtienne ſon patron fut brulé à Paris en* 1546. *comme Athée relaps, n'ayant pas encore* 39. *ans complets. Il eſt bien peint dans la Lettre d'un* Ioannes Odonus *inſerée parmi les Oeuvres de Gilbert Couſin* [Gilbertus Cognatus]. At Doletus obiit 1545. nondum 37. annos natus. *Odoni* Epiſtolam, cujus meminit *Bailletus*, non legi. Bayl. Diction. ex Almeloveen. Amœnit. Theologico-Philologic. (Amſtel. 1694.) p. 79. *Florent Junius dans une Lettre écrite de Paris le* 23. *d'Aouſt* 1546. *raconte, que le* 3. *de ce mois Eſtienne Dolet fut puni du dernier ſupplice, & que le Beurreau aiant preparé toutes choſes l'avertit de penſer à ſon ſalut, & de ſe recommender à Dieu & aux Saints; que Dolet ne ſe preſſant point,*

ad carcerem remiſſus damnatúſque in mediis flammis animam expiraret.

*point, & ne faiſant que murmurer quelque choſe, le Bourreau lui declara, qu'il avoit ordre de lui parler devant tout le monde: il faut donc, lui dit-il, que vous invoquiez la Sainte Vierge, & Saint Eſtienne votre Patron, duquel on celebre aujourd'hui la Feſte: & ſi vous ne le faites pas, je ſai bien ce que j'ai à faire. Tout auſſi tôt Dolet prononca une priere conforme au formulaire du Bourreau* [ Mi Deus, quem toties offendi, propitius eſto, téque Virginem matrem precor divúmque Stephanum, ut apud Dominum pro me peccatore intercedatis ] *& avertit les aſſiſtans de lire ſes Livres avec beaucoup de circonſpection, & proteſta plus de trois fois, qu'ils contenoient bien des choſes qu'il n'avoit jamais entendues: & s'étant enſuite recommandé à Dieu, il fut étranglé, & puis réduit en cendres. Florent Junius dit, qu'un homme, qui aſſiſta d'office à l'execution, lui raconta toutes ces choſes.* Id notandum eſt, de anno, quo DOLETUS morte multatus fuit, non convenire inter eos, qui de eâ ſcripſerunt: quippe alii (utì Baillet. Iugem. des Sav.) annum 1545. alii (utì author notarum in Baillet. quem antea citavi) 1546. aſſignant. Utrum præferam, non magni referre puto: ſed extra illos limites obitum DOLETI removere aut promovere, error foret manifeſtiſſimus *Stephanus Baluzius* in ſuis ad *Petri Caſtellani* vitam notis (p. 157.) ſic ſcribit: *Anno M. D. XLV. die III. Auguſti (ut Severtius tradit in Antimartyrologio pag.* 475. *& in catalogo Epiſcoporum Matisconenſium pag.* 229. ) *Lutetiæ combuſtus eſt, de Lutheri ſectâ convictus.* Denique ne quid omittam ſciens, quod ad hoc propoſitum pertineat, exſcribam quod reperitur in *Les Memoires de Michel de Caſtelnau; par J. le Laboureur. Deux Tomes. à Paris chez Pierre Lamy. M. DC. LX.* pag. 355. 356. Tom. Prim.

„ Philibert Babou, dit de la Bourdai-
„ ſiere Cardinal, ſucceſſivement Eveſ-
„ que d'Engouleſme & d'Auxerre, par-
„ le ainſi de nos premiers Huguenots en
„ deux Lettres originales du 23. de May,
„ & du 13. Iuin, leſquelles je croy eſ-
„ tre de l'année 1562. & qu'il eſcrivit
„ de Rome à Bernardin Bochetel Eveſ-
„ que de Rennes, Ambaſſadeur du Roy
„ auprès de l'Empereur.

*Monſieur, depuis la derniere* &c. *S'ils ſont Huguenaulx, je ne m'ébays pas s'ils ſont traiſtres, pour n'avoir jamais veu un ſeul homme de bien de cette nouvelle religion, & de très-meſchans un monde: me ſouvenant avoir veu de ma jeuneſſe Dolet un des premiers, qui commencant par aſſez legeres opinions & de peu d'importance, tomba en peu de temps es plus execrables blaſphemes que j'ouys jamais. Marot, que je voyois plus ſouvent, ne luy en devoit gueres* &c. *De Rome ce* 23. *de May. Voſtre plus affectionné frere & ſeur Amy: Ph. Cardinal de la Bourdaiſiere.*

„ Le pretendu Martyrologe des Hu-
„ guenots fait grand cas de ce Dolet, qui
„ veritablement eſtoit homme d'eſprit &
„ de lettres, mais libertin, comme les
„ premiers Predicateurs du nouvel Evan-
„ gile. Il étoit bon poëte, & comme
„ tel, il donna ſujet aux poëtes des deux
„ partys d'eſcrire de part & d'autre. Les
„ Catholiques firent entr'autres pie-
„ ces ces deux diſtiques.

*In* DOLETUM.

*Verba Doletus habet* &c.

*In eundem.*

*Carmina quòd ſenſu careant* &c. [ Duo hæc Epigrammata antea citavi ]

„ Ceux de ſa religion au contraire, qui
„ ne le pouvoient louer que de ſa mort,
„ dedicrent à ſa memoire ces deux Epi-
„ taphes plus prophanes que Chreſtiens.

*Epitaphe d'Eſtienne Dolet.*

*Mort eſt Dolet, & par feu conſumé,*
*Oh! quel malheur; oh! que la perte eſt grande.*
*Mais quoy, en France on a accouſtumé,*
*Toujours donner à tel Saint telle offrande.*

*Bref*

Jam tandem calamitoſæ STEPHANI DOLETI vitæ finem impoſui:

*Bref mourir faut, car l'eſprit ne demande,*
*Qu'iſſir du corps & toſt eſtre delivré,*
*Pour en repos ailleurs s'en aller vivre.*
*C'eſt ce qu'il dit ſur le point de brûler,*
*Pendant en haut, tenant ſes yeux en l'air.*
*Va t'en eſprit droit au Ciel pur & munde,*
*Et toy mon corps au gré du vent voller,*
*Comme mon nom volloit parmy le monde.*

*Stephani Doleti Epitaphium.*

*Ardentem medio rogo Doletum*
*Cernens Aonidum chorus ſororum,*
*Charus ille diu chorus Doleto,*
*Totus ingemuit, nec ulla prorſus*
*E ſororibus eſt reperta cunctis,*
*Naias nulla, Dryáſve, Nereïve,*
*Quæ non vel lachrymis ſuis vel hauſtâ*
*Fontis Pegaſei ſtuderet undâ*
*Crudeles adeò domare flammas:*
*Et jam totus erat ſepultus ignis;*
*Jam largo madidus Doletus imbre,*
*Exemptus poterat neci videri;*
*Cùm cœlo intonuit ſeverus alto.*
*Divorum pater, & velut peragre*
*Hoc tantum ſtudium ferens ſororum,*
*At ceſſate, ait, & novum colonum*
*Ne diutius invidete cœlo;*
*Cœlum ſic meus Hercules petivit.*

*Stephanus Doletus Aurelius Gallus, die Sancto Stephano ſacro & natus & Vulcano devotus, in Malbertinâ areâ Lutetiæ 3. Auguſti 1546*

In hâc narratione ſunt, quæ meritò cenſuræ ſunt obnoxia. Primùm, de martyrologio audiendus eſt Baylius. ( Diction. Tom. 2 p. 1012. ) *Le Martyrologe des Huguenots ne parle point de ce perſonnage. J'ai conſulté tout exprès le petit Martyrologe Latin de Jean Crépin, & puis le gros in folio qui fût imprimé en Francois l'an 1582; mais je n'y ai rien trouvé touchant Eſtienne Dolet. Theodore de Beze dans l'Hiſtoire Eccleſiaſtique des Egliſes Reformées de France, qui tient un compte aſſez exact des perſonnes, qu'on faiſoit mourir en France pour ce qu'on nommoit le Lutheraniſme, ne dit rien de ce pretendu martyr. Ce ſilence m'auroit étonné ſi je n'euſſe ſeu, que Jean Calvin a mis Eſtienne Dolet au rang des impies.* De hâc *Calvini* ſententiâ egi priùs.

Secundùm, duo illa Epigrammata in DOLETUM ſcripta; quæ Catholicis tribuuntur, authorem unum habent *Buchananum*, quem nemo neſcit Proteſtantium cauſæ faviſſe. Denique Epitaphium Latinum ( nam Gallici author quis fuerit, adhuc ignoro ) *Theodorus Beza* prioribus ſuorum poëmatum editionibus inſeruit, in poſterioribus omiſit. Id ( in loco ſuprà citato ) animadvertit *Baluzius*; ſcilicet *hoc Epitaphium in primæ editionis paginâ 51. poni, in ſecundâ omiſſum.* Et *Baylius* in Diction. *Theodore de Beze qui avant que de profeſſer ouvertement la religion Reformée, avoit publié une Epitaphe tout-à-fait glorieuſe à notre Dolet (parmi le* Iuvenilia Theodori Bezæ *au feuillet* 31. *de l'édition in* 16. *ſans nom d'Imprimeur & ſans date ) la retrancha des editions de ſes poëſies depuis qu'il eut abjuré la foi Romaine.* Editio, quam *Baluzius* vocat *primam*, & in cujus paginâ 51. epitaphium iſtud reperitur, prodiit Lutetiæ in 8. ex officinâ *Conradi Badii*, qui *Bezæ* poëmata *Roberto Stephano* & ſibi tunc excudit Idibus Iulii, 1548. Ea tamen editio non fuit prima, ſed alia in 16. ſinè typographi aut anni indicio, in cujus folio 31. epitaphium antè dictum legitur, quâque ſe uſum affirmat *Baylius*. Editiones ergo ( quas ipſe vidi ) duæ ſunt, in quibus *Bezæ* Epitaphium cernitur; altera in 16. ſinè anno, (altera in 8. 1548.; illam *Baylius*, hanc *Baluzius*, ambas neuter, noverat; alioqui neque hic nec ille unam tantùm citâſſet, & de alterâ tacuiſſet. Tempus editionis in 16. ( licèt in eâ non indicatum ) conjectare aggrediar. Non potuit præcedere annum 1545. quo DOLETUS crematus eſt. Eam oportet præiviſſe alteri editioni in 8. Pariſiis Idibus Iulii 1548. vulgatæ, nam *Beza* ( teſte Antonio Fayo in Vit. Bez. ) Lutetiâ abiens Genevam conceſſit nono Kal. Nov. 1548. Ubi Reformatorum partes ſecutus, Romanam fidem palam ejuravit; & deinceps ex ſuis operibus non tantum * *illa, quæ nunquam edita eſſe præſtabat, probus abolevit*, Sed

DOLE-

* Lege Præfat. Bez. poëmat. ann. 1569.

ſui: quo ( ſi breve annorum ſpatium, magnam eruditionem, Latinæ præſertim linguæ peritiam, operoſos in re litterariâ labores, crebras quas cum multis habuit concertationes, & plurima quæ à ſtudiis animum ſubinde avocabant impedimenta, perpendamus) vix alius fuit fortunam magis aut ſecundam meritus, aut adverſam expertus. Hujus autem hiſtoriam fusiùs enarravi, quòd qui de hâc agant, vix vel paucos reperias; ejúsque opera, è quibus maximam mihi notitiæ materiam corraſi, rariſſima ſint, & in bibliothecis haud frequenter obvia. Reſtant quædam de nomine ſolo mihi nota; quæ ſi conſulere contigiſſet, DOLETI hiſtoria in locis plurimis dubia adhuc incertáque clariorem lucem accepiſſet.

Ad STEPHANORUM familiam revertor; quorum tres fratres HENRICI filios antea memoravi. Ex his primas ROBERTO, quas ſi (*a*) naturâ non habuerit, arte vendicavit, dedi. FRANCISCUS jam mihi & CAROLUS ſuperſunt dicendi.

FRANCISCUS, (*b*) mercator librarius in Univerſitate Pariſienſi, anno

DOLETI etiam Epitaphium illud panegyricum ( uti idem notat *Baylius* ) expunxit, ne Proteſtantibus diſpliceret. Probabile eſt ergo editionem illam in 16. inter annos 1545. & 1548. lucem aſpexiſſe: quam tamen apertè agnoviſſe mihi non videtur ex aliarum ordine & titulis. *Theodori Bezæ Vezelii poëmata in* 8. *Paris. apud Conr. Bad.* 1548. Et *eorundem editio ſecunda ab eo recognita, cum variis carminibus ex Buchanano aliisque poëtis*, *in* 8. *excudente Henrico Stephano* 1567. Et *eadem, omnia, in hâc tertiâ editione, partim recognita, partim locupletata. in* 8. ſinè anno & typographo; hunc tamen ex ipſo charactere fuiſſe *Henricum Stephanum* nullus dubito; illum fuiſſe 1569. teſtatur epiſtolæ præfixæ ſubſcriptio. Hic eſt trium editionum ordo, qui ex numero editionem in 16. excludit. Harum trium prima *Melchiori Volmario* dedicatur, ipſius *Bezæ* epiſtolâ præmiſſâ, datâque Lutetiæ VII. Cal. Jul. *qui dies* ( ait ) *eſt mihi natalis* [ Natus autem eſt anno 1519. teſte *Fayo* de Vit. Bez: ] additâ etiam *Bezæ* lauream coronam manibus tractantis icone cum hôc diſticho.

*Vos docti doctâ præcingite tempora lauro:*
*Mî ſatis eſt illam vel tetigiſſe manu.*

& cum ætatis indicio *AN.* 29. quamvis vultûs totius forma & barba mento propendens ætatem provectiorem deceret. Et *cum privilegio Senatus ad triennium*. Miror hanc probatam & publico privilegio communitam fuiſſe editionem, in quâ laudatur DOLETUS triennio ante publicâ ſententiâ damnatus & combuſtus. Duas proximas editiones *Andreæ Dudithio* inſcripſit *Beza*. Secuta eſt alia in 4. auctior ann. 1599. Bezâ conſentiente ab *Venceſlao Morkowsky de Zaſtriſell* juniore procurata ſuóque patruo nuncupata. Hactenus ſufficiant hæc de Bezæ operum editionibus; in quas digredi me coëgit DOLETI, quam dare conatus ſum, notitia.

(*a*) Joannes La Caille p. 109. *Franciſcum* natu majorem affirmat.

(*b*) Sic in privilegio Prætoris anno 1546 dato. Vide Terent. And 1547. *Joannes la Caille* hunc vocat librarium juratum. *Chevillerius* ( p. 342. ) ſcribit viginti quatuor fuiſſe juratos, è quorum numero quatuor, aut duos eligebat Univerſitas, qui officinas viſitarent: & ( p. 358 ) hujusmodi viſitationi, quam *Jacobus Nyverd* ( *reſcribendum eſt forſan* Nyverd ) & *Joannes André* exercebant, obſtitiſſe *Franciſcum* anno 1542. & curiæ decreto multatum.

no 1537. primùm innotuit. Huic, (*a*) *in clauſo brunello ſub ſcuto Franciæ*, ædes fuerunt: inſigne typographicum (*b*) vas tripes, unde emergit, palmes vinaceus) cum libro clauſo ſuppoſito, baſi inſiſtens. Ad baſin ea verba adſcribuntur (*c*) πλέον ἐλάιϰ ἤ οἴνϰ, *Plus olei quam vini.* Aliquando adjiciebantur hoc (*d*) diſtichon & adagium:

> Τό ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον. ἤνδε (*e*) παρέλθῃ
> Ζητῶν εὑρήσει ϰ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.
> (*f*) Πάντων δυσχερέστατον τὸ πᾶσιν ἀρέσκειν.

(*g*) Nonnunquam (ſui patris (*h*) HENRICI & aliorum more) Univerſitatis arma affigebat, binis hominum iconibus cincta ſuperſcriptis vocibus PLVS OLEI dextrorſum, QVAM VINI ſiniſtrorſum, ſubſcriptíſque litteris F. S.

(*i*) SIMONIS COLINÆI ſui privigni (cujus (*k*) ſymbolum nonnullis libris apud ſe & illum venalibus affixit) (*l*) & FRANCISCI GIRAULT operâ haud infrequenter uſus eſt.

Neſcio, an ultra annum 1547. artem exercuerit; niſi is fuerit FRANCISCUS STEPHANUS, qui excudebat Dictionarium Latino-Gallicum, ann. 1570. apud Jacobum du Puis, Pariſiis, & ann. 1571. apud Sebaſtianum Honoratum, venal. Pariſiis, apud Nicolaum Cheſneau. Dubito interim, num illius Dictionarii editio poſſit attribui *Franciſco* Franciſci hujus filio, qui ann. 1552. Genevenſis erat typographus.

Inter libros à *Franciſco* STEPHANO editos nulli mihi occurrerunt Græcis omnino characteribus impreſſi, præter Pſalterium, & Horas Virginis ann. 1543. in 4. Utraque editio ſatìs nitida eſt, & rubricis decorata. His præfigitur, Græca ALDI ad ſtudioſos brevis compellatio; illi Græca itidem JOANNIS LEONICI (ΛΕΟΝΤΟΝΙΚΩΥ) præfatiuncula in quâ (*m*) WOLFII CEPHALÆI Typo-

(*a*) Vide *Dicta Sapientum* 1538. & *Terent. And.* 1547.

(*b*) *Vinetum* 1537.

(*c*) Id eſt, *plus laboris quàm emolumenti.*

(*d*) *Ludov. Viv. de Epiſtol.* 1542 & *Hub. Suſſannæi breviſſima parænesis ad pœnitentiam ex variis Bibliorum & doctorum Eccleſiaſticorum locis excerpta*, 4. Sed ſinè anno.

(*e*) Franciſcus falsò imprimit παρέλτῃ.

(*f*) Hoc adagium aliquando ſolum, ſinè diſticho præcedente adſcribitur: utì *Comment. Philoſoph. Moral.* 1537.

(*g*) Vide ad calcem *Terent. Andr.* 1547. nam nullum inſigne gerit titulus.

(*h*) Hiſtor. Stephan. p. 9.

(*i*) *Comment. Philos. Moral.* 1537. *Dicta Sapient* 1538. *Natur. Nomin. &c. ex Priſcian.* 1540.

(*k*) *Terent. Heaut. & Adelph.* 1539. *Prat. Lac. Arund.* 1543.

(*l*) *Terent. Andr.* 1547. Caille p. 125. „ François Girault imprima les Antiqui- „ tez de Waſſebourg in folio en 1549. „ Livre fort eſtimé. Il avoit pour de- „ viſe, *Suſtine & abſtine.*

(*m*) De quo priùs.

Typographi (*a*) induſtria laudatur. Codices in *Franciſci* STEPHANI officinâ excuſi, charactere ſive (*b*) Romano ſive (*c*) Italico, luculenti admodum ſunt, nec (*d*) incorrecti: inventu præterea rari, & pauci.

(*e*) *Carolus* STEPHANUS, *Roberti* & *Franciſci* frater, anno 1520. (teſte (*f*) *Ricciolio*) juvenis admodum floruit. Bonam illam magnámque, quam ex litterarum culturâ conquiſivit, eruditionis frugem videtur præſertim contuliſſe ad artem medicam, (*g*) quam Pariſiis profeſſus eſt, neque ſinè laude; uti ex (*h*) BUCHANANI elegiâ quâdam liquet. In iis ſtudiis multum operæ poſuit, quibus primùm vacare medicorum intereſt. Horum peritiam ei exilem non fuiſſe comprobant varii, qui ad rei agreſtis ac medicinalis cognitionem & naturalem hiſtoriam pertinent, tractatus ab eodem compoſiti; quibus excudendis partim fratrum (*i*) *Roberti* & (*k*) *Franciſci*, partim Vitrici (*l*) *Colinæi* præla inſudaverunt. In peregrinatione tempus conſumpſit non infructuoſum; præſertim per Italiam, ubi Venetiis (*m*) *Paulo Manutio* familiariter innotuit. In inſtituendæ ratione fuit non mediocriter exercitatus, & (*n*) *Antonio Bayſio* erudiendo delectus à patre *Lazaro Bayſio*, cujus libros de re navali, veſtiariâ, & vaſculariâ (*o*) redegit in epitomen; quo (*p*) adoleſcentulis utiliores fierent lucubrationes viri tanti; qui *ſenatoriis negotiis præpeditus animum ſuum altiora ſubinde cogitantem ad hæc puerilia tam facilè non potuiſſet demittere.* Ex Bayſiani de re Navali operis compendio quæ lis inter *Carolum* STEPHANUM & DOLETUM exarſerit, antè jam expoſui. Hujus autem iram ille usque adeò

(*a*) *τοῦτο μὲν οὖν ψαλτήριον σπουδαῖοι ὑμῖν παρασκευασθὲν σμικρότερον εὐκαρδίᾳ μάρψατε, Βολφιόντε Κεφαλαῖον τὸν τυπογράφον σπουδὴν ὑμῶν ὀφέλλοντα, ὡς μεῖζον' ὀτρύνετε ἀσκελές.* In hujus Pſalterii titulo leguntur hæc, *τοῦ προτέρου ἀμολυντότερον.* Editio igitur Cephalæi huic anteceſſit; quo autem anno prodierit, nondum comperi; & in Jacobi le Long Biblioth. Sacr. p. 437. *Pſalmi Græcè* in 12. *Argentorati* 1524. ſinè typographi nomine (qui forſan fuit *Cephalæus*) *& iidem Argentorati, Wolphii Cephalæi* 1545.

(*b*) *Lib. de re naval.* 1537. *Vit. Cæleſtin.* 1539. &c.

(*c*) *Terent. Andr. Eunuch.* 1538. *Prob. Falcon. Centon.* 1543.

(*d*) Indices erratorum ſubjunxit *Comment. Philos Moral.* 1537. *Vit. Cœleſtin.* 1539. & *Venet.* cum hâc monitione; *Quæ præterea animadvertes, benevole lector; pro tuo candore ita accipito, quaſi humana; & quibus committendis omnes ex æquo ſumus obnoxii.*

(*e*) Hiſtor. Steph. p. 164.

(*f*) Catalog. perſonar. poſt Chriſt. inſignior.

(*g*) Hiſtor. Stephan. p. 164. 174. 175.

(*h*) Ibid. p. 176.

(*i*) Libell. *de re hort.* Rob. Steph. 1535. *Seminar.* 1535. *de nutriment.* 1550.

(*k*) *Vinet.* Franc. Steph. 1537.

(*l*) *Prat. Lac. Arundin.* Sim. Colin. & Franc. Steph. 1543. *Anatom.* Sim. Colin. 1545. & 1546.

(*m*) Hiſtor. Stephan. p. 166. 167.

(*n*) Ibid. 164. 176.

(*o*) Prodiit illorum epitome ann. 1535. & 1537.

(*p*) Lege Carol. Steph. præfat.

P 2

adeò fecit, ut tam gravibus, quæ hic congeſſerat in ipſum, maledictis reſpondere operæ pretium nunquam duxerit.

*Carolus* STEPHANUS *Henrico* ſui fratris *Roberti* filio valde profuit in ipſius pueritiâ literis initianda. (*a*) *Henricus* vix decennium exceſſerat, cùm in (*b*) ipſius præcipuè gratiam *Carolus* patruus octo (*c*) partium orationis naturas ex Priſciano collectas in dialogi modum (quæ docendi via eſt familiarior, ideóque optima) digeſſit. Vix annus alter abierat, cùm ſuo *Henriculo* iteratam ſui Hortuli (*d*) editionem nuncupavit *Carolus*: nec (*e*) multò antè ((*f*) Riverii ſui hortatu) Catonis præcepta & ſapientum dicta ediderat: & illa interpretatione Latinâ & Gallicâ, unà cum accentibus ad prolationem; hæc explicatione Latinâ & diſtichis Latinis, ut à pueris faciliùs condiſcerentur, illuſtraverat. Iſta, quaſi nimis puerilia, noluit negligere. (*g*) *Horæ bonæ non malè collocantur, quæ adoleſcentulis erudiendis impenduntur. Nec puerilia dicenda ſunt, quæ nemo doctus non admodum gravia fateatur; cùm alioqui Priſcianus perquam paucis ſit familiaris, & ob confuſum ſcribendi ordinem neglectus. Et quis puerile eſſe cenſeat, principem grammatices pueris proponere? Quo pacto autem id fiet, niſi facili ac familiari ſtylo, & qui pueros maximè deceat.*

Ille (de quo modò) *Riverius* forſan eſt idem (*h*) *chirurgus*, *quo Carolus* STEPHANUS *uſus atque adjutus eſt, cùm poſt antiquos ac recentiores rerum medicarum ſcriptores corporis humani hiſtoriam tribus libris conſcriberet anatomices ſtudioſis gratum facturus. Riverii labor & in pingendis iis, quæ neceſſaria videbantur, oſſibus, ligamentis, arteriis, venis, muſculis, ac pleriſque aliis, aſſiduus; & in diſſectionum rationibus (quibus plurimùm exercitatus eſſet) demonſtrandis frequentiſſimus fuit. Quæ ſingula anno* 1539. *ferè abſoluta erant, & usque ad tertii libri medium impreſſa; quum ob enatam (i) controverſiam totum opus ſupprimere neceſſarium fuit, ut liberum interea temporis aliis fuerit novas de hâc re comminiſci ſententias, picturáſque alias confingere, aut ex hujus libri ſuffuratis nonnullis, tanquam ſuis, ante opus emiſſum uti. Non enim potuit à typographis jampridem impreſſum opus ita diligenter, dum ſupprimeretur, obſervari, quin aliquid clàm à nonnullis hujus rei ſpectandæ paulò cupidioribus etiam adhuc inemendatum auferretur, at-*

(*a*) Nam natus eſt anno 1528. *Hiſtor. Stephan. p.* 196. & Naturæ partium orationis prodierunt ann. 1538. & 1540

(*b*) Lege præfatiunculas Caroli & Henriculi nepotuli de grammaticis rebus inter ſe colloquentium.

(*c*) Omnes prodierunt ex officinâ Franciſci Stephani.

(*d*) *Libell. de re Hortens.* Rob. Steph. 1539.

(*e*) Apud Franc. Steph. 1538.

(*f*) Lege præfationem editioni præfixam.

(*g*) Lege præfat. ante Sapient. Dict.

(*h*) Lege *Diſſert. Part. Corp. Hum.* in præfatione, ubi Carol. Stephanus vocatur *Doctor Medicus.*

(*i*) In editione Gallicâ vertitur *ung procès.*

*atque in Germaniam protinus transmitteretur : cujus exemplaria , præſertim pictorum nervorum, venarum atque arteriarum per amicos huc poſtea demandata ſunt, quæ perpetrati hujus furti fidem facerent.* Sex *poſtea elapſi ſunt anni, antequam hoc opus abſolutum* (*a*) *prodiret.*

(*b*) *Principis medicorum Galeni ſententiam deſcriptionibus ſuis Carolus interſeruit; à quo, antequam hanc confectionem aggrederetur, primùm inſtitutus eſt: cujus tanta eſt in rerum anatomicarum inveſtigatione adhibita ſolertia, ut unum de hâc re quàm optimè ſenſiſſe judicaret, præterea paucos admodum; cui tantum tribuit, ut maximum piaculum eſſe duxerit, ab ejusmodi viro ſcriptis ſuis vel minimum diſſentire.*

*Carolus* animum ſtudiis ſeverioribus defeſſum, quoties per otium licuit, ſolebat nonnunquam (*c*) muſicâ, cui etiam arti addiſcendæ operam dederat, oblectare.

De loco, ubi *Carolus* STEPHANUS hactenus commoratus fuerit, conjiciendum lectori ( ſi poſſit ) ex ſequenti (*d*) dialogo permitto.

## CAROLUS, HENRICUS.

CAR. *Ehodum Henricule, quò tandem properas?* HEN. *Ad te, ſed imprudens præterieram domum.* CAR. *Debuiſti à vicinis percontari.* HEN. *Statueram ex Fernelio. Nam mihi dictum eſt, te in ejus viciniam commigrâſſe.* CAR. *Et meo Henriculo notus eſt Fernelius?* HEN. *Mihi verò cur non æquè ac tibi?* CAR. *At unde iſthæc familiaritas?* HEN. *Ex* (*e*) *avi mei domo, cùm illìc Fernelius curaret libros ſuos excudi: tum enim ego paulò adhuc junior, illuc animi cauſâ ſecedens, memini me multoties ab eo bellaria accepiſſe. Nunc quemadmodum eruditiſſimi viri crevit apud omnes authoritas: unà etiam cum ætate crevit erga eum noſtra benevolentia.* CAR. *O quàm factum benè. Nunquam te pœnitebit eruditorum conſortium, atque uti-*

(*a*) Apud Sim. Colin. ann. 1545. Latinè, & 1546. Gallicè.

(*b*) Lib. de diſſect. part. p. 3.

(*c*) Lege Præfat. ad Natur. Nomin. 1540. in quâ Carolus & Henriculus colloquuntur. —— CAR. —— *Sed quid aliud me facere ſuades, per hanc aëris parum benigni intemperiem? Me vetant egredi copioſi imbres: obſtat immenſa luti colluvies, quâ noſtra Lutetia per hyemem ſemper eſt lutulenta: præterea teſtudinem commodatò à me petiit amicus quidam meam, quà ſolebam per otium nonnunquam animum oblectare. Itaque duobus ſpatiis tribúsve per cubiculum factis à prandio, cùm aliud deeſſet, quod agerem hìc, tantisper nugor cum Galeno meo, dum aut conſidat aër, aut imbres defluant.*

(*d*) Is præfigitur libello de Natur. Verbor. 1540.

(*e*) Is *Henrici* avus mihi videtur fuiſſe, non *Henricus* STEPHANUS, qui anno 1520. deceſſit, antequam *Henricus* nepos naſceretur; non *Badius*, qui anno 1535. obiit, cùm *Henricus* hic annum circiter ſeptimum ageret; ſed *Colinæus*, qui jamdiu quædam *Fernelii* opera mathematica excuderat ann. 1526. & 1528. de quibus [ quoniam ante *Henricum* natum ] hæc nequeunt intelligi. Quæ autem hæc fuerint *Fernelii* [ de quibus hìc agitur ] opera, nondum compertum habui.

*utinam hoc deſiderium perpetuò accendatur , nec unquam niſi cum ætate intereat. Sed quid ſit in transpontanâ?* Hen. *Quod ſolebat , cùm illic eſſes : editur, bibitur, luditur.* Car. *Præterea nihil?* Hen. *Imò etiam datur opera literis: ſed aliquanto ignavior.* Car. *A te fortaſſis, nam alieni laboris cenſorem eſſe perquam eſt difficillimum.* Hen. *Ita ajunt. Sed id dicebam, quòd ſtudioſorum bona pars negotiis potiùs mihi videretur quàm otiis indulgere.* Car. *Quid ita?* Hen. *Rogas? propter bellorum impetus ac procellas : quæ tempeſtas ( ut ſcis ) Muſis eſt inimiciſſima.* Car. *At nunc ceſſabitur in decennium, ut audio. Itaque liberior erit poſthac Muſarum quies.* Hen. *Sanè liberior: modò ne novæ perfringantur (a) induciæ.*

Anno 1540. *Carolus* Stephanus Lazarum Bayſium Legatum in Germaniam (*b*) comitatus eſt.

(*c*) Anno 1541. vulgata eſt Terentii Andria, in quâ (*d*) *Carolus* non ſolùm (*e*) *adoleſcentulis ſuis omnes ferè loquendi modos , qui quotidie uſurpari ſolent, expoſuit, ſed etiam vulgatiores fecit, & corruptam enuntiandi rationem non ſinè aliquo labore produxit:* & ſcholiis Latinis (*f*) Gallicam verſionem inſeruit. Hanc etiam Comœdiam ab eo in vernaculum ſermonem verſam (*g*) comperio. Suæ in Linguâ Italicâ peritiæ ſpecimen dedit in nonnullis, quæ ex illo ſermone in Gallicum reddidit, (*h*) opuſculis.

*Carolus* Stephanus, poſtquam multos jam annos in politioris humanitatis ſtudiis verſatus eſſet; & in medicinâ excolendâ exercendâque, eam, quâ variâ repletus erat, quámque ſcientia illa maximè poſtulat, eruditionem intendiſſet, ad typographiam demum tractandam, artem quaſi

(*a*) Induciæ ſcil. decennales, inter *Carolum* Imperatorem & *Franciſcum* regem anno 1538 pactæ. Anno igitur 1538. omnes hi Caroli de Orationis partium naturis tractatus mihi videntur primùm, & anno poſtea 1540. ſecundùm prodiiſſe, quamvìs nullos [ excepto illo de Natur. Infinit. ] ex primâ editione adhuc viderim.

(*b*) *Hiſtor. Stephan.* p. 164. 176.

(*c*) Apud Colinæum & Franciſc. Stephanum.

(*d*) Lege Epiſtol. Caroli Stephani ad Amuſum.

(*e*) An Carolus Litterarii ludi-magiſtri munus tunc obibat? An quosdam aut ſuos aut alienos adoleſcentulos tunc inſtituebat?

(*f*) Vidi hanc eandem Andriæ interpretationem excuſam, cum verſione Hiſpanicâ ſcholiis admiſtâ. Codex autem titulo truncatus neque annum nec typographum indicabat.

(*g*) Biblioth. du Verd. ] „ Premiere „ Comedie de Terence , intitulée l'Andrie, traduicte en Proſe Francoiſe par „ Charles Eſtienne. Avec un brief recueil de toutes les ſortes de jeux, qu'avoient les anciens Grecs & Romains, & comment ils uſoient d'iceux. Impr. à Paris 16 par Gilles Corrozet 1542.

(*h*) Comedie du Sacrifice des Intronati traduite, de langue Toſcane par Charles Eſtienne 12°. 1543. à Lyon, par Francois Juſte & Pierre de Tours. Et les Abuſez , Comedie des Profeſſeurs de l'Academie Sienoiſe nommez *Intronati* , celebrée ez jeux d'un careſme prenant à Sienne, traduite de Toſcan par ledit Charles Eſtienne 12. à Paris par Eſtienne Grouleau 1548. & [ Biblioth. du Verd. ] 1556. & à Lyon par Francois Juſte 1548.

quaſi domeſticam ſuis avis, fratribus & affinibus diu familiarem, tanto tunc in pretio, neminíque erubeſcendam, ſe contulit. Primum ejus in hâc arte experimentum (quod ſciam) anno 1544. prodiit, mihi nondum viſum ſed à nonnullis bonæ fidei (*a*) ſcriptoribus memoratum: nec poſtea quicejus prælo & nomine ſignatum ante annum 1551$^{um}$. aut ultra 1561$^{um}$. mihi occurrit.

*Joannes* (*b*) VULTEIUS ad *Carolum* STEPHANUM ſequens ſcripſit Epigramma, quo *Colinæi*, *Roberti*, *Franciſci*, *Caroli* STEPHANORUM opera concelebrat:

*Ad Car. Stephanum.*

*Vobis quid* STEPHANIS, *Roberto*,
*Franciſco, tibi Carole, & trium uni*
*Vitrico facili rudis juventus:*
*Noſtro hôc tempore, ſæculo hôc beato,*
*Franco principe, diligentiæ ergò*
*Non debet? magìs ipſâ bis duobus*
*Debet mehercule, quàm omnibus magiſtris,*
*Profeſſoribus, atque pædagogis.*
*Veſtrâ namque operâ & labore factum eſt,*
*Ut nil nunc habeant libri Latini,*
*Quod non diſcere quisque per ſe & absque*
*Præceptore queat: nec eſt neceſſe,*
*Noſtra ut natio Gallicana poſthac*
*Ad ſcholas properet, vel ut magiſtrum*
*Simplex turba, tenella, delicata,*
*Clamantem audiat, audiat tonantem,*
*Aut ſceptrum videat, minásve ſpectet*
*Doctoris ferulásve murmurantis.*
*Theſaurus mihi Gallico-Latinus*
*Roberti Stephani, viri elegantis,*
*Certus teſtis erit; breves libelli,*
*Perdocti tamen, utiléſque multùm,*
*Veſtes, vaſcula, naviúmque formæ*
*Horti, ſemina, queis docentur à te,*

*Auge-*

(*a*) Anton. du Verdier Biblioth.] „François le Grand Procureur du Roi au Baillage de Melun a traduit du Grec Traité „ de Plutarque de la honte vicieuſe. Imp. „ à Paris. 8. par Charles Eſtienne 1544. „ Sic Draud. Bibliothec lib. Gall. p 86. & Almeloveen. de Vit. Steph. Sed Croix du Maine] „ François le Grand a traduit „ le Traité de Plutarque de la honte vicieuſe, Imprimé à Paris l'an 1554. qui annus mihi longè probabilior videtur.

(*b*) Hendecaſyllab. lib. 4. apud Sim. Colin. 1538. in 12. p. 99.

*Augebunt etiam fidem: probati*
*Vitrici typus, officina, prælum,*
*Nec me vana loqui ſatis loquentur,*
*Franciſci quoque niduli librorum*
*Terſorum, quibus explicatur omne,*
*Phraſis quod capit utriusque linguæ*
*( De linguis Latiâque Gallicâque*
*Hîc fit mentio ) niduli, inquam, abunde*
*A falſo mea vindicare poſſunt*
*Iſthæc carmina, & auribus putabunt*
*Nil à me eſſe datum ſuis, probè illi,*
*Qui vos in cute noverint & intus.*
*Jam cùm, Carole, quatuor juventus*
*Nil non Gallica debeat labori,*
*Sacras quæ ſtudet expolire ad artes,*
*Vobis quid, rogo, quatuor reponet,*
*Hôc pro munere diligentiâque?*
*Nil dignum dare, vel poteſt parare,*
*Hoc unum niſi det, parêtque, avitum*
*Nomen quod ſonet: ergo det juventus*
*Vitrico, & Stephanis tribus coronam.*

Pariſiis hâc circiter tempeſtate inclareſcere cœperunt AUDOENUS PARVUS, MICHAEL FEZENDAT, BENEDICTUS PREVOTIUS, ÆGIDIUS CORROZET.

AUDOENUS PARVUS ( (*a*) *Oudin Petit* ) an fuerit (*b*) JOANNIS PARVI filius, nondum compertum habeo. Hujus prima mihi anno 1541. occurrit notitia, ultra 1567. (*c*) nulla. In vico (*d*) Jacobæo habitabat ſub interſignio lilii aurei: quod (*e*) plerumque ſuis libris affixit cum Litteris O. P. binísque telamonum loco leonibus; & epigraphâ hâc ſupernè poſitâ PETIT A PETIT. (*f*) Iisdem inſignibus gaudebat JOHANNES PARVUS. Libri ex AUDOENI officinâ

(*a*) Caille p. 114. ] Oudin Petit fit imprimer *Dionyſii Carthuſiani in Nov. Teſtam.* in fol. deux volumes en 1541. *S. Anſelmi opera* in fol. en 1549. *D. Chryſoſtom. in Evang.* in 8. deux volumes en 1557. *Epiphan. Opera* in 8. en 1564. Il s'eſt fait diſtinguer d'avec les autres Libraires de ſon temps par la grande quantité de livres, qu'il a fait imprimer en perfection. Ces mots, *Petit à petit*, faiſoient ſa deviſe. Il fut marié deux fois. Il épouſa en premieres nôces Lionne le Houx, & en ſecondes Claude du Vivier. Il eut de ces deux mariages pluſieurs enfans.

(*b*) De quo Annal. Typogr. Tom. 2. p. 84.

(*c*) Divi Irenæi opera in 8. ann. 1563. & iterum 1567.

(*d*) Conſonant. Chriſt. & Prophet. 1541. Iren. 1567.

(*e*) Aliquando nullum inſigne appoſuit, uti Conſonant. 1541.

(*f*) Vid. Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 85.

cinâ evulgata typorum tam Romanorum quàm Italicorum lepore mihi admodum ſpectabiles videntur. In re librariâ multi fuerunt, quorum conſortio aut operâ illum uſum fuiſſe reperio. Quales ſcilicet (*a*) *Nicolaus Barbou*, (*b*) *Michael Fezendat*, (*c*) *Michael Vaſcoſanus*, (*d*) *Renatus*

(*a*) Conſonant. Chriſt. & Prophet. apud Oudinum Petit M. D XLI. *Et ad calcem primi octernionis*, Typis Nicolai Barbou. Et Caille. p. 117. & Biblioth. da la Croix du Maine p. 64 „ Nicolas „ Barbou ( Caille. Barbon, ſed errore „ typographico ) imprima pour Jean An- „ dré l'an 1542. un Traité de S Ber- „ nard, de la maniere d'aimer Dieu, „ traduit en François par Claude Verard „ Religieux de Clairvaux de l'ordre de „ S. Bernard.

(*b*) Virgil. Oper. 1541. *Ad calcem*, Excudebat Michael Fezandat. *Exemplaria alia in fronte Bucolic. gerunt nomen Michaelis Fezendat*, & *in Georgic. ac Æneid Oudini Parvi; alia ubique, ſolius Fezandat.* Et Plin Natur Hiſtor. excudeb. Michael Fezandat, menſe Auguſto, anno M. XLIII. ( *omiſſis centenariis* ) *at in initio*, apud Audoenum Parvum 1553. *Hic Michael Fezandat habitabat* ( *utì ex Virgilio ſupradicto diſco* ) Pariſiis in domo Albreticâ è regione divi Hilarii. *Hujus inſigne typographicum fuit avis expanſis alis Delphinum ungibus tenens*, *cum his Litteris* M: F. Utì *in illo Virgilio. Vel vipera ex ardentibus ſarmentis proſiliens manúmque apprehendens*, *cum hâc epigraphâ*, NEQVE MORS NEQUE VENENVM. *Utì in editione Hieron. Card. de ſubtilit. quæ prodiit in* 8. Pariſiis 1551. ex officinâ Michaelis Fezendat & Roberti Granjon, in monte D. Hilarii ſub juncis. *Unde patet Michaeli Fezandat ſocium fuiſſe Robertum Granjon*: *De quo hæc lego apud* Caille p. 128. „ Robert Granjon, frere de Jean ( *de quo Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 91. „ es- „ toit habile tailleur de poinçons, & „ de characteres, particulierement pour „ les lettres Italiques, qu'il a miſes en „ leur perfection, comme on le peut „ voir par les Odes d'Anacreon tradui- „ tes du Grec par Remy Belleau in „ trente deux en 1572. & 1573. & qui „ portent encore aujourd'huy ſon nom. „ Il imprima les Sermons Satyriques „ d'Horace traduits par François Ha- „ bert in 8. en 1551.( en rime Françoi- „ ſe, impr. par Mich. Fezandat & Rob. „ Granjon. *Vide Biblioth. du Verdier. p.* 403. ) *Michaeli Fezandat aliam epigrapham affert Johannes de la Caille*, *ſcil.* Si Deus pro nobis, quis contra nos? *quam unà cum viperæ inſigni ſibi poſtea adoptavit Michael Sonnius*, *qui Michaelis Fezandat ſupellectilem librariam coëmit. Michael Fezandat anno M. D. XLI. ſumptibus Galeoti à Prato* & *Petri Regnault in fol. excudit Latinè Authores eccleſiaſticæ hiſtoriæ*: & *pro Hieronymo de Marnef* ( Biblioth. du Verdier p. 403. ) l'homme prudent de Beroalde en vers par François Habert: & *pro Mauricio de Portâ*, Principia elementaria cum naturis verborum in 8. 1546. 1547. ( *In quo libro licèt non expreſsè habeatur nomen Fezandat*, *ejus tamen inſigne avis apparet cum litteris initialibus M. F.* ) & *pro Jacobo Du Puys*, Novum Teſtamentum Græcè & Latinè: in 12 1549. *cui inſigne avis Fezandat præfigitur*: *Vidi hujus Teſtamenti priorem tantùm partem*: *ſed Jacobus le Long in Biblioth. Sacr. p.* 464. *hanc dat notitiam*; Nov. Teſtament. Gr. Lat. Eraſmi. 2. vol. in 16. Pariſiis Granjon 1549. *Et* Idem 12. Pariſiis, Du Puis & Fezandat 1549. *Quas tamen duas editiones puto eſſe unam* & *eandem*; *nam priori parti*, *quam vidi*, *præfigitur non tantùm nomen Jacobi Du Puys*, *ſed etiam Eraſmi epiſtola.*

(*c*) *Livii editioni* 1543. *præmittitur Privilegium à Pariſienſi Senatu. Michael Vaſcoſano Chalcographo* & *Audoeno Parvo anno M. D. XLII. conceſſum*; & *in eâdem leguntur hæc*; Imprimebat Michael Vaſcoſanus ſibi & Odoino Parvo.

(*d*) Royardi Enarrat. Paſſion. Chriſt. & Homil. in Evang. & Epiſtol. in 8. 1544. 1545. apud Audoenum Parvum, typis

*tus Aprilis*, (*a*) *Antonius Jurianus*, (*b*) *Mauricius Menier*, (*c*) *Andreas Wechelus* (*d*) *Simon Calvarinus* (*e*) *Benedictus Prevotius*, (*f*) *Fredericus Mo-*

typis Renati Aprilis. *Hæc tamen Johannes la Caille p.* 120. *ſcribit fuiſſe excuſa à René Avril pro Vivantio Gaultherot; & fortè Renatus Aprilis pro utroque librum hunc impreſſiſſe potuit. Addit la Caille Renatum Aprilem pro Galioto à Prato excudiſſe* Memoires de Commines in fol. en 1552 *Cujus editionis meminit, ſed Renato Aprili non nominato, Verderius in Bibliothec. p.* 953.

(*a*) Bedæ Operum tomus ſecundus & tertius in fol. apud Audoenum Parvum 1544 Typis Antonii Juriani. *Tomum primum nondum vidi Sed apud Johan. de la Caille lego hæc*: „ Antoine Juriani „ imprima pour Jean Roigny, D. Auguſtinus in Pſalmos en 1545. & pour Jean Macé, Bedæ venerabilis opera in fol. trois „ volumes en 1545. C'eſt la premiere „ edition de ce Livre à Paris. *Joannes „ Macæus forſan unà cum Audoeno Parvo communes ſumptus huic editioni ſuppeditavit.*

(*b*) Dionys. Carthuſian. in Evangel. Matth. & Marc. in 8. 1554. apud Audoenum Parvum. Excudebat ſuis typis Mauricius Menier typographus in viâ novâ in ſuburbianis Victorianis, ad inſigne divi Petri. *Johannes de la Caille p.* 120 *affert Dionys. Carthus. in Luc. impreſſum ibidem, eodem tempore, & ab eodem. Et Nov. Teſtam. in* 16. 2556. *à Maur. Menier pro Stephano Grouleau excuſum; cujus etiam meminit Jacobus le Long in Bibliothec. Sacr. p.* 656. *Mauricii Menier Symbolum typographicum* (*utì comperio ex Rudiment. Grammat. Linacr. in* 8. *apud ipſum, Pariſiis* 1558. ) *fuit vir frænans os voluptatis, cum epigraphâ*, COERCENDA VOLUPTAS & *litteris* M. M. *Joannes de la Caille p.* 115. *adducit Stephanum Petit librarium juratum, qui impreſſionem procuravit Cypriani Oper. in fol.* 1541. & *per Mauricium Menier, Nicephori Eccles. Hiſtor. Stud. & oper. Joan. Langi in* 8. *duob. volum.* 1566. *At verò Clariſſ. Fabricius in Biblioth. Lat. Supplem. vol.* 3. *p.* 378. Cyprian. Oper. Paris. 1541. in fol. apud Arnulphum Langelier. & *in Biblioth. Gr. Vol.* 6. *p.* 131. Nicephor. ex. Jo. Langi verſione Latinâ, Paris. 1566. 8. duob. Volum. *Certè de Stephano illo Petit me valde dubitare fateor. Typographicâ in Hiſtoriâ Joannis de la Caille paſſim occurrunt* ( *quæ tamen ipſi non imputo* ) *errata*; *quale animadvertit* ( *p.* 110. & *p.* 115. ) *Author adnotationum in Baillet. Jugem. des Sav. p.*367. *quòd ſcilicet Joannes de la Caille pro uno Joanne Lodoico Tiletano duos Typographos poſuerit, quaſi Jean Louis ou Loys non idem fuerit, ac Jean Louis Tiletain. Sed* Loys *erat familiæ nomen*; Tiletan *gentile nomen à* Tielt *oppido Cueldriæ.*

(*c*) Tho. Boder. de dieb. critic. in 4. Paris. in officinâ Audoeni Parvi. M. D. LV. *Et ad calcem*, Excudebat Andreas Wechelus, ſub Pegaſo, in vico Bellovaco. *Hujus vidi exemplaria, quæ in initio etiam Andreæ Wecheli inſigne & nomen præferebant. Joannes de la Caille p.* 114. *habet* Tertulliani opera in 8. duob. volum. 1556. ab Andreâ Wechelo pro Audoëno Parvo excuſa: *utì & Fabric. Biblioth. Lat. Suppl. Vol.* 3. *p.* 349. *ſed nomine Aud. Parvi non adjecto.*

(*d*) Cicer. Offic. cum Comment. in 4. Paris. apud Odoenum Parvum 1556. Et ad calcem, Excudebat Simon Calvarinus. *Hic Prigentii Calvarini* ( *de quo Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 548. ) *fraterne fuerit, an potiùs filius neſcio* Caille p. 142. „ Simon Calvarin fit imprimer, „ Philibert Bonnet des vertues & bontez, que Dieu a données aux Femmes, in 8. 1558. ( Lege Verder. „ p. 947. & la Croix du Maine p. 372 ) „ Recherches de la France par Eſtienne „ Pasquier, in 16. 1562. Il eut pour „ Femme Antoinette le Noir. Il mourut le 13. de Mars 1593. & fut enterré à S. Benoiſt.

(*e*) Cicer. Epiſt. Famil. in fol. apud Audoenum Parvum 1557. *Et ad calcem*, Lutetiæ Pariſiorum excudebat Benedictus Prevotius, viâ Frementellâ, ad clauſum Brunellum, ſub inſigni ſtellæ aureæ anno quingenteſimo quinquageſimo ſexto ſupra milleſimum, ad IIII: Non. Decemb. *Hic Benedictus Nicolai Prevoſt* ( *de quo Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 579. ) *filius forſan fuit.*

(*f*) Marc. Eremit. Latinè; in 8. 1563. Excu-

*Morellus* & *Guilelmus Morelius* : quorum Typi officinæ AUDOENI PARVI inſervierunt. Huic autem fuerunt conſortes ſive ſocii ; (*a*) *Andreas Barchelin* & *Guillermus Roland*, (*b*) *Sebaſtianus Nivellius*, (*c*) *Jacobus du Puis*, (*d*) *Ambroſius de Portâ* & (*e*) *Jacobus Kerver.*

BENEDICTUS PREVOTUS ( de quo jam aliquid modò dictum eſt ) typographus erat libros tam (*f*) Græcè quam Latinè imprimendi ſolertiſſimus. Ejus inſigne fuit (*g*) Stella aurea in medio locata ſuper gladio & palmæ ramo decuſſatim poſitis, & libro aperto, in cujus folio altero litera α, in altero ω exhibetur: additis his lemmatibus, κράτ@ θανάτȣ καὶ ζωῆς, *Imperium mortis & vitæ.* Prevotianum prælum inſerviebat officinis multorum librariorum ; viz. (*h*) Vivantii Gaul-

Excudebat Aud. Parvo Fredericus Morellus. *Et* Hyppolyt. de conſummat. mund. in 8. 1556. Geæcè, excudebat Guilielmus Morelius; Latinè, apud Audoenum Parvum.

(*a*) *Exemplaria quædam Editionis Plin Hiſtor.* 1543 ( *de quâ prius* ) *in initio habent*, Apud Andream Berthelin & Guilliermum Roland. „ Caille. p. 110. André Berthelin fit imprimer Clictoveus de doctrinâ moriendi in 8. 1538. *Et* p. 118. Guillaume Roland fit imprimer avec Jeroſme de Gourmont, Lexicopator Joannis Chæradami in fol. 1543. S. Chryſoſtomi opera Latinè in fol. quatre volumes 1546. imprimé par Michel Fezandat pour luy.

(*b*) *Cicer. Offic. Lal. Cat. Paradox. Somn. in* 4. 1556 ( *de quâ editione priùs*) *gerunt in exemplaribus aliis nomen & inſigne Audoeni Parvi*: *in aliis*, *Sebaſtiani Nivellii.*

(*c*) *Quædam exemplaria Ciceron. Epiſtol. Famil. cum Comment. in fol.* 1557. ( *de quâ editione priùs* ) *habent in initio*, Apud Jacobum du Puis.

(*d*) Ad hujus editionis modò dictæ calcem legitur Privilegium Regium Ambroſio de Porta libraria Pariſienſis Univerſitis jurato in ſexennium conceſſum anno 1543 ad imprimendum Ciceronis epiſtolas familiares cum doctiſſ. viror. commentariis. De hôc Ambroſio dictum eſt in Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 561.

(*e*) S. Chryſoſtomi Vita Latinè per Tilmannum; fol. 1557. apud Audoenum Parvum. *Hujus Editionis Privilegium Regium Jacobo Kerver* ( *de quo priùs Annal. Typogr. Tom.* 2 *pag.* 562. ) *datum eſt anno* 1556. *Et ad exemplarium calcem adfigitur figura* ( *eadem*, *quæ ad Hor. Apollin. Hieroglyph. in* 8. 1551. *à Gul. Morelio pro Jacobo Kerver excus.* ) *Termini*, *ſive capitis quadratæ columnæ ſuperimpoſiti*, *cum hôc lemmate*, conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt, *ex Pſalm* 104. *v.* 9.

(*f*) Æſop. Gr. Lat. 12. 1549. Nov. Teſt. Gr. 1549. Pſalter. Gr. ad fidem vetuſti codicis Græci manuſcripti è divi Victoris bibliothecâ, & Lat. juxta mentem Baſil. Chryſoſt. Hieron. &c. cum Calendario & argumentis ; Initialibus literis & titulis Pſalmorum rubricâ excuſis: 12. 1559.

(*g*) Nov. Teſt. 12. 1549.

(*h*) Caille p. 119. „ Benoiſt imprima pour Vincent Goltherot, D. Chryſoſtom. in Pſalmos, in 8 en 1545. Id. p. 116. „ Vincent Gaultherot Libraire Juré fit imprimer le ſonge de Scipion traduit par Jean Colin. 8. 1541. & Div. Chryſoſtom. in Paul. 8. 1545. *At verò hujus Gaultherot nomen non fuit* ( *uti legitur apud Jo. de la Caille*, *per errorem typographicum* ) *Vincentius*, *ſed Vivantius*; *nam* Claud. Altiſſiodor. in Epiſtol. ad Galat. 8. 1542. Excudebat P. Vidouæus ſibi, Vivantio Gaultherot, & Joanni Foucher. *Præterea Verderius in Bibliothec. p.* 680. Le ſonge de Scipion &c. 8. par Vivant Gaultherot. 1541. *Et la Croix du Maine p.* 217. Herodian traduit par Jean Colin. in 8. par Jean Foucher

Gaultherot ; (*a*) Petri Haultini & viduæ Arnoldi Birkmanni ; (*b*) Caroli Perier (*c*) Gulielmi Cavellat, (*d*) Gulielmi Nigri, (*e*) Joannis Roigny, (*f*) Joannis Caveiller, (*g*) Ægidii Corrozet, & (*h*) Ægidii Gilles.

ÆGI-

cher & Vivant Gaultherot. 1541. *Joannis Foucherii inſigne ( uti video in Claud. Altiſſiodor. opere modò citato ) fuit ſentum Florentiæ.* ,, Caille. p. 115. Jean Fou- ,, cher Libraire juré fit imprimer, Lu- ,, dov. Vaſſæi in Anatom. corpor: hu- ,, m an. tabulæ quatuor, in fol. 1540. ,, Il eut de Ieanne Petite ſa Femme fille ,, de Libraire deux enfans, Iacques né le ,, 9. Fevr. 1541. & Jean né le 19. Fevr. ,, 1542. Il eut un frere nommé auſſi ,, Jean.

(*a*) Nov. Teſt. Gr. 12. 1549. *cujus nonnulla, quæ vidi, exemplaria habent*, apud Petrum Haultinum. *Et* Dioſcorid. Lat. 8. 1549. *cujus exemplaria in titulo præferunt inſigne Prevotianum; ſed habent alia*, impenſis viduæ Arnoldi Birkmanni; *alia* apud Petrum Haultinum, viâ Iacobæâ, ſub ſigno caudæ vulpinæ: *Et ad calcem*, Excudebat Benedictus Prevoſt. *De viduâ Arnoldi Birkmanni lege Annal. Typogr. Tom. 2 p.* 582.

(*b*) Ex Cicerone inſignium ſententiarum compendium, authore Petro Lagnerio Compendienſi; apud Carolum Perier. Excudebat Benedictus Prevotius. 12. 1550.

(*c*) Henr. Glareani Arithmetic. apud Gulielmum Cavellat, in pingui Gallinâ, è regione collegii Cameracenſis. Excudeb Bened. Prevotius 8. 1551. Caille p. ,, 131. Guillaume Cavellat Libraire juré ,, fit imprimer par Martin le Jeune, Pro- ,, blemata Ariſtotelis &c. in 12. 1552. ,, & en ſocieté avec Hieroſme Marnef, ,, Euſebii Emiſſeni opera, 8. 1575. Il ,, eut pour femme Marie Alleaume *Ejus inſigne, idem ac Gulielmi Richard ( de quo Annal. Typogr. Tom. 2. p.* 580. ), *pinguis gallina, cum his vocibus Gallinam circumeuntibus*, IN PINGVI GALLINA, *quibus aliquando additur hoc anni indicium* [ 1541. *quo forſan anno artem exercere cœpit* ] *uti in Glareani Arithmetic. & Scheubelii Algeor. excuſis anno* 1551.

(*d*) Vincent. Lupan. de Magiſtrat. Franc. apud Gulielmum Nigrum, viâ Iacobæâ, ſub ſcuto Baſilienſi. 8. 1551. Excudeb. Benedict. Prevotius. ,, Caille p. 136. ,, Guillaume le Noir, fils de Philippe. ,, ( *Vid. Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 578. ,, *& Tom.* 1. *p.* 189. eut de Geneviéve ,, Morel ſa femme pluſieurs enfans, en- ,, tr'autres, Guillaume né le 4. May ,, 1559.

(*e*) Confutat. Cavillation. in Euchariſt. per Marc. Anton. Conſtant. apud Ioann. Roigny 4. 1552. Excudeb. Benedict. Prevotius. *Vide etiam Ann. Typogr. Tom.* 2. *p.* 543.

(*f*) Ducat. Prælud. apud Ioannem Cavailler, in clauſo Brunello, viâ Fremen-tellâ, ſub ſtellâ aureâ. 8. 1553. *Ad calcem*, Privilege du Roy à Benoiſt Prevoſt imprimeur d'imprimer ce Livre juſques au terme de ſix ans. ,, Caille p. 138. Iean ,, Caveiller fit imprimer, Hiſtoire de Fran- ,, ce par Paradin en 1555. & par Richard ,, Roux imprimeur, les Annales de Fran- ,, ce de Nicolas Gilles in fol. 1560. Il ,, avoit pour deviſe autour de ſa marque, ,, qui eſtoit une étoile, [ *Solem præcurro* ,, *ſequórque.* ] *Alium eo nomine memo-* ,, *rat Jo. de la Caille p.* 110 Eſtienne ,, Caveiller imprima le grand & vray Art ,, de Rhetorique par Pierre Fabry 8. ,, 1539. & pour Maurice de la Porte, ,, le grand Coutumier de France. 8. ,, 1536. *Illius libri Petri Fabri de Arte Rhetoricâ mentionem faciunt Antonius du Verdier & Franciſcus de la Croix du Maine in ſuis bibliothecis, ſcil. impreſſi in* 8. 1539. *Sed à diverſis typographis, à Stephano Caveiller, apud Antonium ( p.* 326.) Et Caille p. 103. ,, Pierre Sergeant im- ,, prima les Fleurs & Antiquitez des Gau- ,, les par Iean le Fevre en 1532. ( *Vide Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 580 *& Croix du Maine. p.* 223. ) *Forſan Petrus Sergeant & Stephanus Caveiller communibus ſumptibus librum Petri Fabri ſupradictum ediderunt.*

(*g*) Les obſervations de Pierre Bellon

&c.

ÆGIDIUS CORROZET ( de quo modò jam nonnihil dixi ) inſignis doctúsque typographus libros non tantùm excudendo ſed etiam conſcribendo inclaruit. Ad ſuum nomen alludens elegit ſymbolum typographicum, cor à manu deſuper porrectum, cui medio roſa expanſa imprimitur, cum hâc ſententiâ, IN CORDE PRUDENTIS REVIRESCIT SAPIENTIA. PROVERBIORUM 14. & ſuo nomine, GILLES CORROZET. In *Ulrici Molitoris Conſtantienſis de Lamiis tractatu*, *Paris. apud Ægid. Corrozet*, *in aulâ palatii regis juxta cameram conſultationum*. 1561. 8. reperio hanc præfixam cum quodam laboris emblemate ſententiam : LABORE CONSCENDIMUS ALTUM. Hujus quam dabo, notitia excerpta eſt ex Bibliothecis du Verdier ( p. 460. ) & la Croix du Maine ( p. 128. ) & Hiſtoriâ de la Caille ( p. 107. ) & Simler. Bibliothec. ( p. 9. edition. 1574. ) „ Gilles Corrozet naſquit en la ville de Pa-
„ ris le 4. de Janvier l'an 1516. Encores qu'il n'euſt eſté entretenu
„ aux eſtudes, toutesfois ayant un grand jugement & eſprit eſmer-
„ veillable il n'a laiſſé d'apprendre les Langues, Latine, Italienne &
„ Eſpagnole; & ſe voyent tant de ſon invention que de ſa traduction,
„ pluſieurs Livres tant en proſe qu'en rime, que luy-meſmes & autres
„ ont imprimez: aſſavoir,

„ La * Fleur des Antiquitez & Singularitez de Paris. Imprim. à
„ Paris 16. par Guillaume de Boſſozel 1533.

„ Epitaphes ſur le treſpas de Robert de la Marche Mareſchal de
„ France, imprimez à Paris par ledit Corrozet & Jean André 1536.

„ Le Catalogue des villes & citez de France & des Gaulles, imprimé

&c. en la boutique de Gilles Corrozet, en la grande Salle du palais, près la chapelle de noſſieurs les Preſidens. 4. 1554. Imprimé par Benoiſt Prevoſt demeurant en la rue Frementel, à l'enſeigne de l'Estoile d'or. Pour Gilles Corrozet, & Guillaume Cavellat Libraires. *Hujus libri privilegium à Rege Ægidio Corrozet conceſſum eſt ad ſexennium, & anno* 1552. *datum. Impreſſio finita* 12. *Mart.* 1553. *Initio præfigitur Gulielmi Cavellat inſigne, Gallina, cum litttris G. C.*

(*h*) Nouvelles de la Royne de Navarre. Imprimé à Paris, par Benoiſt Prevoſt &c. 4. 1560. *Privilegium Regium Ægidio Gilles Librario mercatori in decennium datum eſt anno* 1558. „ Caille p. 152.
„ Gilles Gilles libraire juré fit imprimer
„ la Geomance de Chriſtophle de Cat-
„ tan 4. 1567. ( *Vide Verdier. p.* 166. )
„ Il fit imprimer avec ſon frere Nicolas
„ par Iean Charron, *Onuphrii Reip Rom: Comment Lib.* 3. *in* 8. 1588. Ils a-
„ voient pour marque trois couronnes les
„ unes ſur les autres paſſées en ſceptre,
„ que deux tiennent par deſſous, avec
„ ces mots, *Hic labor.* Gilles eut quel-
„ ques enfans de Marguerite le Grandſon
„ épouſe. *Ægidius Gillius habitabat in vico Joan. Lateran. ad interſignium trium coronarum, uti conſtat ex Augerii Ferrarii libro de lue Hiſpan. apud eum in* 8. 1564. *excuſo; cui inſigne typographicum præfigitur homo gravi pondere onuſtus locum arduum aſcendens; circum euntibus verbis*, ITQUE REDITQUE VIAM.

* Hujus Libri ſecunda editio correctior & auctior prodiit in 8: *à Paris en la grand' Salle du Palais, en la boutique de Gilles Corrozet Libraire.*

„ primé à Paris chez Denis Janot 1538. & 1540. & depuis à Lyon
„ 1536. Et avec le ſecond Livre faict par Claude Champier Lyon-
„ nois fils de Symphorian, à Lyon 1540.

„ Hecatongraphie, ou cent figures contenans pluſieurs ſentences &
„ proverbes, tant des anciens que des modernes: à Paris, chez De-
„ nis Janot. 1543.

„ Le tableau de Cebes, traduit par ledit Corrozet en vers Francois:
„ impr. à Paris par Loys ( *ſic in La Croix du Maine*, *ſed in du Verdier*
„ Denys ) Janot. 8. 1543.

„ Le conte du Roſſignol, imprimé à Paris 1546. par ledit Corro-
„ zet, & depuis à Lyon par Jean de Tournes 1547.

„ Le premier & ſecond Livre des Fables d'Æſope en vers Fran-
„ cois avec leurs arguments. Impr. à Paris 16. par Eſtienne Groul-
„ leau 1548.

„ Le conſeil des ſept Sages, tant en proſe qu'en vers, imprimé à
„ Lyon chez Jean de Tournes. 1540.

„ Les exemples des œuvres de Dieu & des hommes priſes du Livre
„ de la Geneſe: avec la doctrine de la verité extraicte de Salomon.
„ Plus vers moraux. Le tout en vers. Impr. à Paris 8. par ledit Cor-
„ rozet 1551.

„ Les authoritez de pluſieurs Princes, & Philoſophes Grecs & La-
„ tins en Italien & Francois, recueillies en Latin par Nicolo Libar-
„ rio, & miſes d'Italien en proſe Francoiſe par Gilles Corrozet: impr.
„ à Lyon 16. par Jean Temporal 1551.

„ Epitome des hiſtoires des Rois d'Eſpaigne, Caſtille, Arragon,
„ Boeſme, Hongrie, &c. Impr. à Paris 8. par ledit Corrozet. 1553.

„ Les divers & memorables Propos des nobles hommes de la Chres-
„ tienté. impr. à Paris, & depuis à Lyon 16. par Gabriel Cotier,
„ 1558. & 1560. & à Paris, par Galiot du Pré, 1567.

„ Les ſentences des ſept Sages miſes en diſtiques Francois, impr. à
„ Paris 16. par ledit * Corrozet traducteur, 1570.

„ La fleur des Sentences Morales miſes en vers Francois, imp. à
„ Lyon 16. par Hugues Barbou 1562.

„ La pompe funebre de Francois de Lorraine Duc de Guiſe; impr.
„ à Paris, par Jean Dallier, 1562.

„ Le Parnaſſe des Poëtes Francois modernes, impr. à Nancy 8. par
„ Jean Lenſon; 1572.

ÆGIDII CORROZET multa alia opera recenſentur in Bibliothec. Verdier & la Croix du Maine, impreſſa ſinè anni indicio ( utì apud Simlerum, *ejus memorabilia impreſſa Italicè in* 16. ) quæ hìc non adjicere viſum eſt.

„ Le

* Hic tamen liber à Corrozeto non potuit eo anno imprimi, nam obiit anno 1568.

„ Le threſor des hiſtoires de France, reduites par tiltres, imprimé à Paris chez Galiot Corrozet, fils du ſusdit, l'an, 1583.
„ La plaiſante hiſtoire d'Apollonius, Prince de Thir en Afrique & Roy d'Antioche, traduit par Gilles Corrozet en ſes jeunes ans, imprimée à Paris par Alain Lotrain & Denis Janot.
„ Il a traduit d'Eſpagnol en Francois, la priſon d'amour, imprimée en langue Eſpagnole & Francoiſe, ſoubs le nom de Carcel d'Amor, à Paris, l'an 1567, par ledit Corrozet & Robert le Mangnier.
Petri Bellonii de operum antiquorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantiâ libri tres; & de arboribus coniferis liber unus; 4. 1553. in bibliothecâ Ægidii Corrozet, ad Palatium Regium, juxta ſacellum Præſidum.
„ L'hiſtoire de la nature des oyſeaux par Belon, en ſept livres, impr. à Paris in fol. chez Gilles Corrozet, par Benoiſt Prevoſt; 1555. ( & pour Guillaume Cavellat. *Vide Caille. p.* 121.

Gilles Corrozet mourut à Paris le 4. de Juillet l'an 1568. agé de 58. ans ou environ : & laiſſa pluſieurs enfans. Son Epitaphe & celle de ſa Femme ſe liſent aux Carmes de la place Maubert.

*Heu! heu! Corrozete, jaces: cor Numina ſumant,*
*Donec terra roſam proferat iſta tuam.*
*Scilicet invideas, nec parcas, ferrea Clotho:*
*Permanet in ſcriptis gloria viva ſuis.*

*L'an mil cinq cens ſoixante-huit,*
*A cinq heures devant minuit,*
*Deceda GILLES CORROSET:*
*Aagé de cinquante-huit ans,*
*Qui Libraire étoit en ſon temps.*
*Son corps repoſe en ce lieu-cy;*
*A l'ame Dieu faſſe mercy.*

*Cy deſſous repoſe le corps de MARIE HARELLE, jadis Femme de GILLES CORROZET, laquelle deceda le quatriéme jour de May 1562. par ladite miſericorde de Dieu l'ame ſoit en Paris.*

Cùm paulò antè viduæ Arnoldi Birkman & Volande Bonhomme viduæ Thielmanni Kerver *Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 580. mentionem fecerim, neutiquam prætereundæ ſunt aliquæ præ-

præterea mulieres librariorum conjuges, quæ laudabili in litteras animo præditæ, artémque cum maritis intermori non paſſæ, poſt eorum mortem officinas vacare & opus typographicum ceſſare vetuerunt: quales CAROLA GUILLARD vidua (*a*) CLAUDII CHEVALLONII, EMUNDA TUSANA vidua (*b*) CONRADI NEOBARII, JOANNA DE MARNEF vidua DIONYSII JANOT, & vidua (*c*) MAURICII A PORTA; Pariſiis: & vidua MARTINI CÆSARIS, Antverpiæ.

CAROLA GUILLARD inclaruit ab anno (*d*) 1538. usque ad (*e*) annum 1555. Habitavit in viâ Jacobæâ ſub ſole aureo: quod erat Claudii Chevallonii inſigne. Ipſa mariti defuncti vel ſuum nomen (*f*) ( C. G. C. CHEVALLON. (*g*) vel C. C. CAROLA GVILLARD. ) inſignibus inſerebat. Suis editionibus typos tam (*h*) Græcos quàm Latinos adhibebat elegantiſſimos: curabátque, ut, quicquid è ſuâ prodibat officinâ, (*i*) auctum & (*k*) emendatiſſimum in eruditorum manus veniret. Huic ſocii & ſubſidiarii in ſumptibus ferendis adfuerunt (*l*) *Joan-*

(*a*) Lege Annal. Typogr. Tom. 2. p. 92.

(*b*) De hôc dictum eſt in initio hujus tomi tertii.

(*c*) Lege Annal. Typogr. Tom 2. p. 580.

(*d*) Iuſtin. Liber admonitor. gentium, Latiné. 4. 1538.

(*e*) Chryſoſtom. in Pſalm. 100. Græcè, 8. 1555.

(*f*) Vocabular. utriusque jur. 1538.

(*g*) Lexic. Græco-Lat. fol. 1552.
„ Caille p. 111. Charlote Guillard im-
„ prima *Corpus Juris civilis ad exemplar*
„ *Haloandri* in 8. ſept volumes en 1540.
„ & 1547. *S. Gregorii Magni opera* in
„ fol. trois volumes en 1546. *S. Baſilii*
„ *Magni opera Latinè* in fol. 1550. *Ga-*
„ *gnæus in Evangelia* in fol. 1552. *Ori-*
„ *genis Adamantii Comment. in Joann.*
„ in fol. 1555. *S. Jo. Chryſoſt. opera La-*
„ *tinè* in fol. 1554. & pluſieurs autres
„ ouvrages en leur perfection: ce qui eſt
„ conſiderable pour une femme d'avoir
„ imprimé durant ſon veuvage preſque
„ deux fois tous les Peres de l'Egliſe.

(*h*) Pſalter. Græco-Lat. 12. 1545. Exemplaria proſtant ſub cruce albâ in vico Jacobæo. Excudebat Carola Guillard. *Crux alba ( uti poſtea apparebit ) erat Gulielmi Desbois inſigne. Huic Pſalterii editioni conformem eſſe illam poſteriorem* 1559. *( de qua priùs ) quæ à Benedicto Prevotio prodiit, deprehendet, quicunque utramque contulerit.*

(*i*) Ex ædibus CAROLÆ GUILLARD prodierunt in fol. 1541. D. Auguſtini Opera omnia ad fidem vetuſtorum exemplarium ſummâ vigilantiâ à mendis innumeris repurgata &c. cui acceſſerunt libri, epiſtolæ, ſermones, & fragmenta aliquot, hactenus nunquam impreſſa; cum indice multò, quàm Baſilienſis fuerat, copioſiore. *Huic editioni alias Pariſiis præiviſſe obſervat clariſſ. Fabricius ( Bibliothec. Lat. Vol. 3. Supplem. p. 515. ) primùm* 1515. *deinde* 1531. *ex officinâ Claudii Chevalloni*, & ſucceſſiſſe aliam 1555. *apud Claudium Guillardum.*

(*k*) Lexic. Græco-Latin. fol. 1552. *Quâ accuratione hoc opus prodierit, Carolæ Guillard præfatio ſatis declarat. Hanc editionem à Jacobo Bogardo typographo & Jacobo Tuſano Regio Græcarum litterarum profeſſore quinque ante annos ſuſceptam, deinde & Bogardo & Tuſano defunctis intermiſſam, ipſa Federico Morello totius operis duce & præfecto uſa, tandem ad finem perduxit.*

(*l*) Alex. ab Alex Geniales Dies fol: 1539: Væneunt apud Ioannem Roigny: Excu-

*Joannes Roigny*, (*a*) *Gulielmus Desbois*, (*b*) *Gulielmus Merlin*, & (*c*) *Sebaſtianus* ( ut conjicio ) *Nivellius.* Neſcio quo cognationis gradu CAROLAM GUILLARD attigerint (*d*) *Gulielmus Guillard* & (*e*) *Gervaſius*

Excudebantur in ædibus Carolæ Guillard.

(*a*) Biblia Vulgata. ſecunda Editio. Pariſiis 1549. fol. proſtant apud Carolam Guillard ſub ſole aureo, & Guilielmum Desbois in cruce albâ, viâ ad divum Jacobum. Excudebat Carola Guillard. *Biblia hæc rurſus apud hanc & illum junctim edita reperio anno* 1552. *in Biblioth. Sacr. Jacobi le Long. p.* 608.

(*b*) Lexicon Græco-Latin. fol. 1552. apud Carolam Guillard, & Gulielmum Merlin in ponte Teloneorum ſub ſigno hominis ſylveſtris. *Privilegium Regium utrique junctim conceſſum.* Primus omnium ( *inquit illa in præfatione* ) Gulielmus Merlin ultro occurrit, qui ſe tantos nobiſcum reipublicæ litterariæ gratiâ ſumptus & liberaliter & cumulate facturum polliceretur. *Obſervandum eſt, quod illa ſub præfationis ſuæ finem lectores monet*; ſcilicet *ſe hoſce quinquaginta annos continuos hoc imprimendi munus adminiſtrâſſe. Præfatio illa ſcripta eſt anno* 1552. *Igitur incœpit Typographicen exercere anno* 1502. *cùm Bertholdi Rembolti ( de quo Annal. Typogr. Tom.* I. *p.* 156. ) *uxor eſſet; & eandem usque ad ann.* 1555. *continuavit. Annos ergo totos quinquaginta tres ( quot inter typographos pauciſſimi ) in re litterariâ conſumpſit.* „ Caille. p. 145. Guillaume „ Desbois, qui eut l'Imprimerie & la „ marque de Charlotte Guillard, dont „ il épouſa la ſœur; imprima la Pratique „ Civile de Claude Lienard ( *Vide. Biblioth. Verder. p.* 183. )in 8. en 1560. „ Il a auſſi imprimé quelques Livres pour „ Sebaſtien Nivelle & G. Merlin, avec „ leſquels il étoit quelquefois aſſocié. Sa „ marque étoit un Soleil au haut de ſes „ armes ( *Inſigne ipſius fuiſſe crucem albam paulò antè obſervavi* ) Il étoit un „ des habiles Imprimeurs de ſon temps, „ auſſi bien que ſa femme Michelle „ Guillard, qui imprima pour G. Merlin & Seb. Nivelle, *S. Bernardi opera* „ in fol. 1566. Caille p. 133. 137. 142. „ Guillaume Merlin Libraire juré en „ 1538. fit imprimer *Nov. Teſtament.* „ in 16. 1554. Il épouſa Câtherine Godard. Jean Amazeur imprima pour „ Guillaume Merlin, *Antidotarius animæ*, in 12. 1554. rouge & noir: Guillaume Merlin & Sebaſtien Nivelle aſſociez firent imprimer *Pandectæ Juris Civilis* in fol. cinq volumes en 1559. „ Leur marque étoit le temps & un „ Ange dans les nues, qui verſe de l'eau „ ſur des fleurs, & un homme qui beche la terre, avec ces paroles de l'Ecriture Saincte, *Veniet tempus meſſionis: non oderis laborioſa opera; homo naſcitur ad laborem; vade piger ad formicam.*

Joannes de la Caille modò produxit Nov. Teſtament. in 16. 1554. apud Gul. Merlin editum. Et Jacobus le Long in Bibliothec. Sacr. p. 654. habet, *Nov. Teſtament. Latin. in* 24. *Pariſiis, apud hæredes Carolæ Guillard* 1554. Quaſi tum Carola mortem obiiſſet; cùm tamen viderim ( utì ſuprà citavi ) *D. Chryſoſtom. Hom. in Pſalm.* 100. *Græcè. Apud Carolam Guillard* 8. 1555. Quæ ſanè aliter conciliare non poſſum, quàm ſi verba [ *apud Carolam Guillard* ] nihil aliud niſi [ *in ædibus Carolæ Guillard* ] ſignificent.

(*c*) *Carolam Guillard* & *Sebaſtianum Nivellium* fuiſſe conſortes cur conjectem, cauſa eſt hæc, quòd anno eodem 1554. in 8. edita videam quædam Nectarii & Chryſoſtomi, Græcè apud Carolam Guillard, Latinè apud Sebaſtianum Nivellium.

(*d*) Caille p. 137. „ Guillaume Guillard Libraire juré fit imprimer *Joan. Damaſcen. adverſ. eos qui ſanctas imagines criminantur, Græcè & Latinè, interpr. Godof. Tilmanno*, 4. 1555. Præterea invenio *Abdiæ certamen Apoſtolicum*; *Vit. S. Matthiæ, Marci, Clementis, Cypriani, Apollinaris, Martini; Latinè, apud Guilielmum Guillard, & Almaricum Warancore ſub divæ Barbaræ ſigno in viâ Jacobæâ* 8. *Paris.* 1560.

(*e*) Apud *Gervaſium Chevallonium* ann. 1538. in fol. prodiit elegantiſſima Quintiliani Inſtitutionum cum Petri Gallandii ar-

*vaſius Chevallonus:* ille forſan affinis tantùm, hic *Claudii Chevalloni* (qui CAROLAM GUILLARD duxerat) filius.

EMUNDA TUSANA vidua CONRADI NEOBARII, quam *Jacobi Tuſani* filiam ferè putaverim, non diu poſt mariti mortem munere typographico perfuncta eſt. Libros vix tribus plures ((*a*) 1540. & (*b*) 1541.) ſub illius nomine excuſos vidi; Græcè omnes, Latinè nullos. Sunt quidem (*c*) libri aliquot anno 1541. Græcè impreſſi; quos ex charactere, & inſigni (quod fuit idem ac ipſius Neobarii) fœtus ejuſdem officinæ penè crederem. Quæ tamen conjectura ſi minùs placuerit, proxima erit, ut forſan ad JACOBUM BOGARDUM (*d*) inſignem typographum referam.

JACOBUS BOGARDUS anno 1541. emiſit Ariſtotelis Oeconomicorum libros duos in 8. Latine ex Bernardini Donati interpretatione. Iidem libri eodem anno in 8. Græcè prodierunt, absque typographi nomine, ſed inſigni *Neobarii* præmiſſo, & vix dubito, quin idem typographus (nempe *Bogardus*) & hos, & illos curaverit. Ex ejus officinâ emiſſos bene multos habemus libros cùm Latinè tum Græcè elegantiâ typorum nobiles ab anno 1541. usque ad annum (*e*) 1546. Hôc anno (*f*) circiter (nempe 1546.) Lexicon Græco-Latinum, *Tuſani* ductu, *edendum ſuſcepit. Tum in eo excudendo occupatus eatenus perrexit, quoad optimus ſcriptor* (Tuſanus) *collocando & adverbum deſcribendo primam eámque perexiguam tanti operis partem præparaverat, Sed Bogar-*

argumentis & notis marginalibus, ejuſdémque Declamationum editio. Privilegium eidem Gervaſio Librario mercatori jurato in univerſitate Pariſienſi in triennium à Parliamento conceſſum. Libro inſigne typographicum præmittitur ſcutum à duobus equis geſtatum. Scuto inſcribuntur Litteræ G. C.; ſuperimponitur D. Chriſtophori figura; Subjicitur nomen G. CHEVALLON. Apud eundem anno 1539. in 8. prodierunt Guerrici ſermones; *apud Gervaſium Chevallònium ſub ſigno divi Chriſtophori commorantem.*

(*a*) Alexandr. Aphrodis. Problem. 12. & Plethon. de differ. Ariſtot. & Platon. 8.

(*b*) Caſſii Problem. 12.

(*c*) Homer. Odyſſ & Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. & Apollon. Rhod. cum Schol. & Ariſtotel. Oecònom. 8. ſed ſinè nomine typôgraphi.

(*d*) Caille p. 118. „ Jacques Bogard „ fit imprimer, *Theophylacti Comment.* „ *in Epiſtolas Pauli* in 8. 1542. Hiſtoi„ re des Plantes de Fuchſio in 8. 1543. „ *Iſocrates Græcè* in 8. 1543. *Enchiri*„ *dium Pſalmorum cùm Paraphras. Joan.* „ *Campenſis* in 8. 1545. Ce Livre, „ quoique r'imprimé pluſieurs fois, ne „ laiſſe pas d'eſtre très recherché & fort „ eſtimé. Il eut d'Anne Touſſard ſa „ Femme un fils nommé Jacques, né „ le 28. Sept. 1547. *Inter libros, quos* „ *Joannes de la Caille recenſet à Jaco*„ *bo Bogardo excuſos, habetur* Homeri „ Ilias in 8. 1543. Et vidi librum, qui „ quidem hunc titulum præfert, nec tamen plures quàm tres priores rhapſodias Græcè cum Latinâ Eobani verſione continet. An reliquas unquam excuderit, aut excudere decreverit, neſcio

(*e*) Demoſth. Philippic. quarta. Græcè; 4. apud Jacob. Bogardum. 1546.

(*f*) Lege, quæ ſuprà ex Carolæ Guillard præfatione ad Lexic. Græco-Lat. 1552. citavi.

*gardum ipſum conjugémque ejus honeſtiſſimam cum* (*a*) *prole chariſſimâ una ferè dies morbo abſumpſit. Tot* ( ait Carola Guillard in illâ præfatione ) *hominum uno ferè temporis puncto extinctorum cùm vicem dolerem* ( *Bogardus enim mihi filius ſororis erat, idémque longè chariſſimus*), *tamen non tam propinqui mei* [ ſcil. Bogardi ] *quàm publicè viri illius* [ ſcil. Tuſani ] *immortali memoriâ digni deflebam.* Hinc mihi videtur CAROLA GUILLARD duas ſorores habuiſſe, alteram ( de quâ priùs ) *Michaelam*, *Gulielmi Desbois* uxorem, alteram *Jacobi Bogardi* matrem. Libris à Bogardi officinâ emiſſis præfiguntur hæc verba, *apud Jacobum Bogardum ſub inſigni divi Chriſtophori, è regione gymnaſii Cameracenſis.* Inſigne tamen typographicum plerumque apponitur *Conradi Neobarii*, crux ſcilicet ſive figura Tau cum ſerpente circumflexo. (*b*) Eadem inſignia, hoc libris, illud officinæ applicuit Martinus Juvenis ( de quo poſtea ) qui (*c*) Petronillam Bogard uxorem duxit.

(*d*) JOANNA MARNEF vidua DIONYSII JANOT anno 1545. operam typographicam (*e*) *Vincentio Sertenas* Librario mercatori commodavit.

Vi-

(*a*) Filius Bogardi ( ut ſuprà notavi ) natus eſt ann. 1547. nec forſan multis poſtea annis pater, matérque & filius ſuperſtites fuere.

(*b*) Chald. Tranſlat. Abd. & Jon. 4. apud Martinum Juvenem ſub inſigni D. Chriſtophori, è regione gymnaſii Cameracenſium. 1550. *cum figurâ ταῦ & ſerpente circunflexo.*

(*c*) Caille p. 124.

(*d*) Traité de Loys Meigret touchant l'eſcripture Francoiſe &c. 8. 1545. de l'Imprimerie de Jeanne Marnef, veſve de feu Denys Janot, demourant en la rue neufve noſtre Dame, à l'enſeigne de S. Jean Baptiſte. *Privilegium imprimendi Vincentio Sertenas à Parliamento ann.* 1542. *conceſſum.* Duo fuere ( Caille p. 62. 106. Annal. Typogr. Tom. 1. p. 149. & Tom. 2. p. 581. ) typographi, Dionyſii Janot nomine, pater & filius; ille artem exercuit 1484. [ *Le Guidon de Jean Falcon* 1484. Caille p. 62. ] hic 1536. & 1542. [ *Forme de proceder es cauſes criminelles par Antoine Columbin* 1556. Croix du Maine p. 13. *le Lys très Chreſtien de Triſtan de l'Aſcagne*, 4. 1540. Croix du Maine p. 469. Verdier p. 1184.] Joanna de Marnef, quam Dionyſius Ianot pater duxit ( Caille p. 62. ) poſt conjugis obitum, vidua eodem ferè tempore, quo Dionyſius Ianot filius, librariam officinam curavit, ætate ſanè ut mihi videtur admodum provecta.

(*e*) Caille p. 109. „ *Vincent Sertenas* „ fit imprimer le * Livre de la Diſci- „ pline d'Amour divin in 8. 1538. Et „ par Ieanne Marnef veuve, les Ama- „ dis de Gaule fol. 1548. † les Anti- „ quitez de la Gaule Belgique de Ri- „ chard de Vaſſebourg fol. 1549. Il a- „ voit autour de ſon Chiffre pour devi- „ ſe: *Vincenti, non victo, gloria datur.* „ § Vincentio Sertenas ſocium, aliquan- „ do fuiſſe Gulielmum Barbé compe- „ rio.

* Hunc librum Verderius in Bibliothec. p. 271. habet, *A Paris, par Simon de Colinez & Vincent Sertenas.* 1538.

† Hic liber in Bibliothec. Verder. p. 1222. & Croix du Maine. p. 442. legitur *impr. à Paris fol. par François Girauld* 1549. Et hinc puto Franciſcum Girauld & Vincentium Sertenas fuiſſe ſocios.

§ Le theatre de Jacques Grevin; 8. pour Vincent Sertenas demeurant en la rue neuve noſtre Dame à l'enſeigne S. Jean l'Evangeliſte, & en ſa boutique au Palais en la Gallerie, par ou on va à la Chancellerie: & pour Guillaume Barbé rue S. Jehan de Beauvais devant le Bellerophon. 1562.

Vidua Mauricii a Porta, conjuge (*a*) defuncto, in eâdem arte ſe exercere, ab anno (*b*) 1548. usque ad annum (*c*) 1556. in clauſo brunello ſub interſignio D. Claudii, non deſtitit.

His apud Pariſienſes mulieribus celebratis, quæ virilem animum ſortitæ, maluerunt libros quàm colum lanámque tractare, ut laudem à maritis partam ab interitu redimerent, & ſibi integram conſervarent, ſileri non debet Vidua Martini Cæsaris, quæ Antverpiæ (*d*) anno 1537. rem officinæ poſt obitum (*e*) conjugis adminiſtrabat.

Præter illos ſuprà memoratos, alii plurimi, Pariſiis, Lugduni, aliíſque (quas referre eſſet mora longior) in Galliæ civitatibus, provinciæ typographicæ negotia ſtrenuè & gnaviter obibant:

Pariſiis; anno 1537. (*f*) Joannes Barbe-d'Orge; (*g*) Stephanus Roffet, dictus le Faulcheur; (*h*) Joannes Macæus:

1538.

(*a*) Mauricius à Portâ ultra annum 1547. vitam non produxit.

(*b*) Cicer. Orat. pro Quint. 4. 1548.

(*c*) Rudim. Thom. Linacr. 8. 1556.

(*d*) Io. Colet. Editio Gramm. 8. 1537.

(*e*) Martinus Cæſar adhuc vivebat anno 1536. Vide Annal. Typogr. Tom. 2. p. 850.

(*f*) Caille. p. 108 & Verdier. p. 104. „ Le petit œuvre d'Amour & gage d'amitié, contenant pluſieurs dicts amoureux, traduicts du Grec ou Latin en rime Francoiſe: & ſur la fin eſt deſcrite en proſe l'hiſtoire de Titus & Giſippus. Impr. à Paris 8. par Iean Barbe-d'Orge. 1537.

(*g*) Vide Annal. Typogr. Tom. 2. p. 399. Huic Stephano duo alii cognomines, & (ut putò) affines fuere Andreas & Poncetus; de quibus Caille p. 118. 119. Verdier. p. 169. 72. & Croix. du Maine. p. 54. „ Claude Chapuis, „ dit Capuſius, natif de Rouen, valet „ de Chambre ordinaire du Roy Francois I. & ſon Imprimeur & Libraire „ (*Verdier.* garde de ſa Librairie) compoſa un poëme de la fuite de l'Empereur Charles V. devant le Roy Francois I. ou l'aigle qui fait la poule devant le coq à Landrecy, imprimé à „ Paris 1543. par André Roffet. Le „ Decameron de Jean Boccace traduit „ par Antoine le Macon, imprimé à „ Paris fol. par Ponce Roffet. 1543.

(*h*) Caille. p. 108. „ Jean Macé fit „ imprimer *Aureum opus de veritate contritionis*; 8. 1537. &c. *Calepin. fol.* „ 1595. Il eſtoit un des plus habiles „ Libraires, & un de ceux, qui a le „ plus fait imprimer de ſon temps. Suorum librorum titulis ſubſcribere ſolebat, *Apud Joannem Macæum, in monte D. Hilarii, ſub ſigno ſcuti Britannici.* Inſigne ejus typographicum fuit mulier, altero genu nixa: ſubjectâ hâc voce OPINIO, acclinis arbori, hinc frondentibus ramis, illinc nudis ac ſterilibus: mulier alterâ manu ſerpentem tractat, alterâ alitem gerit alatam: ab eâ parte, quâ rami ſterileſcunt, pendet lemniſcus cum hâc ſententiâ, A SINISTRA CAVETO: totum inſigne circumeunt hæc verba, VINCIT LÆVA, PERIMIT DEXTRA. Videtur mihi cum Petro Gaudoul conſortium habuiſſe; nam Virgilii editio in 4. 1539. (apud Joannem Macæum) gerit inſigne Petri Gaudoul (de quo Annal. Typogr. T. 2. p. 548.) Quin ipſe etiam p. 548. Gauſtoul ſubſcribebat hæc verba (vid. loc. citat Annal. Typogr. Tom. 2.) *in viâ Sancti Hilarii, ſub ſigno ſcuti Britannici.* Joanni Macæo excuderunt Antonius Jurianus (Bedæ opera. 3. Vol. fol. 1545 *Caille* 117.) Guillelmus Thibouſt (Dionys Carthus. in Sapient. &

Ec-

1538. (*a*) ARNULPHUS LANGELIER; (*b*) PETRUS HERMIER:
1539. (*c*) THIELMANUS VIVIAN; (*d*) HENRICUS PAQUOT:
1540. (*e*) JOANNES MALLARD; (*f*) THIELMANUS KERVER:
1541. (*g*) LUCAS CHALLONEAU; (*h*) PETRUS ATTAIGNANT:
1542. (*i*) NICOLAUS L'HERITIER; (*k*) GULIEL-

Eccleſiaſtic. 8. 1549. *Caille* 118.) Johannes le Blanc junior (Plaut. cum Comm. Lambin. fol. 1576. Horat. cum ejusd. comm. fol. 1579.) & Federicus Morellus (Les Morales de Plutarque fol. 1581.) Joannes Macæus fuit aliquando unus ex viginti quatuor librariis juratis Univerſitatis Pariſienſis (Vid. Privilegia Plauto & Horatio ſupradictis affixa.) de quibus conſule Chevillerium in Hiſt. Imprim. Paris. pag. 341. 336.

(*a*) Caille. p. 109. 114. „ Arnoul Langelier fit imprimer le Iuſtin traduit en „ Francois. fol. 1538. &c. Il eſtoit quelquefois aſſocié avec ſon frere Charles. Ces deux freres aſſociez enſemble firent imprimer les Actes des Apoſtres, Comedie repreſentée à Bourges en Berry, in 4. 1540. Ils nous ont laiſſé quantité de livres, qui nous font connoiſtre leur habileté en l'art d'Imprimerie, & negoce de Librairie, & ils peuvent paſſer pour avoir fait imprimer le plus de leur temps. Ils avoient pour marque dans leur Societé un petit Ieſus, tenant deux Anges liez, faiſant alluſion à leur nom avec ces paroles: *D'un amour vertueux l'alliance immortelle, les Anges-liez.*

(*b*) Caille. p. 110. „ Pierre Hermier imprima, Epitome du Livre de Aſſe, composé par Guillaume Budé. 8. 1538.

(*c*) Caille. p. 110. Verdier. p. 12 „ Seconde partie du grand Marial de la Mere de vie tranſlatée de Latin en Francois par Adam de S. Victor, impr. par Thielman Vivian. 1539.

(*d*) Caille p. 111. „ Henry Paquot fit imprimer par la veuve de Thielman Kerver (*ſcil. Yolande Bonhomme*, de quâ priùs) *Miſſale Pariſienſe* rouge & noir fol. 1539. Hujus Henrici neſcio an frater fuerit Ægidius Paquot (Caille p. 116.) „ qui fit imprimer *Rituale vel* Manuale Pariſienſe. 4. 1542.

(*e*) Caille. p. 112. „ Iean Mallard imprima *Lud. Fidelis Nervii Theol. Proſeſſ. de Militiâ ſpirituali lib.* 4. 8. 1540.

(*f*) Caille. p. 113. „ Thielman Kerver fils de Thielman (*de quo Annal. Typogr. Tom.* 1. *p.* 305. imprima plusieurs livres avec ſon frere Iean. Il épouſa Marie Paleau environ l'an 1540. de laquelle il eut Iacques né le 30. de Mars 1554.

Anno 1540 quis typographus Pariſiis in Italorum collegio artem exercuerit, neſcio; ſed reperi libros ibi impreſſos; E. G. *Librum Michlol Grammat. Hebr. R. David Kimhi, edente Agathio Guidacerio;* 8. 1540.

(*g*) *D. Auguſtin. de Doctrin. Chriſtian. Libri* 4. *Pariſiis, in* 12 *ex officinâ Lucæ Challonneau, ſub interſignio ſedis ligneæ, prope ſanctum Hilarium.* 1541.

(*h*) Caille. p. 116. „ Pierre Attaignant, Imprimeur pour la Muſique, imprima *Cantica Canticorum Salomonis in* 4. 1541. *Plin. Hiſtor. in* 4. 1551.

(*i*) Caille. p. 116. „ Nicolas l'Heritier fit imprimer, Reponſe aux Remonſtrances faites à Charles V. ſur la reſtitution de Navarre & de Milan; 8 1542. *Joannes de la Caille p.* 116. *nominat* Thibault Charron *librarium; ſed nullos eius nomine ſignatos refert.*

(*k*) Caille. p. 116 „ Guillaume de la Motte fit imprimer, Prognoſtication de Iean de Brie environ l'an 1542.

(*a*) Caille.

Lielmus de la Motte; (*a*) Nicolaus de Guignant; (*b*) Jacobus Gazellus; (*c*) Ludovicus Grandinus.

1543.

(*a*) Caille p. 117. „ Nicolas de Gui- „ gnant fit imprimer par Pierre Vidoue, „ *Cæſar. Comm.* 8. 1542. *Perion. de geſt.* „ *Apoſtol.* 16. 1551.

(*b*) Caille. p. 117. „ Iacques Gazeau „ ou Gazelle fit imprimer Alberti Pi- „ ghii controverſiæ, 8. 1542. le com- „ mentaire de l'hiſtoire des Plantes par „ Eloy Magnan [ *Vid Verdier. p.* 275. ] „ fol. 1549. Il eut pour femme Cathe- „ rine Barbé, qui fit imprimer *Joan. He-* „ *nerii de triſtiſſimo peſtilentiæ malo*, 16. „ 1551. Forſan illa Catharina Barbé fuit filia Ioannis Barbé, qui excudit. „ ( Cail- „ le p. 120. Verdier. p. 672. ) L'Art „ de la guerre de Nicolas Machiavelle; „ avec l'eſtat & charge d'un Lieutenant „ General d'Armée par Onoſander Phi- „ loſophe Grec, traduit en Francois par „ Iean Charrier; fol. 1546. Iacobo Gazello ſub inſigni ſcuti Coloniæ viâ ad D. Iacobum excudebat Ioannes Barbæus Pariſiis. *Flamin. Explanat. in Pſalm.* 12. 1545. Vidi *Gal de Simplic. medicament. Latinè, Theodorico Gerardo interprete*, 12. *Paris apud Jacobum Cazellum ſub ſcuto Colonienſi in viâ Jacobæâ*, Et *Auctuar. de Urin.* &c. 8. *Pariſiis excudebat Jacobus Gazellus* 1548. Cujus libri exemplaria ſunt, quæ gerunt in titulo nomen Ioannis Roigny, qui fortè fuit Gazelli ſocius, vel ejus operâ utebatur. Iacobus Gazellus obiit anno 1548. vel 1549. nam *Galen. de Art. Curand. Martino Acakiâ interprete & enarratore : Paris.* 8. *apud viduam Jacobi Gazelli è regione collegii Cameracenſis*, Ioannem Barboum ( idem, ut puto, qui ſuprà Ioannes Barbæus, Iean Barbé ) comperio anno 1537. Lugduni Germano Roſe & Michaeli Parmanterio excudiſſe Libros hosce; ſcil. *Joannis Meſue defens.* &c. 8. *Lugduni apud Germanum Roſe*, 1537. *Joan. Vulteii Epigramm.* 8. *Lugduni apud Michaelem Parmanterium ſub ſcuto Baſilienſi.* 1537. Huic Vulteii Epigramm. editioni præfigitur inſigne gruis lapidem pedis alterius unguibus tenentis; cum his epigraphis; PLVS VIGILA. *Plus vigila, eſt ſomno melior vigilantia; namque. Hæc recti nutrix; hic fovet omne ſeclus.* Καθεύδων οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος. Αἱ γεράνοι λίθους καταπεπωκυῖαι. De gruibus conſule Plin. Hiſtor. lib. 10. cap. 3. & Claud. Min. Comment. in Emblem. 17. And. Alciat. Ioannes Barbous aliàs le Normand anno 1536. ( Vid. Annal. Typogr. Tom. 2. p. 856. ) excudit Lugduni Philippo Rhomano Nicolai Borbonii παιδαγωγεῖον. Inter Vulteii Epigrammata p. 183. hoc habemus;

*De Joanne Barbeo & Philippo Rhomano.*

*Quòd terſus meus exeat Libellus,*
*Quòd purus, nitidus, caréntque nævis,*
*Quòd raris obelis venit notandus;*
*Non debet mihi, ſed meis amicis,*
*Qui curam exhibuere, qui laborem*
*Summum, quique operam modò inchoato*
*Nunquam ſponte operi ſuam negârunt,*
*Ut purus, nitidus foret libellus.*

Et ad finem erratorum:

*Barbous Lectori.*

*Si tu præter hæc repereris, lector, quæ oculos noſtros fugerint, corrigito, & autori nobìsque veniam dato.*

(*c*) „ Caille. p. 117. Louis Grandin im- „ prima *M. T. aliquot epiſtolæ cum Latinâ* „ *ſimul & Gallicâ interpretatione, Ma-* „ *thurino Corderio auctore* 8. 1542. *An-* „ *thologia Græcorum Epigrammatum per* „ *Franc. Belcarium.* 8. 1543. At hujus libri vera deſcriptio ſic ſe habet: *Anthologia Græcorum Epigrammatum liber primus univerſus per Franciſcum Bellicarium Peguilionem in Latinum ſermonem converſus.* 4. *Excudebat Ludovicus Grandinus Pariſiis*, 1543. *Væneunt exemplaria apud Lud. Grandinum juxta divum Stephanum Montanum in ſigno Galli.* Inſigne typographicum

1543. (*a*) JOANNES DE BROUILLY; (*b*) NICOLAUS DE BURGES; (*c*) JOANNES DE BOULLE; (*d*) JOANNES PALEARIUS; (*e*) MICHAEL DE LA GUIERCHE:

1544. (*f*) LYENARDUS LE SUEUR; (*g*) NICOLAUS BOUCHER: (*h*) JOANNES RUELLE:

1545.

phicum eſt homo ſtans erectus, ſphæram, quam manus cœlitus porrigit, dextrâ apprehendens, lævâ tenens ſphæram alteram, quam dum homo alter conatur captare, ipſe decidit reſupinus, illa in tangentis manu frangitur. Figuris inſeritur hæc epigrapha; BONVM EST CONFIDERE IN DOMINO QVAM CONFIDERE IN HOMINE. Pſal. 117. Epigrapha hæc aliquando omittitur utì *Cicer. Catilinariæ quatuor cum Pet. Rami prælectionib. apud Ludovicum Grandinum è regione gymnaſii Remenſis.* 3. 1553.

(*a*) „ Caille. p. 117. Iean de Brouilly „ fit imprimer, *Petri Aurati Paradoxa* „ *ſelecta ex Epiſtolis Pauli contra hæreſes*, „ 8. 1549. Deploration de la vie humai- „ par Pierre Doré. 1543.

(*b*) „ Caille. p. 118. Nicolas de Bur- „ ges fit imprimer, le miroir des Melan- „ choliques traduit du Grec par Maurry „ Rifflant en 1543.

(*c*) „ Caille. p. 118. Iean Boulle fit im- „ primer par Iean Louis Tiletan, *D. Thom:* „ *in Epiſtolas Canonicas*. 8. 1543. Ioannes hic, neſcio, an quo gradu cognatus fuerit Gulielmo Boulle, qui anno 1537. excudit Biblia Latina eleganti charactere in fol. Lugduni in vico Mercuriali ſub ſigno lilii aurei. Inſigne typographicum præmittitur figura hominis procellâ perculſi, gladio deſuper ſtricto; cum his ſententiis; POST TENEBRAS SPERO LVCEM: IOB. 27. ETIAM SI OCCIDERIT ME, IN IPSO SPERABO. IOB. 13.

(*d*) *D. Auguſtin. de curâ pro mortuis agendâ*; 8. *Pariſiis ex officinâ Joannis Palierii.* 1543.

(*e*) *Epitome in tres Ciceronis libros de Oratore.* 8. *Pariſiis excudebat* 1543. *Michael de la Guierche, in viâ ad divum Jacobum ſub ſigno Vaſis effracti.*

(*f*) „ Caille. p. 118. Lyenard le Sueur „ fit imprimer le vray Diſcours des der- „ nier propos & trépas du Roy Charles „ IX. par Arn. Sorbin. 8. 1544. *Mendoſiſſimè ſanè, nam Carolus IX. obiit anno* 1574. *Rectiùs Verderius in Bibliothec. p.* 91. Arnaud Sorbin; Le vray Diſcours des derniers propos memorables & trespas du feu Roi Charles IX. impr. à Paris. 8. par Lyenard le Sueur. 1574. *Præterea Sorbini nomen erat Arnaldus, non* [Am.] *Ambroſius. Joannes de la Caille* (p. 128.) *habet Joannem le Sueur* (an illi *Lyenardo affinis fuerit, neſcio*) *cui Robertus Maſſelin excudit* Dionys. Carthus. in Epiſtolas Canonic. fol. 1551.

(*g*) Fran. Petrarch. de remed. utriusque fortunæ, in 16. 1547. apud Nicolaum Boucher, viâ ad divum Iacobum. Sub interſignio floris.

„ Caille. p. 118. Nicolas Boucher fit „ imprimer *Pet. Ravenn. de Memoriâ* 8. „ 1544. Il eut de Deniſe Auvray ſa fem- „ me un fils nommé Gerard né le 4. „ d'Aouſt 1541.

(*h*) „ Caille. p. 119. Iean Ruelle fit im- „ primer le livre des Divins Benefices par „ Pierre Doré (*Verdier. p.* 1003.) 8. 1544. „ Hiſtoire de Paul Iove traduite en Fran- „ cois par Denis Sauvage fol. 1570. Sa „ marque eſtoit un petit homme qui tra- „ vaille à la terre, & un vieillard à table, „ avec ces mots, *Quare adoleſcens, utere* „ *ſenex.* Il fut marié en premieres nôces „ avec Marie Hutin fille de Pierre Hutin „ Libraire, & en ſecondes avec Gene- „ viéve Boiſſet. Iean Ruelle mourût 15. „ de Mars 1571. & ſa femme Geneviéve „ 11. Decembr. 1613. comme on le voit „ en ſon Epitaphe ſous les charniers de S. „ Benoiſt.

„ (*a*) Cail-

1545. (*a*) Joannes Corbon; (*b*) Joannes Dallier; (*c*) Petrus Gaultier:
1546. (*d*) Paschasius le Tellier; (*e*) Andreas Custode; (*f*) Claudius (Chau-

(*a*) „ Caille. p. 119. Iean Corbon fit „ imprimer, Lettres miſſives des Indes „ par Francois Xavier à Ignace de Loyo- „ la, & autres, 8. 1545. traduites de l'I- „ talien. *Joannes de la Caille* (*p.* 120.) *comminiſcitur anno* 1545. *Jacobum Rogard, Latinè Rogardum Michaelis Pſelli de Arithm. Muſic. Geomet. & Aſtronom. Græc. in* 4. *impreſſorem. At verò qui Pſellum excudit illo anno, fuit Jacobus Bogardus: & libri forma non in* 4. *ſed in* 12.

(*b*) „ Caille. p. 120. Iean Dallier fit „ imprimer l'ordre & forme tenue au „ couronnement de Catherine de Mede- „ cis Reine de France, 8. 1545. Coutu- „ me de Touraine par Mr. de Thou, 4. „ 1561. Il fut pourveu par lettres paten- „ tes de la charge d'Imprimeur du Roy „ pour les Monnoyes le 23. Avril 1559. „ verifiées le 30. Iuillet 1559. Il eut pour „ femme Marie Poulliot.

(*c*) „ Caille. p. 120. Pierre Gaultier „ imprima *Juvenci Hiſtoria Evangelica* en „ 1545. Traité des Contracts, Uſures „ &c. par Charles du Moulin, in 16. „ 1556.

(*d*) „ Caille. p. 121. Paſquier le Tel- „ lier imprima pour Galiot du Pré les Ins- „ titutions de Lactance traduites par Re- „ né Famé, 8. 1545. [ *At Verdier Bibliothec. p.* 1095. par Galiot du Pré & Estienne Roffet, fol. 1544. *Et Croix du Maine p.* 435. impr. à Paris l'an 1546. in 8. & contient 32. feuilles. ]

(*e*) „ Caille. p. 121. André Cuſtode „ fit imprimer en Latin, Oraiſon faite „ le jour de l'Aſcenſion à l'Aſſemblée du „ Concile de Trente &c. 8. 1546. Il „ eut pour femme Magdelaine Guillo- „ toys.

(*f*) *Claudius Calderius Reginaldi Calderii* (*de quo Annal. Typogr. Tom* 2. *p.* 93.) *filius, eruditione juxtà ac librorum, quos aut excudit, aut excudendos curavit,* (Caille p. 127.) *inter primos illius temporis librarios inſigniſſimus, Simoni Colinæo, cujus ex filiâ nepos erat, operam & ſtudium diligenter navavit: quod diſco ex ejus epiſtolâ epiſtolis Ciceronis familiaribus ex officinâ Simonis Colinæi in* 12. *ann.* 1545. *emiſſis præfixâ; quam integram lectori ſubjiciam, ut æquius de Claudii Calderii doctrinâ ferre poſſit judicium.*

„ Claudius Calderius Simonis Colinæi „ ex filiâ nepos lectori S. Habes tandem, „ humaniſſime lector, quod ſuperioribus „ annis tam vehementer à nobis conten- „ diſti: nimirum Ciceronis epiſtolas, quas „ familiares vocant, tum minutis charac- „ teribus elegantiſſimè excuſas, tum ad „ vetutiſſimorum codicum integritatem „ fideliſſimè recognitas. Quâ tamen in „ re ita manum ſuſtinuimus, ut ne quid „ temere aut ex levibus conjecturis ex- „ pungeremus. Audax enim aliud pro „ alio ſubſtituendi temeritas ab his libris „ procul arcenda eſt. Proinde quæ pla- „ nè & perſpicuè corrupta deprehendimus, „ ea diligenter ac cum fide reſtituimus: „ dubias verò lectiones & varias, velut „ in catalogum redactas, in poſtremis „ chartis appinximus, tuum tibi de his „ judicium, reſervantes. In eorum præ- „ terea gratiam, qui nondum Græcos „ fontes largiùs hauſerunt, Latinam Græ- „ corum ſparſim in his epiſtolis inſerto- „ rum interpretationem adjecimus. Quan- „ do igitur diuturno tuo deſiderio indul- „ ſimus, tuæ partes erunt noſtris cona- „ tibus invicem bene favere. Vale.

*Animadvertendum eſt huic Ciceron. Epiſtolar. editioni præfigi Roberti Stephani inſigne typographicum; unde conjecturam facio inter Simonem Colinæum & Robertum Stephanum aliquod fuiſſe in re librariâ commercium. Claudius Calderius cum patre Reginaldo excudebat ann.* 1546. Acta Concilii Tridentini 8. *Et ann.* 1550. 4. Oratio funebris & Epitaph. in Margarit. Regin. Navarr. per Carol. Sancto-Marthanam, Latin. & Gallic. *Privilegium in Sexennium Reginaldo Calderio typographo & jurato Pariſienſis Univerſitatis librario conceditur. Apud Reginaldum Calderium ſolum anno* 1551. in 4. Euclid. Sex prior. libri Græcè & Latinè cum demonſtrat. Oront. Fin.

( Chaudiere ) Calderius; (a) Conradus

Fin. *Et* l'Hiſtoire des Poiſſons marins par Pierre Belon. *Cui hiſtoriæ* hoc ad Oddonem Calignium Caſtellioneum Cardinalem [ ei enim librum dedicat Belonius ] Claudii Calderici typographi hexaſtichon *præmittitur.*

„ Si volucrum natura placet, & jucun-
„ dáque ſcitu eſt,
„ Quadrupedúmque omnes lectio docta juvat;
„ Qui natale ſolum dorſo premit æquora Delphin,
„ Quíque freto varius mergitur Ionio,
„ Non erit extorris; ſed ſub te numine dexter
„ Proderit, & volucres quadrupedésque teret.

*Reginaldus & Claudius Calderii eodem inſigni typographico eâdemque epigraphâ* [ *quibus Simon Colinæus* ] *utebantur. Claudius Calderius fuit poſtea in Rhemorum Academiâ Caroli Lotharingi Cardinalis typographus; & tum* [ *uti comperio apud* Cicer. Rhetoric. edit. in 8. 1553. apud illum ibidem ] *libris præfigebat Cardinalis* [ CARO. CARDI. DE LOTH. ARCH. DUX RHEM. ] *inſignia; quibus, tanquam baſi, inſiſtebat pyramidalis columna circumcincta ramo frondente* [ *cum his verbis*, TE STANTE VIREBO ] *columnæ apici ſuperſtante lunâ falcatâ.* „ Verdier. p. 169. & Croix du Maine. p. 55. Claude Chaudiere Pariſien Imprimeur de M. le R. Cardinal de Lorraine, a eſcrit;
„ Un Dialogue du vray amour, duquel les entreparleurs ſont l'amis & l'amie, imprimé à Rheims en Champagne par ledict Chaudiere l'an 1555.
„ L'accord de la vertu à la vie humaine, impr. à Rheims 8. l'an 1557.
„ Les principes & fondemens de Grammaire Latin Francois. Avec les Accens. impr. à Paris 8. & depuis à Lyon par B. Rigaud. 1575.
„ Caille. p. 127. Il imprima en 1557. „ *Damaſceni opera* in fol. & autres Ouvrages.

*Librorum apud S. Colinæum & Calderios impreſſorum aut venalium Catalogus anno* 1548. *editus lectori paulò poſt exhibebitur.*

(a) *Conradus Badius, Jodoci Badii filius* ( *Vid. Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 82. ) *typographus & librarius, linguarum peritus* ( Vid. Caille. p. 130. ) *anno* 1546. *Pariſiis excudit in* 4. Epiſtre de Ciceron à Octavius miſe de Latin en Langage Francois par Jehan Morin. [ *Franciſcus à Cruce Cœnoman.* ( p. 251. ) *ſcribit ſe non vidiſſe ulla opera Johannis de Morin impreſſa.* ] *Conradus eodem, quo pater, inſigni typographico uſus eſt. Anno* 1548. *in* 8. Theodori Bezæ Vezelii poëmata *prodierunt* ex officinâ Conradi Badii ſub prelo Aſcenſiano è regione gymnaſii D. Barbaræ, Lutetiæ, cum privilegio Senatus ad triennium; *qua* Lutetiæ Roberto Srephano regio typographo & ſibi Conradus Badius excudebat Idibus Julii M. D. XLVIII. *De horum poëmatum editione, quam Verderius in Bibliothec. p.* 1174. Pariſiis 8. apud Robertum Steph. & Conrad. Badium 1545. *commemorat, non tantùm dubito, ſed & ejus errorem arguo ex Franciſci regis non ante annum* 1547. *mortui epitaphio, quod iſtis poematibus inſeritur. Conradus hic, Proteſtantium, quorum opiniones novas imbiberat, partes amplexus, Genevam ſe recepit, ubi in Joannis Criſpini officinâ artem primùm exercuit, ſuâque operâ apud eundem Criſpinum* anno 1550. 8. Cal. Jul. *excudit* in 8. librum de vitâ Chriſtianâ *ex Calvini Inſtitutionibus excerptum. Non igitur aſſentire poſſum Joanni de la Caille. qui* ( *p.* 131. ) *Conradi diſceſſum in annum poſt* 1560. *rejicit Bailii Dictionarium* ( *p.* 415. ) *Conradum ſtatim Genevam amandat, quaſi antea Pariſiis typographicen non profeſſus fuiſſet. Conradus* ( * *ni fallor* ] *anno* 1550. *Genevæ in* 8. *excudit* Calvini de Prædeſtinatione & Providentiâ libellum: *in cujus titulo apparet inſigne Præli typographici*

* Librum quidem vidi, ſed cùm fine mancus eſſet, typographi nomen ( quod fortè ibi ſubſcribebatur, nam nullum initio additum eſt ) non niſi ex conjecturâ aſſequi licuit.

*ci cum hâc epigraphâ*, IN SUDORE VVLTVS TVI VESCERIS PANE TVO. *Anno* 1552. *excudit Gallicam Theodori Bezæ tragoediam* ( *Croix du Maine. p.* 464. ) Abraham Sacriant. *Cui Theodori Bezæ epiſtola præfigitur, Lauzannæ anno* 1550. *data. Anno* 1555. *Roberto Stephano affini ſuo* ( *qui anno* 1552. *circiter Genevam conceſſerat* ) *eandem, quam antea Lutetiæ, operam Genevæ præſtitit, excudendo* Biblia Latina in 8. *Anno* 1560. ( *Croix du Maine. p.* 65. *Gallicè vertit* l'Alcoran des Cordeliers. *Hanc verſionem Draudii Bibliotheca Exotica* ( *p.* 97. ) *tribuit Henrico Stephano* ( *utì ex illâ Almeloovenius in errorem inductus; Vit. Stephan. p.* 85. ) & *editionem ejuſdem citat Genevæ in* 8. 1578. ( *ſcil.* par Guillaume de Laimaric ) *quæ editio recognita, correcta & aucta, non tamen prior fuit. Prima enim* ( *utì in* Croix du Maine *lego* ) *anno* 1560. G. *id eſt, Genevæ impreſſa eſſe dicitur.*

*Titulus libri* ( *qualem exhibet editio* 1578 ) *ſic ſe habet*: „ L'Alcoran des Cordeliers, „ tant en Latin, qu'en Francois; c'eſt „ à dire, Recueil des plus notables bour- „ des & blaſphemes impudens de ceux, „ qui ont oſé comparer Sainct Francois „ à Jeſus Chriſt: tiré du grand Livre des „ conformitez, jadis compoſé par frere „ Barthelemi de Piſe, Cordelier en ſon „ vivant: parti en deux livres. Nou- „ vellement y a eſté adjouſtée la figure „ d'un arbre, contenant par branches „ la conference de S. Francois à Jeſus „ Chriſt. Le tout de nouveau reveu & „ corrigé.

*Libro ipſi præfatur Conradus Badius*: Le livre des conformitez de la vie de S. Francois à la vie de Jeſus Chriſt, fut pluſieurs fois imprimé, & eut cours par toute l'Europe ( comme on ſait qu'il a eſté imprimé à Milan chez Gotard Pontice l'an M. D. X. ) mais depuis que les abus ont eſté découverts, les Cordeliers ont fait tous leurs efforts de le ſupprimer, juſques a acheter tous les exemplaires, qu'ils en pouvoient recouvrer &c. Le Docteur * Eraſme Albert a fait un extrait des abominations plus apparentes de ce livre, ſans y changer un ſeul mot, & a intitulé ſon Recueil du nom d'Alcoran. ——— Nous avons mis le Latin devant le Francois ——— & avons dreſſées les annotations en marge ou pour avertiſſement ou pour expoſition ou en deteſtation des blaſphemes &c. *Ad primi libri calcem* ( *p.* 325. ) *in editione ſupradictâ Typographus ſic alloquitur Lectorem*; Etſi hoc Alcorani Franciſcanorum Compendium M. Luthero ( ut paſſim creditum erat ) in primâ editione attribuerimus, lectâ tamen Eraſmi Alberti, quæ proximè ſequetur, epiſtolâ, non à Luthero, ſed ab ipſo Alberto & cloacâ fœdiſſimarum Conformitatum hauſtum certò comperimus &c. *Librum hunc primum Conradi Badii querela ad Papiſtas verſibus Gallicis conſcripta claudit. Secundus Alcorani liber* [ *Bail. Diction. p.* 415. ] *Conrado Badio, qui eum excerpit, & interpretatus eſt,* [ *utì primum* ] *marginalibus illuſtravit, unicè debetur. Conradus Badius* [ *Verdier. p.* 237. ] *Gallicis rhythmis conſcripſit*, les Vertus de noſtre maiſtre Noſtradamus, impr. par ledit Conrad Badius 1562. [ *Draud. Biblioth. Exotic. p.* 145. ] *Anno* 1562. *Genevæ prodierunt in fol. Biblia Gallica*, De l'Imprimerie d'Antoine Rebul. *Quorum poſterior Novum Teſtamentum complexa à Conrado Badio anno M. D. LXI. impreſſa eſt, affixâ Temporis ex obſcuritate Veritatem educentis figurâ, cum hôc epigrammate*, Des creux manoirs & pleins d'obſcurité Dieu par le temps retire verité. *Eodem hôc anno Cyclopem & Sophiſtam, duos Theodori Bezæ dialogos in* 8. *Genevæ excudit Conradus Badius, appoſito inſigni Preli Aſcenſiani, additâque hâc* [ *quam priùs notavi* ] *ſententiâ*, In ſudore vultûs tui veſceris pane. *Editionis calci hanc adjecit epiſtolam.* Typographus pio lectori S. Quantum utilitatis & commodi noſtra ars typographica, ex quo inventa eſt, humano generi attulerit, nemo eſt qui ignoret. Verùm, ut nihil in rerum naturâ omnibus numeris perfectéque abſolutum cernere eſt, ita tam præclaræ artis decori & gloriæ præcipitatio multum officit. Neſcio enim, quomodo evenit, ut, qui eam initio exercuerunt, ſeſe poſteróſque ſuos quotidianis oneroſiſque penſis ſponte obſtrinxerint, quibus in tempore abſolvendis maturitatem attendendi animadvertendíque ſtudium ( quod eſt in toto eo negotio magìs neceſſa-

* Cujus epiſtola fini libri primi adjicitur.

dus Badius; (a) Petrus Drouart:
1447. (b) Nicolaus (le Riche) Dives, (c) Antonius

ceſſarium ) antevertere coacti fuerint. Sed hujus conſuetudinis vitio factum eſt, ut qui librorum emendationi præſunt, ſæpius hallucinentur, erroréſque tam craſſos prætermittant, ut quibusvis, minùs etiam attentè legentibus, obvii eſſe poſſint, & quorum eos ( ſi poſtea relegere contingat ] ſummopere pudeat. Id verò quàm verum ſit, nunc demum in me ipſo experior; qui quum hos *Theodori Bezæ* dialogos ex ipſius autographo imprimendos ſuſcepiſſem, eâ tum fide tum diligentiâ, quæ præſtari in tantâ feſtinatione à me poterat, uſus, efficere tamen non potui, ut terſi & repurgati ex animi mei voto prodirent. Verùm etſi hujus delicti pars aliqua tolerabilis eſſe queat, & excuſatione difficultatis, quam manuſcriptum exemplar attulit, negligentiæ inſcitiæque notam deprecari poſſim, ne mendarum tamen ſuppreſſio cuiquam fraudi ſit, hanc recognitionem etiam mihi quodammodo * probroſam edere malui, quàm vel authoris exiſtimationi, quæ ſanctiſſima mihi meritò ſemper erit, non conſulere, vel ſtudiorum veſtrorum curſum in re tam ſeriâ ne tantillum quidem remorari. Vos igitur, Lectores benevoli, quum tam apertè & ingenuè culpam faſſus ſim, ignoſcite, & fragilitatis humanæ conſcii, nobis inter nos noſtra vitia toleranda memineritis. Valete. *Ex hâc epiſtolâ Conradi Badii tum ſtylum & emendatam ſcribendi rationem, tum ſollicitam de editionum correctione curam, lector æſtimabit. Conradus Badius obiit mortem ante annum* 1569. *quo in ejus mortem Henricus Stephanus epitaphium* [ *Vid. Annal Typogr. Tom.* 2. *p.* 83. ] *Græcè & Latinè evulgavit. Cum Bailio* [ *Diction. p.* 315. ] *juxtà ignoro, quis fuerit ille Conradus Badius unus ex Paſtoribus Aurelienſibus, quem Antonius Fayus in Vit. Theod. Bezæ* [ *p* 45. ] *fuiſſe* Bezæ ab adoleſcentiâ chariſſimum, & peſtilentiâ Aureliæ graſſante ann. 1562. abſumptum *ſcribit.*

(*a*) Apud Petrum Drouart viâ ad divum Jacobum ſub ſcuto aureo in 8. 1546. *prodiit liber de* Chiromantiâ, *cui præfigitur icon Johannis Hagen aliàs de Indagine, cum his verbis*, AVTORE IO. INDAGINE. „ Caille. p. 131. & Verdier. „ p. 724. Pierre Drouart Libraire juré „ fit imprimer, trois livres des alimens „ ou choſes nutritives de Galen par Jean „ Maſſé, in 16. 1552. Il eut pour é„ pouſe Guillemette Girault fille de Li„ braire; & un frere nommé Guillau„ me, qui épouſa Charlotte de Nivelle, „ fille de Libraire.

(*b*) Euſeb. Emiſen. Homil 8. 1547. Lutetiæ Pariſiorum, per Nicolaum Divitem viâ ad divæ Genovefes, ſub inſigni geminæ anchoræ. *Eodem anno apud eundem prodierunt in* 8. Pſalmi 75. Io. Gagn. interpret. *Et* [ *Caille. p.* 121. ] Sermon. Guerici abbatis edente Io. Gagn. *Et* Ioach. Perion. pro Cicer. contra Per. Ram. *Nicolai Divitis inſigne fuit geminæ anchora decuſſatim, cum hôc verſu;*

„ Non ſatìs una tenet certas anchora
„ puppes.

*Et hôc tetraſticho epigrammate;*

„ In geminam anchoram.

„ † Fundabat ſatìs Aonias una anchora
„ puppes,
„ Dum tantùm Auſoniis muſa nataret
„ aquis.
„ Nunc quum Palladiæ ſulcant maria om-
„ nia naves,
„ Viſa quòd una parum eſt anchora,
„ facta duplex.

(*c*) „ Caille. p. 131. Antoine le Clerc „ fit imprimer, les Antiquitez & Singu„ laritez du monde par le Sieur du Pa„ villon, 8. 1547. Sommaire des loix, ſtatuts

* Errata paulò plura quàm quinquaginta recognovit. Liber ipſe paginas 280. pagina quæque lineas 32. continet.

† Virgil. Æn. 6. vers. 4.

NIUS LE CLERK ; (a) MATTHÆUS DAVID ; (b) THOMAS RICHARD ; (c) JACOBUS CALLIUS ; (a) STE-

„ ſtatuts & ordonnances des Roys de „ France par Michel Berland, 8. 1566. „ Verdier. p. 760. Draud. Biblioth. Exotic. p. 50 Croix du Maine. p. 271. „ Iean de Vernoy a eſcrit, Epitome du „ Droict Civil des quatre livres des „ Inſtitutions Imperiales & des 9. livres „ du Code., Impr. à Paris. 8. par Pierre „ Thierry & Antoine le Clerc 1554. „ Caille. p. 134. Pierre Thierry étoit „ fils de Pierre natif de S. Fargeau en „ Champagne, qui vint à Paris en 1514. „ & commença à exercer la Librairie „ chez Galiot du Pré.

(a) E typographiâ Matthæi Davidis viâ amygdalinâ è regione collegii Remenſis, 1547. in 4. Terentii Eunuchus. *Et* 1558. in 4. Dominici Reollini Grammat. Græc. *Ejus inſigne typographicum fuit* * Veritas † odioſa, gladium gutturi admovens. *Matthæi Davidis ſupellectilem librariam* [ Caille p. 157. ] *emit, & inſigne ſibi adoptavit Dionyſius à Prato, qui anno* 1570. *in* 4. Introductionem in Ariſtotelis Phyſiologiam, *&* 1579. *in* 4. Cicer. Lib I. de Legib. Idem cum Matthæo Davide habuit inſigne Petrus Leber [ de quo Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 580. ] ex cujus officinâ prodiit liber, cui titulus; *Le mirouer du Prince Chreſtien & des ſujets Chreſtiens, par Maturin du Tronchay, natif du Maine: à Paris, de l'Imprimerie de Pierre Leber, rue des amandiers, à l'enſeigne de la verité, près Sainte Geneviéve. en* 8. Hunc Mathurinum & hujus opera memorat Franciſcus de la Croix du Maine in ſuâ bibliothecâ [ pag. 319. ] ſed ſcribit ſe neſcire, quis ea excuderit.

(b) Iodoc. Willich. Comment. in Virgil. Bucolic. 4. 1547. apud Thomam Richardum, ſub bibliis aureis, ex adverſo collegii Remenſis. *Et ad calcem*, Excudebat Thomas Richardus 1548. *ejus inſigne fuit baculus, quem erectum duæ manus tenent, ſerpentibus circa eum flexis, apice plerumque coronato, addito carduorum cau-, cum his litteris* T. R. *At in* Commentar. ad Quintilian. Inſtitut. edit. 4. 1568. *uſurpavit unionem annulo incluſam, cum his verbis.* NIL ME DVRIVS. *Thomas hic quâ affinitate attigerit neſcio Gulielmum & Johannem Richard; de quibus Annal. Typogr. Tom. 2. p.* 580. *& Tom. 1. p.* 305. *Thomas Richardus Commentariorum ad Quintilian. editioni præfixit epiſtolam ad lectorem anno* 1554. *datam, in quâ ſcribit à ſe* commentarios iſtos diu in loculis ſervatos, nunc primùm in lucem emiſſos, blattis quidem ac tineis ferè laceratos & exeſos, ſed tandem curâ ſuâ ac diligentiâ, quantacunque fieri potuit, caſtigatos & emendatos, & in hunc ordinem reſtitutos.

(c) Aphoriſm. Rhetoric. Amandi Chabaſſii; 4. Pariſiis, ex officinê Iacobi Callii. 1547. *Hic typographus ad ſuum nomen alludens inſigne typographicum elegit Iconem ſuper apice arduo ſedentem, manu alterâ vellus aureum, alterâ poculum gerentem: cum voce ſuprà caput inſcriptâ* ΆΡΕΤΗ, *& ad latus*, ARDVVS AD EAM CALLIS. *Iconem circumeunt hæc verba*, ΑΓΑΘΑ ΚΑΛΑ ΚΑΙ ΧΑΛΕΠΑ. *Eodem anno evulgavit in* 8. Laurent. Vall. Elegant. Libros carmine cum ſcholiis à Ioanne Roboamo Raverino verſos: *quibus præfixit has gnomas, & hos verſus.*

Ἀγαθὰ τὰ καλὰ ϗ δύσκολα.

„ Quæ bona, ea pulchra & ardua.

„ Omnino vitium facile eſt contingere
„ cuivis.
„ Eſt via ad id brevis, & vicinâ in ſede
„ moratur.
„ Contrà, virtutem ſudoribus undique
„ Divi,
„ Præſepſere, & longus ad hanc pérque
„ ardua callis;
„ Aſper & eſt primum: ſed ubi alta ca-
„ cumina victor
„ Contigeris, jam fit facilis, licèt ardua
„ dudum.

* Terent. Andr. *Veritas odium parit.*

† Reollin. Grammaticæ initio præfigitur hæc gnoma, *πάντων δυσχερέστατον τὸ πᾶσιν ἀρέσκειν.*

(a) Stephanus Grouleau:
1547. (b) Joannes Dun; (c) Sulpicius Merenget; (d) Joannes Bonfons:
Lugduni; anno 1540. Jacobus & Ægidius Huguetan; (e) Antonius Vincentius:
1541. Antonius Constantinus:
1542. Jacobus à Liesvelt; (f) Theobaldus Paganus:
1543. (g) Frellonii:

1545.

(a) „ Caille. p. 121. [ Verdier. p. 250. „ Croix du Maine. p. 69. ] Eſtienne „ Grouleau imprima, l'Epitome de „ la vraye Aſtrologie & de la re- „ prouvée par David Pinarenſis Mede- „ cin; 8. 1547. Les Chroniques de „ Dom Florus de Grace fol. 1552. Les „ Amadis de Gaule fol. 1555. Il a été „ un des Imprimeurs & Libraires, qui „ ont le plus imprimé de ſon temps. Sa „ marque eſtoit une tige de chardons „ avec ces mots, *patere aut abſtine. Nul* „ *ne s'y frotte.* [ Annal. Typogr. Tom. „ 2. p. 579. *Stephanus Grouleau, Johannis Longis operâ aliquando uſus eſt.* ] *Stephani Grouleau rem librariam mercatus eſt Ambroſius Drouart, & ejus inſigne typographicum uſurpavit.* [ *Caille p.* 172. ] *utì videre eſt in* Hiſtor. Auguſt. Scriptor. cum Iſ. Caſaub. not. 4. Paris. apud Ambroſium & Hieronymum Drouart. 1603.

(b) „ Caille. p. 122. Croix du Maine. „ p. 131. Gilles du Val a eſcrit en proſe „ Francoiſe, les grands & merveilleux „ ſignes veuz ſur la ville de Raſis, avec „ les lettres du Turc au Pape &c. 1548. „ imprim. à Paris par Iean le Dun.

(c) „ Caille. p. 122. Verdier. p 658. „ Iean de Bourges Medecin a traduit le „ Livre de la Nature humaine faict en „ Grec par Hippocrates; &c. Impr. à „ Paris 16. par Sulpice Merenget. 1548.

(d) „ Caille. p. 122. Iean Bonfons fit „ imprimer par Pierre le Bret les Illus- „ trations de Gaule & ſingularitez de „ Troyes par Iean le Maire de Belge. „ 4. 1548. Et ( Verdier. p. 1. ) Re- „ cueil & Diſcours du voyage de Char- „ les IX. par Abel Iouan. 8. 1566. Il „ avoit pour marque un Serpent en rond „ au milieu duquel eſt une Colombe „ ſur un arbre, avec ces mots autour, „ *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

(e) Hujus inſigne fuit ſceptrum, binis ramis utrinque ſeptum, oculo radiato ſuperimminente protectum, quod manus ſerpentem in ſe revolutum tractans geſtat; cum hôc verbo, *VINCENTI.* Huic excudebat Ioannes Frellonius: Vid. Lud. Viv. de verit. fid. Chriſt. 1551. Hic Vincentius ſui inſignis figuram paulùm aliquando variavit, addendo hominem laureatum & pharetrâ cinctum: Vid. Iul Scalig. Poëtic. 1561. fol. Quo pariter inſigni uſus eſt Bartholomæus Vincentius ( filiúsne an frater Antonii, neſcio ) ex cujus officinâ anno 1574. in fol. Lugduni prodierunt Cæſaris Commentarii cum notis Franc. Hotomani, Fulv. Urſini, Aldi Manutii, Pauli filii.

(f) Libris apud Theob Paganum venalibus præfigitur inſigne, aliquando equitis armati, utì Terent. Eunuch. 1554. aliquando arboris, cujus ramos homo diffringere conatur, cum his verbis, *VIRTUTES SIBI INVICEM HÆRENT.* Utì Cic. Off. 1556.

(g) Io. Ludov. Viv. exercitat. Ling. Lat. 8. Lugduni ſub ſcuto Colonienſi 1543. Excudebant Ioannes & Franciſcus Frellonii fratres. Cl Galen. de miſſ. Sang. Fuchſio interpr. 8. ibidem 1546. apud eosdem. *Frelloniorum inſigne ad ipſorum nomen alludebat; Crabro ſcilicet, cum hôc verbo* MATVRA. *Joannes Frellonius Antonio Vincentio Lugduni anno* 1551. *excudit in* 8. Io. Ludov. Viv. de Verit. fid. Chriſtian. & alia aliquot opuſcul. *Anno* 1553. *in* 12. *prodiit*, le Nou- veau

veau Teſtament à Lyon, par Iean Frellon, à l'eſcu de Cologne. *Hoc Teſtamentum figuris ornatur. S. Matthæi & S. Lucæ capiti præmittitur Diaboli Chriſtum tentantis figura, biſulco pede, monachali cucullo induti, coronam precatoriam brachio gerentis, cum ipſâ cruce de coronâ pendente. En zeli furor, qui diabolo vel ipſi crucem figit! qui crucem nimiùm venerari metuens Chriſti hoſtem Chriſti ſigno armat. Id minùs mirarer Genevæ vel alibi, ubi excuſſo Papæ jugo Calvinus ſuum impoſuit. Genevæ Beza infenſo adversùs monachatum odio exacerbatus, Diabolũm (in ſuâ Abrahami Sacrificantis tragædiâ), cùm ad fidelium patrem tentandum accederet; monachali ſago loricatum induxit. Joannes ille Frellonius, neſcio, an idem fuerit, qui antea Pariſiis (Annal. Typogr. Tom. 2. p. 92.) agebat, an ejus filius. Johannes Frellonius Lugduni in 8. Alphabetum Græcum, ſed absque anni indicio, excudit. De Lugdunenſi D. Ambroſii operum editione typis Frellonianis* 1559. *curatâ hic addam, quæ Vir Doctiſſimus Albertus Fabricius in Vol. 3. Biblioth. Lat. Suppl. p. 435. ſcripſit.*

,, Hanc mirè interpolatam fuiſſe nar-
,, rat Franciſcus Iunius præf. ad Indicem
,, expurgatorium. De eâ teſtantur Be-
,, nedictini ſe anxiè inquirentes nihil po-
,, tuiſſe comperire, ut vel ſtatim ſup-
,, preſſa fit (quod malim credere) vel
,, omnino ſuppoſita & conficta, quem-
,, admodum Aldina, quam Poſſevinus
,, memorat.

,, *Junii verba ſunt*: Rem meis oculis
,, viſam ad exemplum adferam. Ante
,, annos viginti ſeptem, quum Lugduni
,, agerem (egi autem anno MDLIX.
,, & ſequente) correctore quodam ty-
,, pographico uſus ſum familiariter, cui
,, Ludovico Saurio fuit nomen. Habi-
,, tabat ille non procul à Mercuriali vico,
,, in ædibus conjunctis trium columba-
,, rum ſigno. Quum ad ſalutandum
,, hominem veniſſem, caſu vel potiùs
,, ſingulari Dei Providentiâ accidit, ut
,, verſantem eum offenderem in reco-
,, gnoſcendis D. Ambroſii operibus, quæ
,, tum * Frellonius excudebat. Variis au-
,, tem ſermonibus ultro citroque habitis,
,, quum me avocamento eſſe ab opere
,, nolle oſtenderem; ille retorſus lectio-
,, nem unius paginæ: Vidéſne, inquit,
,, hanc formam Ambroſianæ editionis
,, noſtræ, quàm ſit elegans, accurata,
,, & in ſpeciem omnibus anteponenda
,, aliis, quæ adhuc in lucem prodive-
,, runt? Poſtea contuenti opus & pro-
,, banti elegantiam ejus dixit, Egò ve-
,, rò, ſi quod exemplar Ambroſiani ope-
,, ris mihi emendum eſſet, quodvis exem-
,, plum aliud potiùs, quàm hoc quod
,, vides, compararem. Sciſcitatus ſum
,, hujus dicti cauſam. Tum ille de fo-
,, rulis ſub menſâ ſuâ latentibus aliquot
,, paginas promens (erant autem paginæ,
,, ut loquuntur Græci, κεχιασμέναι,
,, ſive cancellatæ, aliæ ex parte, & aliæ
,, univerſæ) Hæc eſt, inquit, prima
,, forma paginarum, quas his paucis die-
,, bus ad exemplum veteris & certi exem-
,, plaris optimâ fide impreſſimus: Fran-
,, ciſcani autem duo pro auctoritate has
,, omnes paginas diſpunxerunt, ut vi-
,, des, & illas ſubſtitui in locum prio-
,, rum curaverunt, præter omnem noſtro-
,, rum librorum fidem: quæ res ſump-
,, tum & moleſtiam Frellonio creavit
,, graviſſimam; nam pretium chartæ o-
,, perarúmque amiſit univerſum, tem-
,, poris jacturam paſſus eſt; & typogra-
,, phicas illas priores plagulas commutari
,, novis ad libidinem iſtorum oportuit,
,, magno malo noſtro & admiratione
,, meâ.

*Idem quoque refert Bailletus (Jugem. des Sav. tom. 1. p. 375.) & addit. hæc,* ,, Il
,, n'eſt pas difficile de connoitre dans ce
,, recit le caractere de l'hereſie & les
,, traits de cet eſprit calomniateur, qui
,, animoit alors certains zélez d'entre les
,, pretendus Reformés contre nous, &
,, leur faiſoit dire, que les Catholiques
,, avoient corrompus les Peres de l'Egliſe
,, & les autres Auteurs Eccleſiaſtiques
,, dans leurs Imprimeries. Neanmoins
,, je ne veux pas croire abſolument, qu'un
,, Huguenot, qui paſſoit pour honnéte
,, homme dans ſon parti, ait eu l'effron-
,, terie de forger à plaiſir un fait, dont
,, il aſſure avoir été témoin oculaire:

*Bailletus ibidem ſcribit à Frelloniis ſuarum editionum catalogum impreſſum fuiſſe; quem*

* Author Notarum in Baillet. Jugemens des Sav. Tom. 1. p. 375. *C'étoit alors Franccis. Jean ſon frere en 1559. étoit mort.* At verò Franciſcum ante annum 1548 obiiſſe probat Conr. Geſneri epiſtola ad Joannem Franciſci fratrem anno 1548. data, quæ poſtea proferetur.

*quem nondum vidi: illum autem ſubjiciam, quem Conradus Geſnerus ſuæ adjecit epiſtolæ, quâ Joannem Frellonium, ei Pandectarum partem de Morali Philoſophiâ [ ſcil. librum 16, ] nuncupans, ſalutat.*

*Clariſſimo Lugdunenſi Typographo Jo. Frellonio, Conradus Geſnerus. S. D. P.*

*Primus, ut fertur, Socrates Philoſophiam de morum inſtitutione & affectuum moderatione, disjunxit à naturali & mathematicâ: & tanquam ea maximè ad hominis ſpectaret conditionem, reliquis vel infrà vel ſupra conſiſtentibus omni diligentiâ excoluit. Quædam enim leviora ſunt, quàm ut ætatis tam pretioſæ támque fugacis partem ullam in ipſorum ſtudio conſumi mereantur. Quædam rurſus difficiliora, quàm ut brevi tempore tota cognoſci poſſint, & cognita etiam eruditionem magìs quàm virtutem aut dignitatem ejus, qui didicerit, aut aliorum utilitatem promovent. Morum verò diſciplina, quæ ſingulorum educatione, & per omne virtutum genus exercitatione inchoata, bonum in familiis ſtatum, & in civitatibus rebúsque publicis confirmat, ſola ferè ut intelligitur facillimè, ſic homini ſecundùm naturam, imò neceſſaria quoque maximè eſt. Hæc non erudita tantùm verba déque rebus pulchre diſſerere, ſed benè beatéque ( ut philoſophi loquuntur ) vivere docet. Hæc non ad unius ſolùm, non ad paucorum uſus accommodatur, ſed quàm fieri poteſt plurimis benefica, in quoſvis homines, in reſpub. & regna, maximas & propter quas homo homini deus appellatur, utilitates confert. Hæc non in animis contemplantium deliteſcit, in actiones & opera progreditur, ac philoſophiæ præſtantiam reipſâ comprobat. Hæc eadem in ſingulis, quibus curæ eſt, ſuaviſſimam animorum tranquillitatem fovet ( quoad ejus humanis operibus fieri poteſt: neque enim oblitus ſum, quid evangelio noſtro & fidei debeatur ) in familiis ac civitatibus concordiam, pacem, rerúmque ad vitam neceſſariarum omnium copiam producit, auget, conſervat. Sed nihil opus eſt, optime Frelloni, ut multas hujus philoſophiæ laudes tibi recenſeam, à quâ te minimè alienum, humanitate, officiis, & amicitiis bonorum virorum te ipſe declaras. Ego hoc duntaxat abs te expecto, ut quicquid laboris hoc noſtri eſt, non tam munus quàm debitum humanitati tuæ officium, Germanus à Germano libenter & candidè ſuſcipias. Cùm enim olim ( nonus jam annus vertitur ) Lugduni vobiſcum eſſem, multa tu & optimus piæ memoriæ frater tuus Franciſcus beneficia in me contuliſtis, quorum ego, ut hactenus, ita, dum vixero, memor futurus, omnino tandem gratitudinis indicium aliquod exhibere volui. Et quanquam aliis typographis ejus ferè generis libros dedicaverim, in quo ipſi plurimos excuderunt, in te tamen, vir humaniſſime, qui multa & varia publicâſti, idem non obſervavi, ſed quamvis occaſionem, quâ me tui amantiſſimum tibi probarem, arripiendam exiſtimavi. Vale, & optimis quibusque libris imprimendis, rem literariam longè elegantiſſimis typis tuis juvare & ornare perge: quod ut diu felicitérque facias, Deum opt. max. rogo, Iterum vale. Tiguri 16. die Junii, anno 1548.*

*Catalogus Librorum Lugduni excuſorum apud Frellonios.*

*Libri in humanioribus literis.*

*Tabellæ elementariæ Nic. Narbonii*, 1539. *in* 8.
*Catonis Diſticha moralia cum ſcholiis Deſid. Eraſmi Roterod. in* 8. 1539.
*Des. Eraſmus de civilitate morum, cum ſcholiis Gilberti Longolii*, 1539. *in* 8.
*Æſopi Phrygis & aliorum fabulæ*, 1539. *in* 8.
*Theodorici Morelli Enchiridion ad verborum copiam*, 1540. *in* 8.
*Jo. Lod. Vivis Linguæ Latinæ exercitatio*, 1542. *in* 8. *cum indice.*
*Tyronum litteratorum colloquia, Hermanno Schottenio Heſſo authore*, 1543. *in* 8.
*P. Terentii comœdiæ, ex Des. Eraſmi, & Jo. Rivii caſtigationibus, adjectis & aliis quibusdam*, 1543. *in* 8.
*In P. Terentii carmina per omnes comœdias Hen. Glareani Judicium*, 1540. *in* 8.
*Ciceronis Epiſtolæ familiares*, 1543. *in* 16.
*Imagines de morte, & epigrammata è Gallico idiomate à Georgii Æmylio in Lat. tranſl.* 1542. *in* 8.
*Vita honeſta, ſive virtutis: Quomodo quisque vivere debeat omni ætate, omni tempore, & quolibet loco, erga Deum & homines, authore Herman. Schoten Heſſo*, 1539.
*Jo. Carionis Chronica*, 1543. *in* 8.

*Libri*

*Libri Medicinales.*

*Dioſcorides, Ruellio interprete*, 1543. *in* 16. *cum novis ſcholiis.*

*Diſpenſatorium medicamentorum compoſitorum, auctum per Anto. Stupanum Rhætum*, 1543. *in* 16.

*Antonii Muſæ Braſavoli Examen omnium ſimplicium medicamentorum, quorum in Officinis uſus eſt*, 1537. *in* 8.

*Ejuſdem Examen omnium Syruporum, quorum publicus uſus eſt*, 1540. *in* 8.

*Apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum ex Dioſcoride & Meſue præcipuè. De compoſitione medicamentorum ſecundùm genera univerſalis methodus ex Galeno, epitomes inſtar. De eâdem ex P. Æginetâ. Quæ omnia in exiguum volumen noſtro labore redacta ſunt*, 1542. *in* 8.

*Libri in Jure Civili.*

*Inſtitutiones Juſtiniani ex Caſtigatione Greg. Haloandri*, 1538. *in* 16.

*Placentini J. C. veteris, in Summam Inſtitutionum Juſtiniani libri* 4. *recogniti. Ejuſdem de varietate actionum libri* 6. 1536. *in* 8.

*Jo. Appelli Iſagoge per dialogum in Juſtiniani Inſtitutiones*, 1543. *in* 16.

*Jo. Faber ſuper inſtituta*, 1540. *in* 8.

*Inſtituta figurata per Thomam Murner*, 1537.

Monodiæ illuſtrium aliquot perſonarum veteris atque novi Teſtamenti, ut ſanctorum Catalogo impinguntur: Authore *Franciſco Bonado* Santonenſi: minori forma. Characteribus Italicis. 1. f. 6. d. S. 1538. 12.

*Petri* Rosseti Poëtæ laureati Chriſtus. 1. f. 3. d. S. 1543. 4.

*Divi* Germani quondam Altiſſiodorenſis Epiſcopi vita, anno quidem abhinc circiter ſeptingenteſimo carmine conſcripta ſed nunc primùm typis excuſa: Authore *Henrico Benedictino* Altiſſiodorenſi. 1. f. 6. d. S. 1543. 8.

Virgilii Bucolica, Georgica, Æneis. Singulæ dictiones polyſyllabæ in puerorum uſum ſuis ſignatæ ſunt accentibus, verſúsque longiuſculè ab invicem, ad commodè excipienda præceptorum dictata, ſejuncti ſunt. 9. f. S. ſinè anno. 8.

Si vis habere ſeparatum, ſeparabitur.

Virgilii Bucolica, Georgica Æneis: minori formâ, Characteribus Italicis. 3. f. S. 1540. 12.

Ejusdem *P. V.* Maronis luſus, ſive opuſcula omnia quotquot extant, nuper diligentiſſimè recognita.

Maphæi Vegii *Laudenſis* xij. Lib. Æneid. ſupplementum minori formâ, Characteribus Italicis. 1. f. 3 d. S. 1545. 12.

In P. Virg. Maronis Moretum Scholia ex præſtantiſſimis quibusque ſcriptoribus, maximè ex *Joan. Ruellii* Sueſſionenſis, dum viveret, Medici lucubrationibus huc tranſpoſita per H. *Suſſanæum*. 6. d. S. 1542. 12.

*Pub. Sex.* Terentii *Afri Comici* quotquot extant comœdiæ ab erroribus pluribus, ex optimorum codicum collatione nuper ſummâ diligentiâ, nec minore judicio vindicatæ. Adjectæ ſunt in adoleſcentulorum gratiam accentuum notæ: ſubjectáque noſtri hâc de re conſilii ratio. Ad hæc accedit De Comicorum

ver-

verſuum ratione admonitio non pœnitenda. Singulis ſcenis præpoſita ſunt argumenta, brevia quidem illa, ſed rem totam luculentiſſimè tibi ob oculos ponentia. Habes inſuper nominum propriorum etymologiam nunquam antea ab ullo mortalium tibi exhibitam.

Sic ſunt excuſæ hæ Comœdiæ, ut omnes unà coëmere poſſis, aut (ſi mavis) ſeorſum ſingulas. Nec eſt quod queri poſſis, neque de marginum laxitate, neque de verſuum interſtitio. . . 6. ſ. S. 1538. 1539. 4.

M. *Accii* Plauti Aulularia III. accuratiſſimè recognita. Cum breviſſimis argumentis unicuique ſcenæ præfixis. Varias lectiones adnotavimus in margine. Addidimus præterea XXVIII. verſus Plautinos, & Comœdiæ ſupplementum Authore *Codro Urceo*: quæ omnia deerant in iis exemplaribus, quæ vulgò circunferuntur. Et ne quid inſuper deſyderes, nominum etymologiam adjecimus. . 1. ſ.

Terentii omnes Comœdiæ: minori formâ, Characteribus Italicis. . 3. ſ. S. 1541. 12.

Terentius cum Latinâ & Gallicâ interpretatione. Trium poëtarum elegantiſſimorum, *Porcelii*, *Baſinii* & *Trebani* opuſcula, nunc primùm diligentiâ eruditiſſimi viri *Chriſtophori Preudhomme Borroducani* in lucem edita. 2. ſ. 6. d. S. 1539. 8.

Catullus, Tibullus, Propertius, multis in locis reſtituti, mediocri formâ, Characteribus Italicis. . 3. ſ. S. 1533. 8.

Iidem minori formâ, Charact. Italicis. 3. ſ. S. 1543. 12.

Lucanus: minori formâ, Charact. Italicis. . . 2. ſ. 6. d. S. 1528. 8.

Q. Horatii Flacci Odarum ſive Carminum lib. iiij. Epodon. liber unus.

Nicolai Perotti libellus non infrugifer de metris Odarum Horatianarum.

Ejusdem Qu. Horatii Epiſtolarum libri duo.

Ser-

Sermonum ſive Satyrarum libri duo, ad Mecœnatem.

Ars poëtica, ad Piſones. Cum annotatiunculis quàm antea auctioribus in margine adjectis, quæ brevis commentarii vice eſſe poſſint: mediocri formâ, Characteribus Italicis. 3. f. 6. d. S. 1539. 8.

Idem minori formâ, Charact. Italicis. 3. f. S. 1543. 12.

Ejusdem de Arte poëtica libellus ad Piſones ſejunctus ab aliis. Cum annotatiunculis ad marginem. 2. d.

M. V. MARTIALIS Epigrammaton libri xiiij. ſumma diligentia caſtigati: mediocri formâ, Charact. Italicis. 4. f. S. 1539. 8.

Idem minori forma, Charact. Italicis, adjecta Græcarum vocum, quibus Author utitur, interpretatione. 3. f. S. 1544. 12.

P. OVIDII *Naſonis* amatoria.
Heroidum Epiſtolæ.
Auli Sabini, ut creditur, Epiſtolæ tres.
Elegiarum, lib. tres.
De Arte amandi, libri tres.
De remedio amoris, Libri tres.
In Ibin.
Ad Liviam, de morte Druſi.
De Nuce.
De medicamine faciei.

Recèns acceſſere.

Fragmenta quædam ex Epigrammatis Naſonis.

Carmen ad Piſonem incerti authoris, elegantia tamen & eruditione juxtà nobile.

Naſonis Halieutica: mediocri forma, Charact. Italicis. 5. f. S. 1536. 8.

Idem minori forma, Charact. Italicis. 3. f. S. 1541. 12.

Ejusdem Naſonis Faſtorum, Lib. vj.
Triſtium. Lib. v.

De

De Ponto. Lib. iiij.
Mediocri formâ Charact. Italicis. 5. ſ. S. 1536. 8.

Idem minori formâ Charact. Italicis, ad optimi cujusque exemplaris collationem ſummo ſtudio vigilantiaque, recogniti. . 3. ſ. S. 1541. 12.

Ejusdem Metamorphoſeon Lib. XV. mediocri formâ, Charact. Italicis. . 5. ſ. S. 1537. 8.

Iidem minori formâ, Charact. Italicis: optimis quibusque exemplaribus collatis ſummo ſtudio emendati. . 3. ſ. S. 1541. 12.

P. OVIDII *Naſonis* Elegia de Nuce. Incerti Authoris Elegiæ duæ, de Philomelâ. De Pulice, majori formâ. . 4. d.

C. VALERII FLACCI Argonauticon lib. octo, à *Philippo Engentino* emendati, & ad vetutiſſima exemplaria recogniti, adjectis præterea ſingulorum librorum argumentis per eundem: mediocri formâ, Charact. Italicis. 2. ſ. S. 1532. 8.

STATII Sylvarum lib. v.
Thebaidos. Libri xij.
Achilleidos. Libri ij.
Orthographia & flexus dictionum Græcarum omnium apud Statium cum accentib. & generib. ex variis utriusque linguæ authoribus: mediocri formâ, Charact. Italicis. . 6. ſ. 6. d. S. 1530. 8.

*Claudii* CLAUDIANI Alexandrini poëtæ illuſtriſſimi, quotquot noſtrâ hâc tempeſtate extant opuſcula, ad ſeriem ſubſequentem.
De raptu Proſerpinæ. Libri iij.
In Ruffinum. Libri ij.
De bello Gildonico. Liber I.
Epithalamium in nuptiis Honorii & Mariæ.
Ejusdem Panegyrici. Libri vij.
In Eutropium. Lib ij.
De bello Getico. Lib. I.
Ejusdem Epigrammata quædam.
Omnia hæc diligentiſſimè recognita, ad veterum exemplarium fidem. Mediocri formâ,

Charact. Italicis. . . 4. ſ. 6. d. S. 1530. 8.

Silii Italici clariſſimi Poëtæ, de bello Punico, libri xvij. Cum argumentis *Hermanni Buſchii* & Scholiis in margine adjectis, quæ vice uberis Commentarii eſſe poſſunt: mediocri formâ, Charact. Italicis. . 5. ſ. 6. d. S. 1531. 8.

Strozii Poëtæ pater & filius: mediocri formâ, Characteribus Italicis. . 6. ſ. S. 1530. 8.

Auli Persii Flacci Satyræ Sex. Cum annotatiunculis in margine adjectis, quæ brevis commentarii vice eſſe poſſint: mediocri formâ, Charact. Italicis. . 4. d. S. 1541. 8.

Eædem minori formâ, Charact. Italicis. 3. d. S. 1542. 12.

*Junii* Juvenalis *Aquinatis* ſatyræ decem & ſex. Cum annotatiunculis in margine adjectis, quæ brevis Commentarii vice eſſe poſſint, mediocri formâ, Characteribus Italicis. . . 1. ſ. 8. d. S. 1535. 8.

Eædem minori formâ, Charact. Italicis. 1. ſ. 3. d. S. 1542. 12.

Batrachomyomachia Homeri è Græco in Latinum carmen verſa per Franciſcum Villerium Continiacum, ac recèns in lucem editum: mediocri formâ, Characteribus Italicis. 2. d. S. 1543. 8.

*Salmonii* Macrini *Juliodunenſis* Carminum libri quatuor, ad *Hilermum Bellaium* cognomento *Langium*. . 1. d. 6. d. S. 1530. 8.

Ejusdem Macrini Carminum libellus. 4. d. S. 1528. 8.

*Marci Hieronymi* Vidæ Scachorum liber. 4. d. S. 1529. 8.

*Joan* Vulteii *Rhemi* Inſcriptionum lib. duo, Ad Ægidium Boherum Archid. Rhem. & Aven.

Ad Bapt. Caſtellanum Nicæum Xeniorum libellus.

Ejusdem hendecaſyllaborum libri quatuor.

Ad Poëtas Gallicos libri duo. .

Ad Franciſcum Boherum Epiſc. Maclovienſem, item libri duo: Minori formâ, Characteribus Italicis. 2. ſ. 6. d. S. 1538. 12.

HUBERTI SUSSANNÆI legum & medicinæ Doctoris Ludorum libri nunc recèns conditi atque editi: mediocri formâ, Characteribus Italicis. 2. ſ. S. 1538. 8.

(a) JOANNIS DARCII *Venuſini* Canes recèns in lucem editi.

Item Epiſtola Deidamiæ ad Achillem, cum aliquot Epigrammatis, eodem Authore. 4. d.

SOPHOCLIS Tragoediæ ſeptem, Græcè. 8. ſ. F. 1528. 8.

Commentaria in *Sophoclem*, Græcè. 12. ſ.

## PHILOSOPHI.

(b) TOtius Philoſophiæ naturalis Epitome, ſeu Enchiridion, ex univerſis Phyſicis *Ariſtotelis* nunc primùm decerptum, *Simone Broſſerio* authore, majori formâ. 1. ſ. 3. d.

Compendium Dialecticæ *Fanciſci Titelmanni*, ad libros Logicorum Ariſtotelis admodum utile ac neceſſarium, nuper diligentiſſimè recognitum, majori formâ. 8. d.

Compendiaria *Joannis* ARBOREI *Laudunenſis* in Dialectica elementa introductio, ab aliquot erratulis repurgata, & locupletiùs adaucta. 1. ſ. 8. d. S. 1536. 8.

*Joachimi* RINGELBERGII *Antuerpiani* Dialectica. 9. d.

Dialectica methodus *Patritio Todæo Scoto* Authore. 4. d. S. 1544. 4.

Dialectica JOANNIS CÆSARII noviſſimè

jam

(a) Simler. Bibliothec. *Pariſiis apud Colinæum.* 1543.
(b) Simler. Bibliothec. *Excuſa Lutetiæ à Colinæo.* 1536.

jam ab ipſo authore diligenter recognita, & acceſſione locupletata, capitibúsque diſtincta, miro compendio omnia ferè ejus artis præcepta complectente. . 2. ſ. 6. d.

LAURENTII VALLÆ *Romani*, de Dialecticâ libri tres. . 3 ſ. 6. d. S. 1530. 4.

GEORGII TRAPEZUNTII Dialectica, hæc continens: De enuntiatione. De prædicabilibus. De Prædicamentis. De Syllogiſmo categorico, & hypothetico De Enthymemate. De diffinitione & diviſione. De Theſi. Et hæc omnia utiliter elegantérque, & modo quidem perbrevi ac introductorio. 8. d. S. 1544. 8.

RODOLPHI AGRICOLÆ *Phriſii*, de inventione dialecticâ libri tres, cum Scholiis *Joannis Matthæi Phriſſemii*. . 12. ſ. S. 1534. 4.

Epitome Commentariorum Dialecticæ inventionis *Rodolphi Agricolæ*, per *Bart. Latomum Arlunenſem*. . . 1. ſ. 8 d. S. 1542. 8.

JOANNIS VISORII COENOMANI ingenioſa nec minùs elegans ad Dialectices candidatos methodus

Ejusdem compendioſa librorum *Rodolphi Agricolæ* de inventione Dialecticâ Epitome. 1. ſ. 8. d. S. 1534. 8.

* GULIELMI MANDERSTON compendioſa Dialectices Epitome, ab Authore recèns emendata, & innumeris, quibus undique ſcatebat, mendis liberata.

Item & ejusdem quæſtio de futuro contingenti. . . 3. ſ.

BOETII SEVERINI de Diviſionibus & diffinitionibus libri, emendatiùs quàm antea editi, additis ſcholiorum vice adnotationibus utiliſſimis. . . 8. d.

SEVERINI BOETII de differentiis To-

picis

* Simler. Bibliothec. habet hunc librum ( *Veneunt Pariſiis* 3 *ſolidis Gallicis*) ſed ſinè anno aut typographo.

picis libri quatuor, magnâ cum diligentiâ recogniti, ut non oſcitanti lectori facilè innoteſcet. . . 10. d.

Peri Archon (id eſt de principiis) ſcientiarum quæ in Dialectices initio generatim inquiri ſolent, breviter & artificiosè complectens. 1. ſ. 3. d.

CAROLI BOUILLI *Samarobrini*, Liber de intellectu Liber de ſenſu. Liber de nihilo. Ars oppoſitorum. Liber de Generatione. Liber de Sapiente. Liber de duodecim numeris. Epiſtolæ complures. 10. ſ.

Tabla de CEBETES Philoſopho Thebano ſacada de Grieco in Caſtellano por el Doctor *Poblacion* Medico de la Chriſtianiſſima Reina de Francia. 4. d.

## Opera ARISTOTELIS, *& in* eadem Commentarii.

ARISTOTELIS Rhetoricorum ad Theodecten, *Georgis Trapezuntio* interprete, Libri tres.

Ejusdem Rhetorices ad Alexandrum, à Franciſco Philelpho in Latinum verſæ, liber I. Nunc recèns ad Græcam veritatem recogniti. . . 3. ſ. 6. d. S. 1530. 8.

Fundamentum Logicæ.

Introductio in terminorum cognitionem in Libros Logicorum, Authore *Jodoco Clichthoveo Neoportuenſi*, unà cum *Joannis Cæſarii* Commentariis, minori formâ. . 6. d.

Logica ARISTOTELIS, minori forma. 6. ſ. 6. d.

Quinque vocum, quæ Prædicabilia Porphyrii ad Chryſaorium nuncupantur, liber: *Boetio Severino* interprete. Categoriarum prædicamentorúmque ARISTOTELIS liber: eodem divo *Severino Boetio* interprete, minori formâ. . 10. d. S. 1544. 8.

ARISTOTELIS Peri hermenias, libri duo: minori forma. . . 4. d. S. 1544. 8.

Topicorum ARISTOTELIS libri octo, cum duobus Elenchorum: *Boetio Severino* interprete minori formâ. . 3. ſ. S. 1545. 8.

Priorum Analyticorum ARISTOTELIS Libri duo, *Boetio Severino* interprete, minori forma. . . 1. ſ. 8. d. S. 1545. 8.

Poſteriorum Analyticorum ARISTOTELIS, libri duo, *Boetio Severino* interprete, minori forma. . 1. ſ. S. 1545. 8.

PORPHYRII Inſtitutiones ad *Chryſaorium*, vulgò Prædicabilia. . 10. d.

ARISTOTELIS *Stagiritæ* Categoriæ, vulgò Prædicamenta. . 1. ſ.

ARISTOTELIS *Stagiritæ* de Interpretatione, vulgò Peri Hermenias. . 10. d.

Hi tres libelli mediocri forma: *Joachimo Perionio* Benedictino Cormœriaceno interprete, cujus annotationes ſimul eduntur. Ad reverendum in Christo patrem D. *Franciſcum Boherum*, Epiſcopum Maclovienſem.

Logicorum libri recogniti, *Boetio Severino* interprete, & paraphraſes in eosdem cum adjectis annotationibus: ordinatore *Jacobo Fabro* Stapulenſi, magna forma. . 18. ſ.

*Ammonii* HERMEÆ in Prædicamenta Ariſtotelis Commentarii, per *Bartholomæum Sylvanium Salonenſem* nuper Latinè converſi, necnon a Gaſtono Sala nuperrimè recogniti, magna forma. . 5. ſ. S. 1524. fol.

Iſagoge *Joannis* MURMELII *Ruremundenſis* in decem Prædicamenta Ariſtotelis, minori forma. . . 6. d.

Scholia JOANNIS ARBOREI *Laudunenſis* in *Porphyrium* de quinque vocibus, vulgò

Prædi-

Prædicabilia vocant, ex *Ariſtotele*, *Boetio*, *Ammonio*, *Jacobo Fabro*, & aliis eruditis authoribus collecta, ab aliquot nuper repurgata mendis, & opulentiſſimè locupletata, minori forma. . . 2. ſ. S. 1543. 8.

Utilia admodum ad Prædicamenta Ariſtotelis Scholia, à *Joanne* ARBOREO Laudunenſi, ex eruditis authoribus ſelecta, & nuper commodè locupletata: minori formâ. . 2. ſ. S. 1528. 8.

Luculentiſſimi JOANNIS ARBOREI Laudunenſis in librum Peri Hermenias *Ariſtotelis* commentarii, minori formâ. . 2. ſ. S. 1542. 8.

*Antonii* DEMOCHARIS *Reſſonei* pernecеſſarium in octo libros Topicorum Ariſtotelis Hypomnema, quo tota diſſerendi vis in omne problema ingenioſè demonſtratur: cum rectâ contextûs diſtinctione, ad phraſim Græcam bonâ fide innumeris ſordibus repurgati, mediocri formâ. . 10. ſ. S. 1535. 8.

THEMISTII EUPHRADÆ floridiſſimi Peripatetici Paraphraſis in poſteriora Analytica *Ariſtotelis*. Interprete *Hermolao Barbaro* Patricio Veneto, recèns ad Græcum exemplar collata emendatáque, adjunctis annotationibus, minori formâ. . 1. ſ. 6. d. S. 1528. fol.

Annotationes ALEXANDRI APHRODISIENSIS maximi Peripatetici, in librum Elenchorum, id eſt, de apparentibus redarguendi argumentis *Ariſtotelis*, nuper diligenti curâ in Latinum converſa, *Gulielmo Dorotheo* Veneto interprete, magna formâ. 4. ſ. S. 1542. fol.

Ethica, ſive Decem librorum Moralium *Ariſtotelis*, tres converſiones: Prima *Argyropyli Byzantii*, ſecunda *Leonardi Aretini*, tertia verò antiqua, per capita & numeros conciliatæ: communi familiaríque commentario ad *Argyropylum* adjecto.

*Jacobi* FABRI introductio in Ethicen.

Magna Moralia Ariſt. *Georgio Vallâ* interprete.

*Leonar-*

*Leonardi Aretini* Dialogus de moribus.
Index in Ethicen. Item in magna moralia, magna formâ. 12. ſ. S. 1542. fol.

Jacobi Fabri *Stapulenſis* introductio in Ethicen Ariſtotelis, ad ſtudioſum virum *Germanum de Ganay* decanum Bellovacenſem & conſiliarium Regium, minori forma. 6. d.

Moralis Jacobi Fabri *Stapulenſis* in Ethicen introductio, *Judoci Clichthovei* Neoportuenſis familiari commentario elucidata, magna forma. 3. ſ. S. 1545. fol.

Aristotelis ad *Nicomachum* filium de moribus, quæ Ethica nominantur, libri decem *Jaachimo Perionio* Benedictino Cormœriaceno interprete. Ad reverendum in Chriſto patrem D. *Franciſcum* Boherum Epiſcopum Maclovienſem, mediocri forma. 5. ſ.

Commentarii ejuſdem in eoſdem libros, in quibus de convertendis conjungendíſque Græcis cum Latinis præcepta traduntur, mediocri forma. 5. ſ.

Alexandri Aphrodisiei Commentaria in duodecim *Ariſtotelis* Libros de prima Philoſophia ( Metaphyſica vocant ) interprete *Joanne Geneſio Sepulvedâ* Cordubenſi, ad *Clementem* VII. Pon. Max.
Quibus acceſſerunt, primùm Index Alphabeticus, præcipua quæque in Commentariis contenta complectens : deinde ad marginem paſſim ſcholia breviſſima, enarrationum ſummam paucis elucidantia, magna forma. 15. ſ. S. 1536. fol.

Aristotelis *Stagiritæ* quæ vocant Parva naturalia: De ſenſu & ſenſili. De memoria & reminiſcentia. De ſomno & vigilia. De inſomniis. De divinatione per ſomnia. De Animalium motione. De animalium inceſſu. De extenſione & brevitate vitæ. De juventute & ſenectute, morte & vita, & de ſpiratio-

ne.

ne. Omnia in Latinum converſa, & antiquorum more explicata à *Nicolao Leonico Thomæo.* Ejusdem *Leonici* opuſcula nuper in lucem edita. Item ejusdem Dialogi, quotquot extant: magna forma. . 20. ſ. S. 1530. fol.

Problemata ARISTOTELIS Sectiones duæ de quadraginta: *Theodoro Gazâ* interprete. Problematum *Alexandri Aphrodiſiei* libri duo: eodem Theodoro interprete. Index in utriusque ſectiones & problemata, magna forma. 10. ſ. S. 1524. fol.

Politicorum ARISTOTELIS libri octo. Oeconomicorum ejusdem libri duo. Hæc ullis absque Commentariis emiſſa ſunt, quibus in fronte familiaris in Politica introductio præmittitur, una cum duobus indicibus: minori forma. 3. ſ. 6. d.

Politicorum ARISTOTELIS libri octo cum Commentariis *Jacobi Fabri Stapulenſis.* Oeconomicorum ejusdem libri duo, cum Commentariis *Jacobi Fabri Stapulenſis.*

Hecatonomiarum libri ſeptem.

Oeconomiarum publicarum, Lib. unus.

Explanationis *Leonardi* in Oeconomica libri duo, magna formâ. . 10. ſ. S. 1526. fol.

In Politica ARISTOTELIS introductio *Jacobi Fabri Stapulenſis*, adjecto Commentario declarata per *Judocum Clichthoveum Neoportuenſem.* Item Oeconomicon *Xenophontis*, a *Raphaele Volaterrano* traductum, magna formâ. 2. ſ. 6. d.

ARISTOTELIS de Hiſtoria animalium Libri IX. De partibus animalium & earum cauſis libri IIII. De Generatione animalium libri V. *Theodoro Gazâ* interprete.

De communi animalium greſſu Liber I.

De communi animalium motu Liber I. Petro Alcyonio interprete.

Indices in præfatorum operum ſingula, magna formâ. . 16. ſ. S. 1533. fol.

## MATHEMATICI.

ENchiridion Artis Numerandi, parvo admodum negotio omnem calculi praxim docens in integris, minutis vulgaribus, & projectilibus, regulis aliquot mercatorum additis nequaquam contemnendis, nunc recognitum & accuratiùs excuſum. Ex ſecunda editione, cum acceſſionibus plurimis. . 1. ſ.

Divi Severini Boetii Arithmetica, duobus diſcreta libris, Adjecto Commentario, myſticam numerorum applicationem perſtringente, declarata . 10. ſ. S. 1521. fol.

Jordani Nemorarii Clariſſimi viri Elementa Arithmetica: cum demonſtrationibus *Jacobi Fabri Stapulenſis* ad *Joannem de Ganay* Senatorem Pariſienſem.

*Jacobi Fabri Stapulenſis* Elementa Muſicalia ad clariſſimum virum *Nicolaum de Haqueville* inquiſitorium Præſidentem.

Jacobi Fabri Stapulensis Epitome in duos libros Arithmeticos divi *Severini Boetii*, ad Magnificum *Ioannem Stephanum Ferrerium* Epiſcopum Vercellenſem.

Rithmimachiæ ludus, qui & pugna numerorum appellatur. . 1. ſ.

Euclidis *Megarenſis* Geometricorum elementorum libri quindecim.

Campani Galli *Tranſalpini*, in eosdem Commentariorum Libri XV.

Theonis Alexandrini, *Bartholomæo Zamberto Veneto* interprete, in tredecim priores Commentariorum Lib. XIII.

*Hypſiclis Alexandrini* in duos poſteriores, eodem *Bartholomæo Lamberto Veneto* interprete Commentariorum Libri II.

Utcumque noſter valuit labor, conciliata ſunt hæc omnia, ad ſtudioſorum non parvam (quam optamus) utilitatem, id Magnifico D. *Franciſco Briconneto* poſtulante. 25. ſ. H. 1516. fol.

Geo-

Geometria Speculativa Thomæ Bravardini recolligens omnes concluſiones Geometricas ſtudentibus artium & philoſophiæ *Ariſtotelis* valde neceſſarias, ſimul cum quodam tractatu de Quadratura circuli noviter edito.

Elementale Geometricum ex *Euclidis* Geometria à *Joanne Voegelin Haylpronnenſi* ad omnium Mathematices ſtudioſorum utilitatem decerptum. . . 3. ſ.

* Geometrie pratique, compoſée par le noble Philoſophe Maitre *Charles de Bovelles*, & nouvellement par luy revuë, augmentée & grandement enrichie. . 4. ſ. 6. d.

Raiſon d'Architecture antique, & extraite de Vitruve, & autres anciens Architecteurs, nouvellement traduit de l'Eſpagnol en François, à l'utilité de ceux qui ſe delectent en edifices. . . 4. ſ. S. ſinè anno. 4.

Joannis de Sacrobosco Sphæra mundialis, ſummâ diligentiâ nuper correcta atque emendata, adjectis inſuper figuris nonnullis, atque annotatiunculis marginibus adpoſitis. . . 1. ſ.

Textus de Sphæra *Ioannis de Sacroboſco* introductoriâ additione (quantum neceſſarium eſt) commentarióque *Iacobi Fabri Stapulenſis*, ad utilitatem ſtudentium Philoſophiæ Pariſienſis Academiæ illuſtratus. Cum compoſitione annuli Aſtronomici *Boneti Latenſis* : & Geometriâ *Euclidis Megarenſis*. . 2. ſ. S. 1538. fol.

Introductorium Aſtronomicum *Iacobo Fabro Stapulenſi* Authore, theorias corporum cœleſtium duobus libris complectens : adjecto

Com-

* Croix du Maine. p. 42. *L'Art & pratique de Geometrie par Charles de Bovelles. Imprimée à Paris chez Robert Estienne & depuis chez Symon de Colines.* Meliùs & veriùs Verdier. p. 150. *L'Art & Science de Geometrie &c. Impr. à Paris* 4. *par Henry Eſtienne pere de feu Robert Eſtienne* 1514. *Le meſme livre a eſté depuis reimprimé ſoubs le tiltre de la Geometrie pratique à Paris par Regnaud Chaudiere* 1551. At hâc prior eſt illa editio, cujus meminit Catalogus Calderianus.

Commentario *Iudoci Clichthovei Neoportuenſis* declaratum. . . 6. ſ. H. 1517. 4.

Augustini Ricii, de motu octavæ Sphæræ, opus Mathematicâ atque Philoſophiâ plenum. Ubi tam antiquorum, quàm juniorum errores luce clarius demonſtrantur: In quo & quamplurima Platonicorum, & antiquæ magiæ (quam Cabalam Hebræi dicunt) dogmata videre licet intellectu ſuaviſſima. Ejusdem de Aſtronomiæ authoribus Epiſtola. 3. ſ. S. 1521. 4.

Theodori Gazæ *Theſſalonicenſis* liber de Menſibus Atticis, *Ioanne Perrello* interprete. Ejusdem interpretis de ratione Lunæ, & Epactarum ſecundùm *Gazam*, cum Tabulâ perfecti ambitûs annorum intercalarium. 1. ſ. 6. d. S. 1535. 8.

* Joannis Fernelii *Ambianatis* de Proportionibus, libri duo.

Prior, qui de ſimplici proportione eſt, & magnitudinum & numerorum tum ſimplicium tum fractorum rationes edocet. Poſterior, ipſas proportiones comparat, earúmque rationes colligit, magna formâ. . 4. ſ.

Joannis Fernelii *Ambianatis* Coſmotheoria, libros duos complexa.

Prior mundi totius & formam & compoſitionem: ejus ſubinde partium (quæ elementa & cœleſtia ſunt corpora) ſitus & magnitudines: orbium tandem motus quosvis ſolerter referat.

Poſterior, ex motibus, ſiderum loca & passiones diſquirit: interſperſis documentis haud pœnitendum aditum ad aſtronomicas tabulas ſuppeditantibus. Hæcque ſejunctim tandem expeditè præbet Planethodium. Cuique capiti, perbrevia, demonſtrationum loco, adjecta ſunt ſcholia, magna forma. . 5. ſ. S. 1528. fol.

Inſtrumenta Mathematica hôc in libro depicta perbellè concinnata. . 12. ſ.

* Simler. Bibliothec. *Pariſiis apud Colinæum*, 1528.

JOAN-

Joannis Fernelii *Ambianatis* Monaloſphærium, partibus conſtans quatuor.
Prima, generalis horarii & ſtructuram, & uſum in exquiſitam Monaloſphærii cognitionem præmittit.
Secunda, mobilium ſolennitatum, criticorúmque dierum rationes, multa brevitate complectitur.
Tertia, quaſcunque ex motu primi mobilis depromptas utilitates elargitur.
Quarta, Geometricam praxim breviuſculis demonſtrationibus dilucidat. Hæc ſanè cuncta excutit Monaloſphærium: quorum capita ſubſequentes facies oſtentant: magna formâ. 5. ſ. S. 1526. fol.

Generalis Horarii inſtrumentum, rectè apparatum. . . 10. ſ.

Secundum Monaloſphærii inſtrumentum. 6. ſ.

Francisci Sarzosi *Cellani Aragonei* in æquatorem planetarum, libri duo.
Prior, fabricam æquatoris complectitur.
Poſterior, uſum atque utilitatem, ac paſſiones in Zodiaci decurſu contingentes, æquatoris miniſterio inveſtigare docet, magna forma. 5. ſ. S. 1526. fol.

Æquatoris inſtrumentum, probè concinnatum. . . 10. ſ.

Aſtrolabium Joannis Martini Poblacii ſuis tabulis bene inſtructum. 17. ſ.

Inſtrumentum de diebus criticis, cum *Ioannis Martini Poblacii* libello ipſius inſtrumenti explanatore. . . 5. ſ.

Adverſùs novam *Marci Beneventani* Aſtronomiam, quæ poſitionem Alphonſinam, ac recentiorum omnium, de motu octavi orbis multis modis depravavit, & ſecum pugnantem facit, *Alberti Pighii* Campenſis Apologia. In quâ, tota ferme Alphonſina poſitio, hactenus à pauciſſimis rectè intellecta, à *Purbachio* etiam in multis perperam explicata, Mathematicè demonſtrata eſt.

Brevis & luculenta enarratio Alphonſinæ poſitionis per eundem.

Ejuſdem, Quo poſſit ingenio Alphonſinarum tabularum abacus referri ad eclipticam mobilem octavæ Sphæræ, à puncto vernalis æquinoctii facto ſupputationis initio, Thebitianarum tabularum inſtar, ſuccincta explanatio, mediocri formâ. 3. f. S. 1522. 4.

* Antonii Mizaldi *Monſluciani* Phænomena, ſive aëriæ Ephimerides: omnium auræ commotionum ſigna ab his, quæ in cœlo, aëre, aquâ & terrâ palàm apparent, quatuor aphoriſmorum ſectiunculis, methodo ſanequam facili & perſpicuâ diebus ſingulis fideliter ob oculos ponentes.

Ejuſdem Prolegomena, in quibus nonnulla de brutorum præſagitione, & prædicendarum aëris mutationum ſeria methodo, ex ſolis Phænomenis. 2. f.

** Le Mirouer du temps, autrement dit, Ephemerides perpetuelles de l'air: par leſquelles ſont tous les jours donnés vrais ſignes de tous changemens de tems, ſeulement par choſes qui à tous apparoiſſent au Ciel, en l'Air, ſur Terre, & en l'Eau. Le tout par petits Aphoriſmes & breves Sentences diligemment comprins.

Outre ce, Advertiſſement très utile en forme de Prologue, ſur les preſages & ſignes donnés par les animaux, touchant la mutation de l'Air: avecques breves inſtructions pour toſt & ſeurement pouvoir juger d'un chacun changement de tems, auſſibien le jour que la nuit, ſoit aux champs, ou à la ville, en toutes ſaiſons & pays. 2. f. 6. d.

† Antonii Mizaldi *Monſluciani* Meteorologia, ſive rerum aëriarum commentariolus:

lus:

* Simler. Bibliothec. *Lutetiæ excudebat Reginaldus Calderius anno* 1546.
** Verdier. p. 73. & Croix du Maine p. 17. *Impr. à Paris chez Regnaud Chaudiere* 8. 1547.
† Simler. Bibliothec. *Lutetiae apud Reginaldum Calderium. anno* 1547.

lus : fortuitarum auræ tempeſtatum omnium cauſas, ſpecies, generationem, naturam, differentias & affectus aph. & metho. exhibens. 1. f. 3. d.

* Le Mirouer de l'Air, par bon ordre & breves Sentences donnant à un chacun vuë, & avecques cauſes congnoiſſance très facile preſque de toutes choſes faites & engendrées en l'Air. Comme ſont Pluyes, Greſles, Tonneres, Fouldres, Eſclairs, Neiges, Orages, Vents & autres. Le tout veu par l'Autheur, & plus que le Latin augmenté & facilement interpreté. . . 1. f. 8. d.

ALCABITII ad Magiſterium judiciorum aſtrorum Iſagoge: Commentario *Ioannis Saxonii* declarata. . 3. f. S. 1521. 4.

ALBERTI PIGHII *Campenſis*, Philoſophi Mathematici, ac Theologiæ baccalaurei formati, adversùs prognoſticatorum vulgus, qui annuas prædictiones edunt, & ſe Aſtrologos mentiuntur, Aſtrologiæ defenſio, ad Auguſtinum Nyphum Sueſſanum Philoſophorum noſtræ ætatis principem & Aſtrologiæ ſincerioris reſtauratorem. . . 1. f. 6. d H. 1538. 4.

Opera ORONTII FINÆI Delphin. Regii Mathematicarum Lutetiæ Profeſſoris.

ARithmetica Practica, libris quatuor abſoluta, omnibus qui Mathematicas ipſas tractare volunt perutilis, admodúmque neceſſaria facta, magna formâ. . 6. f. S. 1542. fol.

Arithmetica Practica, in compendium per authorem ipſum redacta, multíſque acceſſionibus locupletata: Iis qui ad liberam quamvis, nedum Mathematicam aſpirant Philoſophiam perutilis, admodúmque neceſſaria, minori formâ. . . 2. f. 6. d. S. 1544. 8.

Ta-

* Croix du Maine. p. 17. *Meteores* &c: *imprimé par Chaudiere*. 1548.

Tabula proportionalis, omnibus Aſtronomicis ſupputationibus indifferenter accommoda, per eundem Orontium, fideliter admodum ſupputata. 1545. . . . . 6. d.

In ſex priores libros Geometricorum elementorum *Euclidis Megarenſis* demonſtrationes, recèns auctæ, & emendatæ unà cum ipſius *Euclidis* textu Græco, & interpretatione Latinâ *Bartholomæi Zamberti Veneti.* Omnia ad fidem Geometricam per eundem Orontium recognita, magna forma. . . 8. ſ. S. 1536. fol.

De Mundi Sphæra, ſive Coſmographia primave Aſtronomiæ parte Lib. V. inaudita methodo ab authore renovati, (propriiſque tum Commentariis & figuris, tum demonſtrationibus & tabulis recèns illuſtrati.

Ejusdem *Orontii*, Rectarum in circuli quadrante ſubtenſarum ( quos ſinus vocant ) demonſtratio ſupputatióque facillima, nunc primùm edita, unà cum eorundem ſinuum tabula fideli admodum calculo reſtituta.

Ejusdem *Orontii* Organum univerſale, ex ſupradicta ſinuum ratione contextum, quo cum Geometrici, tum omnes Aſtronomici canones, ex quatuor ſinuum proportione pendentes, mira facilitate practicantur, magna forma. 12. ſ. S. 1542. fol.

De Mundi Sphæra, ſive Coſmographia Aſtronomiæ parte Lib. V. ab ipſo Authore recogniti, aucti & prorſus renovati, ſeorſúmque in ſtudioſorum gratiam absque Commentariis recenter impreſſi, minori forma. . . 1. ſ. 8. d.

Quadratura Circuli, tandem inventa & clariſſimè demonſtrata.

De Circuli menſura, & ratione circumferentiæ ad diametrum, Demonſtrationes duæ.

De multangularum omnium & regularium figuram deſcriptione, Liber hactenus deſyderatus.

De invenienda longitudinis locorum differentia, aliter quàm per Lunares eclipſes, etiam dato quovis tempore, Liber admodum ſingularis.

Pla-

Planiſphærium Geographicum, quo tum longitudinis atque latitudinis differentiæ, tum directæ locorum deprehenduntur elongationes, magna forma. . . 8. ſ. S. 1544. fol.

Quadrans Aſtrolabicus, omnibus Europæ regionibus inſerviens, ex recenti & emendata ipſius authoris recognitione, in ampliorem ac longè fideliorem redactus deſcriptionem, magna forma. . . 1. ſ. 8. d. S. 1534. fol.

Quadrantis inſtrumentum affabre paratum. 7. ſ.

Integra orbis deſcriptio, in formam cordis humani. . . 2. ſ.

Les Canons & Documens très amples, touchant l'uſage & pratique des communs Almanachs, que l'on nomme Ephemerides.

Briefve & Iſagogigue Inſtruction, ſur la Judiciaire Aſtrologie, pour ſavoir prognoſtiquer des choſes advenir par le moyen deſdites Ephemerides.

Le tout nouvellement & très clairement redigé en langage François, en moyenne forme. . . 1. ſ. 3. d. S. 1543. 8.

## MEDICI.

PEDANII DIOSCORIDIS *Anazarbei* de Medica materia libri ſex, *Ioanne Ruellio Sueſſionenſi* interprete, nunc primùm ab ipſo *Ruellio* recogniti & ſuo nitori reſtituti, minori forma. . . 6. ſ. 6. d. S. 1537. 8.

Stirpium differentiæ ex *Dioſcoride* ſecundùm locos communes, opus ad ipſarum plantarum cognitionem admodum conducibile, minori formâ. . . 1. ſ. 8. d. S. 1534. 18.

*NICOLAI MAGNI Doctoris Medici, de Me-

* Hunc librum in Simleri Bibliothecâ lego apud Mich. Vaſcoſanum excuſum. Et libros à Vaſcoſano excuſos conſtat apud Colinæum venales aliquando proſtitiſſe; uti Medic. Galen. Lat. 1547. fol.

Medicis pulveribus libellus. 1. ſ. 3. d. M. 1545.

Pauli Æginetæ opus de re medica, nunc primùm integrum Latinitate donatum, per *Joannem Guinterium Andernacum* Doctorem Medicum, magna forma. 25. ſ. S. 1532. fol.

Pauli Æginetæ præcepta ſalubria *Gulielmo Capo Baſilienſi* interprete, mediocri formâ. 2. ſ. H. 1512. 4.

Cælii Aureliani Methodici Siccenſis liber celerum vel acutarum paſſionum, quâ licuit diligentiâ recognitus, atque nunc primùm in lucem editus, minori formâ. 3. ſ. S. 1533. 8.

* Joannis Fernelii *Ambianatis*, de naturali parte Medicinæ libri ſeptem, ad *Henricum*, Franciſci Galliæ Regis filium, magna formâ. 14. ſ.

Petri Briſſoti Doctoris Pariſienſis Medici Philoſophique præſtantiſſimi Apologetica diſceptatio, quâ docetur per quæ loca ſanguis mitti debeat in viſcerum inflammationibus, præſertim in pleuriſide, mediocri forma. 3. ſ. S. 1525. 4.

De Diſſectione partium corporis humani libri tres, à *Carolo Stephano* docto Medico editi, unà cum figuris & inciſionum declarationibus, à *Stephano Riverio* Chirurgo compoſitis, magna formâ. 30. ſ. S. 1545. fol.

La Diſſection des parties du Corps humain, diviſée en trois livres, faits par *Charles Eſtienne* Docteur en Medecine: avec les figures & la declaration des Inciſions, compoſée par *Eſtienne de la Riviere* Chirurgien, en grand volume. 30. ſ. S. 1546. fol.

Bonæ Valetudinis conſervandæ præcepta ad magnificum D. *Georgium Stutiaden*, Authore *Eobano Heſſo*. Medicinæ laus ad *Martinum Hunnium*.

Cœ-

* Simler. Bibliothec. *Pariſiis apud Colinæum*. 1542.

Cœna *Baptiſtæ Fieræ* de Herbarum virtutibus, & eâ Medicæ Artis parte, quæ victûs ratione conſiſtit.

Item Polybus de ſalubri victûs ratione privatorum, *Joanne Guinterio Andernaco* Medico interprete. *Ariſtotelis* Problemata, quæ ad ſtirpium genus & oleracea pertinent, minori formâ. . . 1. ſ. 8. d. S. 1533. 8.

Q. Sereni *Samonici* de Medecinâ præcepta ſaluberrima, per D. *Cæſarium*, ab omnibus quibus ſcatebant mendis, probè ac diligenter emaculata.

Item *Qu. Rhemnii Fanni Palæmonis*, de ponderibus & menſuris, liber utiliſſimus, minori formâ. . . . 10. d. S. 1533. 8.

Perioche ſeptem librorum primorum *Galeni*, cum quibusdam tum ab eodem, tum aliis authoribus traductis ( ut vocant ) receptionibus, per *Antonium de Mery* Medicum. Minima formâ. . . . 1. d. 8. d. S. 1534. 12.

Methodus ſex librorum primorum *Galeni* in differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum, in tabellas ſex ordine ſuo conjecta paulò fuſiùs, ne brevitas obſcura lectorem remoretur & fallat, per *Jacobum Sylvium*. . . 2. ſ. 6. d.

Rhasis Philoſophi tractatus nonus ad Regem Almanſorem, de curatione morborum particularium: opuſculum huic ſeculo accommodatiſſimum. . . . 1. ſ. 3. d. S. 1534. 8.

Syruporum univerſa ratio, ad *Galeni* cenſuram diligenter expolita. Cui poſt integram de coctione diſceptationem præſcripta eſt vera purgandi methodus, cum expoſitione Aphoriſmi: Concocta medicari. *Michaele Villanovano* Authore. . . . 1. ſ. 6. d. S. 1537. 8.

De Ligno Sancto non permiſcendo, *Antonio* Gallo Medico Authore Idem in imperitos fucatósque medicos. . . 3. ſ. S. 1540. 8.

Veterinariæ Medicinæ libri duo, *Joanne Ruellio Sueſſionenſi* interprete, magna formâ. 12. ſ. S. 1530. fol.

## OPERA HIPPOCRATIS.

HIPPOCRATIS Aphoriſmi, cum *Galeni* Commentariis, *Nicolao Leoniceno Vicentino* interprete.

Item ejusdem *Hippocratis* Prædictiones, cum *Galeni* etiam Commentariis. *Laurentio Laurentiano* interprete. Ad Græcum codicem ſummâ diligentia recognita, magna formâ. . 10. ſ.

ORIBASII Medici clariſſimi Commentaria in Aphoriſmos *Hippocratis* hactenus non viſa, *Joannis Guinterii* Andernaci Doctoris Medici induſtriâ velut è profundiſſimis tenebris eruta, & nunc primùm in Medicinæ ſtudioſorum utilitatem edita, minori formâ. . 3. ſ. S. 1533. 8.

HIPPOCRATIS *Coi* de Natura humana liber, cum duobus Commentariis *Galeni.*

Ejusdem de victûs ratione ſalubri liber, cum Galeni Commentario, *Hermanno Cruſerio Campenſi* interprete, minima formâ. . 1. ſ. 8. d. S. 1534. 12.

GALENI in librum *Hippocratis* De victûs ratione in morbis Acutis Commentarii quatuor, *Jaanne Vaſſæo* Meldenſi interprete, à quo denuo ſunt recogniti, & reguſtati, minori formâ. . . . 4. ſ. S. 1542. 8.

GALENI in librum *Hippocratis* de victûs ratione in morbis acutis Commentarii quatuor, Joanne Vaſſæo Meldenſi interprete, magna forma. . . . 6. ſ. S. 1531. fol.

HIPPOCRATIS *Coi* liber primus & tertius de morbis Epidemiis, id eſt, vulgaribus, cum Commentariis *Galeni*, *Hermanno Cruſerio Campenſi* interprete, magna forma. . 7. ſ. S. 1534. fol.

*Claudii* GALENI *Pergameni* in *Hippocratis* prorrhetici librum primum Commentariorum libri tres, nunc primùm à *Joanne Vaſſæo Mel-*

*denſi*

*denſi* Latinitate donati, ac in lucem editi, magna forma. . . . 4. ſ.

Opera CLAUDII GALENI Pergameni Medici, magna forma.

DE Placitis *Hippocratis* & *Platonis* Opus eruditum & Philoſophis, & Medicis utiliſſimum, novem libris ( quorum primus deſyderatur ) comprehenſum, nunc primùm Latinitate donatum, *Joanne Guinterio Andernaco* interprete. . . . 10. ſ. S. 1534. fol.

De Simplicium Medicamentorum facultatibus libri undecim, *Theodorico Gerardo Gaudano* interprete. Qui emendatiores exeunt, locis compluribus reſtitutis ex vetuſtiſſimorum exemplarium collatione. . . 15. ſ. S. 1530. fol.

De compoſitione Medicamentorum ſecundùm locos, ſeu quæ unicuique corporis parti conveniunt, libri decem, opus & eruditum & omnibus medicis neceſſarium, nunc primùm Latinitate donatum, ac in lucem editum per *Joannem Guinterium Andernacum.* . 18. ſ. S. 1535. fol.

De compoſitione Medicamentorum cata geni ſive ſecundùm genera, libri ſeptem, *Joanne Guinterio Andernaco* interprete. . 12. ſ. S. 1530. fol.

De Anatomicis adminiſtrationibus libri novem, *Joanne Guinterio Andernaco* Medico interprete. . . . 8. ſ. S. 1531. fol.

Methodus medendi, vel de morbis curandis libri quatuordecim, *Thomâ Linacro Anglo* interprete. . . 15. ſ. S. 1530. fol.

De ſanitate tuenda libri ſex, *Thomâ Linacro Anglo* interprete, ad Græcum exemplar denuo collati. . . . 6. ſ. S. 1530. fol.

De affectorum locorum notitia libri ſex *Gulielmo Capo Baſileienſi* interprete, poſt tertiam recognitionem iterum emendati. . 9. ſ. S. 1539. fol.

De temperamentis libri tres:
De inæquali intemperie libri tres, *Thomæ Linacro Anglo* interprete. . . 4. ſ. S. 1523. fol.

Opera Galeni de pulſibus, *Hermanno Cruſerio Campenſi* interprete, quorum ſequitur catalogus.
Ad Tirones, lib. I.
De differentiis pulſuum, Libri IIII.
De dignoſcendis pulſibus, Libri IIII.
De Cauſis pulſuum, Libri IIII.
De præſagitione ex pulſibus, Libri IIII.
De uſu pulſuum, Liber I. 12. ſ. S. 1532. fol.

De cauſis reſpirationis, libellus.
De uſu reſpirationis, Liber I.
De ſpirandi difficultate, Libri III. *Joanne Vaſſæo Meldenſi* interprete. . . 4. ſ. S. 1533. fol.

De antidotis libri duo, à *Joanne Guinterio Andernaco* nunc primùm Latinitate donati.
Ejusdem *Galeni* de remediis paratu facilibus liber unus, eodem *Ioanne Guinterio Andernaco* interprete. - - 5. ſ. S. 1533. fol.

De Criſibus libri tres, *Nicolao Leoniceno* interprete, ad Græci exemplaris fidem recogniti. 3. ſ. S. 1530. fol.

De differentiis febrium Libri duo, *Laurentio Laurentiano Florentino* interprete: accuratè per *Simonem Thomam* recogniti, & ex fide Græci exemplaris penè alii facti. . 2. ſ. 6. d. S. 1523. fol.

Varia Galeni Opera, *Ioanne Guinterio Andernaco* interprete, partim nunc recèns edita partim diligentiſſimè recognita, quorum nomina ſequuntur.
De facultatum naturalium ſubſtantia, Lib. I.
Quod animi mores, corporis temperaturam ſequuntur, liber I.
De propriorum animi cujuſque affectuum agnitione & remedio, liber I.
De ſectis, ad Medicinam introductio, liber I.
De Elementis ſecundùm Hippocratis ſententiam, Libri II.

In

In Hippocratis librum de natura hominis, Commentarii II.
In Hippocratis opus de victûs ratione privatorum Commentarius I.
De conſtitutione Artis Medicæ, liber I.
De præſagiis ex inſomniis, libellus I.
De optima corporis humani conſtitutione, libellus I.
De bono corporis habitu, Liber I.
De plenitudine, liber I.
De atra bile, liber I.
De tumoribus præter naturam, liber I.
De diebus decretoriis, libri III. nunc ab interprete aſſerti.
De morborum temporibus, liber I.
De totius morbi temporibus, liber I.
De theriacâ, liber I.
De pulſibus introductio, liber I.
Introductio ſeu Medicus Galeno inſcriptus, hæc omnia. . . 18. ſ. S. 1534 fol.

Diverſa GALENI Opera jam primùm in lucem edita, *Joanne Guinterio Andernaco* Medico interprete, quorum nomina ſequuntur:
De tremore, palpitatione, convulſione, & rigore, liber.
De prænoſcendo, liber.
Ad eos qui de typis ſcripſerunt, de circuitibus, liber.
De typis Commentarius.
De præſtantiſſimâ Medicorum ſectaad Thraſybulum, liber.
De vulvæ conſectione libellus.
De formatione fœtûs, libellus.
De medendi ratione per venæ ſectionem, liber.
De ſanguinis miſſione ad Eraſiſtratum, liber.
De hirudinibus, revulſione, cucurbitulâ, & ſcarificatione libellus.
An ſanguis in arteriis ſecundùm naturam contineatur, liber.
De purgantium Medicamentorum facultate, libellus
Quos purgare, & qualibus in id efficacibus

medi-

medicamentis, & quando oporteat, libellus.

De venæ ſectione adverſus Eraſiſtrateos Romæ degentes liber, Joſepho Tectandro Cracovienſi interprete. Hæc omnia opera diverſa. 10. ſ. S. 1536. fol.

Opuſcula aliquot CL. GALENI, quorum ſequitur index.

*Hippocratis* de aëre, aquis, & locis, libellus: Jano Cornario interprete. Galeni Commentaria deſyderantur.

*Galeni* de cibis boni & mali ſucci, liber.

De attenuante victûs ratione, liber.

De ptiſanâ, liber.

De parvæ pilæ exercitio, liber.

De cognoſcendis, curandíſque animi morbis, libellus.

De cujusque animi peccatorum notitiâ atque medelâ libellus.

De aſſuetudinibus, liber.

Ars tuendæ ſanitatis, num ad Medicinalem artem ſpectet, an ad exercitatoriam, ad Thraſybulum, liber.

De inſtrumento odoratûs, liber.

De motu thoracis & pulmonis, fragmentum. Liber, in quo inquiritur, an omnes particulæ animalis, quod fœtatur, fiant ſimul.

Liber falſò inſcriptus Galeno, an animal ſit id quod in utero eſt.

De ſeptimeſtri partu, liber.

De maraſmo ſpecie tabis, liber.

De comate, liber.

De cauſis procatarcticis, liber.

De Urinis, liber.

De Theriaca ad Pamphilianum, liber.

De remediis facilè parabilibus, liber.

De remediis facilè acquiſibilibus, liber.

De facilè parabilibus, liber.

De ſubſtitutis Medicinis liber.

Documentum de puero epileptico.

Liber Galeno aſcriptus, de incantatione, adjuratione & ſuſpenſione.

Liber de oculis.

De Anatomia oculorum Galeno adſcriptus liber.

De

De rerum affectûs dignotione & medicatione, liber.
An qualitates incorporeæ ſint.
De bonitate aquæ, liber : hæc opuſcula omnia. . . . 10. ſ.

Varia Opera GALENI Mediocri formâ.

CL. GALENI *Pergameni* Ars Medica, quæ & Ars parva, *Martino Acakiâ Catalaunenſi* Doctore Medico interprete & enarratore. 13. ſ.

De Alimentorum facultatibus libri III. *Joachimo Martinio Gandavo* interprete. . 6. ſ. S. 1530. 4.

Cl. GALENI *Pergameni*, ſecundùm *Hippocratem* Medicorum facilè principis opus de uſu partium corporis humani, magnâ curâ ad exemplaris Græci veritatem caſtigatum, univerſo hominum generi apprime neceſſarium *Nicolao Regio Calabro* interprete. . 12. ſ. S. 1528. 4.

De ſectis Medicorum, *Georgio Vallâ* interprete, libellus.
ALEXANDRI APHRODISEI Medici Clariſſ. de febribus, eodem interprete.
HIPPOCRATIS de natura humana, *Andrea Brentio Patavino* interprete. . 1. ſ. 6. d.

GALENI *Pergameni* diſſectionis venarum arteriarúmque Commentarium.
Ejusdem de nervis compendium, *Antonio Fortolo Joſerienſi* interprete. . . 10. d.

Commentariolus de pulſibus ad Medicinæ Candidatos, *Joanne Guinterio Andernaco* interprete. . . 1. ſ.

De Theriaca ad Piſonem liber, *Joanne Guinterio Andernaco* interprete. . . 2. ſ. S. 1531. 4.

Varia opuſcula GALENI, minori formâ.
De elementis ex *Hippocratis* ſententiâ, libri duo, *Joanne Guinterio Andernaco* interprete, recèns à quodam ad Græcum exemplar recogniti. 1. ſ.

Definitiones Medicinæ, *Jonâ Philologo* interprete. . . . 10. d. S. 1528. 8.

Introductio, ſeu Medicus.
De ſectis ad Medicinæ candidatos opuſculum, *Ioanne Guinterio Andernaco* interprete. 2. ſ. S. 1528. 8.

De conſtitutione Artis Medicæ liber, *Iano Antoniaco* interprete. . . 8. d. S. 1531. 8.

De diebus decretoriis, libri III.
De morborum temporibus, liber I.
De generalibus morborum temporibus, liber I. . . . 2. ſ. 6. d. S. 1529. 8.

De differentiis morborum Liber I.
De cauſis morborum, Lib. I. . 1. ſ. S. 1528. 8.

De differentiis ſymptomatum, liber I.
De cauſis ſymptomatum, libri III, interprete Thoma Linacro. . . 2. ſ. 6. d. S. 1528. 8.

De motu muſculorum libri duo, *Nicolao Leoniceno* interprete.
Item libellus ejusdem Authoris, cui titulus eſt, Quos oportet purgare, & qualibus medicamentis purgantibus, & quando. . 1. ſ. S. 1528. 8.

De Atra bile, liber.
De tumoribus præter naturam liber: *Ioanne Guinterio Andernaco* interprete. . : 10. d. S. 1529. 8.

De ſemine libri duo, *Ioanne Guinterio* interprete. Adjectæ ſunt ad calcem, Græci exemplaris caſtigationes aliquot. . 2. ſ. S. 1533. 8.

Cl. Galeni *Pergameni*, libri III.
Primus de facultatum naturalium ſubſtantiâ.
Secundus, quòd animi mores corporis temperaturam ſequuntur.
Tertius, de propriorum animi cujusque affectuum agnitione & remedio. *Io. Guinterio* interprete. . . . 1. ſ. 6. d. S. 1528. 8.

Galeni ad Patrophilum de conſtitutio-

ne

ne Medicinæ Græcè. . . . . 1. ſ. 3. d. S. ſinè ann. 4.

De pulſibus liber introductorius, Græcè. 10. d. S. 1529. 8.

De remediis paratu facilibus liber Græcè. 10. d. S. 1530. 8.

De Urinis, Liber.
De enchymiâ & cacochymiâ, Græcè. 2. ſ. S. ſinè ann. 8.

## LIVRES ECCLESIASTIQUES

à l'uſage de *Soiſſons.*

ANtiphoniels. 4. ſ.

Meſſelz. . . . . 30. ſ.

Breviaires, Yver & Eſté. . . 15. ſ.

Journaux. . . . . . 3. ſ.

Synodaux. . . . . 2. ſ. 6. d.

*Autun.*

Breviaires. . . . . 7. ſ. 6. d.

Proceſſionaires. . . . 4. ſ.

Meſſelz. . . . 25. ſ.

Manuels. . . . 6. ſ.

Graduels. . . . 35. ſ.

*Bourges.*

Meſſelz. . . . . 25. ſ.

*Cambray.*

Meſſelz. . . . . . 12. ſ.

*Sens.*

Breviaires, Yver & Eſté. . . . 12. ſ.

| | |
|---|---|
| Proceſſionnaires. | 6. ſ. |

*Chaalons.*

| | |
|---|---|
| Heures petites. | 1. ſ. |
| Meſſelz. | 25. ſ. |

*Rome.*

| | |
|---|---|
| Proceſſionaires petits. | 2. ſ. 6. d. |
| Collectarium Romanum. | 1. ſ. |

*Chartres.*

| | |
|---|---|
| Heures petites. | 1. ſ. |
| Heures gros traict. | 1. ſ. 3. d. |
| Breviaires. | 6. ſ. |
| Proceſſionnaires. | 4. ſ. |
| Meſſelz petits. | 12. ſ. |
| Meſſelz grans. | 25. ſ. |
| Graduels. | 35. ſ. |
| Breviaires notés, ou Antiphoniels. | 7. ſ. |

*Frontevaux.*

| | |
|---|---|
| Journaux. | 10 ſ. |

*Meaux.*

| | |
|---|---|
| Meſſelz. | 15. ſ. |
| Heures gros traict. | 1. ſ. 6. d. |

*Nevers.*

| | |
|---|---|
| Meſſelz. | 30. ſ. |

Poi-

*Poitiers.*

| | |
|---|---|
| Meſſelz petits. | 15. ſ. |

*Senlis.*

| | |
|---|---|
| Heures gros traict. | 1. ſ. 6. d. |
| Breviaires Yver & Eſté. | 20. ſ. |

*Saron.*

| | |
|---|---|
| Heures petites. | 1. ſ. 6. d. |

---

Satis hactenus me detinuerunt Galli, præcipuè Pariſienſes, Typographi. Tempus eſt jam ad alios tranſeundi; qui in cœteris paſſim Europæ partibus Litteras excoluerunt.

Inter Baſileenſes magnum nomen habuit JOANNES OPORINUS, cujus tamen characterum Græcorum formam & ſpeciem non poſſum admodum laudare. Id equidem (ut verum fatear) poſt multos alios obſervavi Germanas librorum editiones plerumque reliquis nitore cedere, copiâ præſtare. Abſit autem à me, ut Germanorum induſtriam elevem, & ab incultiorum paulò ac rudiorum typorum habitu illam, quam aliunde meruerunt, laudem præreptum eam. Utilitate amicitias probamus; eâdem quoque magìs, quàm exteriore cultu, apud lectores ſaniores, libris ſuus ſtat honos ac pretium: & parum ſapere hunc ſanè æſtimo, cui nugas vendibiliores reddunt typi utcumque magnificentiſſimi. Neque interim diſputo, quin frugiferis doctorum lucubrationibus ex impreſſionis venuſtate elegantiæ plurimum & gratiæ accedat.

(*a*) OPORINI vitam *Melchioris Adami*, cui eam debemus, verbis præcipuè deſcribam.

*Naſcentem* (*b*) OPORINUM *excepit Baſilea anno Chriſti ſupra milleſimum quingenteſimum ſeptimo, die converſionis Pauli, 25 Januarii. Patrem habuit* JOANNEM HERBST *pictorem, & virum pium, ſed in re tenui. Familiæ nomen ex vernaculâ linguâ in Græcam commutavit: illud ex* (*c*) *Martiali;*

Si

(*a*) Vit. German. Philoſoph. (*b*) Zeltner. Corrector. Centur. p. 389. *In conceptione macula genitalis, viſo à matre parricidâ & horrore indè exorto, ei fuit impreſſa.*
(*c*) Lib. 9. Epig. 13.

*Si daret autumnus mihi nomen, Ὀπωρινὸς eſſem;*
*Horrida ſi brumæ ſidera, Χειμερινὸς;*

*ingenioſè mutuato, cum non obſcuro omine, fore aliquando, ut cum* Roberto Wintero, *qui* Chimerinum *ſe poſtea vocavit, typographicam negotiationem iniret.*

*Pater ipſe filium literarum rudimenta docuit: & in ludum literarium duxit: ac tradita à (a) præceptoribus, domi exegit & repetivit. Poſtquam in patriâ feliciter fundamenta jeciſſet: ob patris inopiam Argentinam deſcendit: & in pauperum ſcholaſticorum contubernio quatuor ferè annos vixit. Docebat eâ in urbe tum Gebuilerus, doctus informandæ juventutis moderator. Hôc magiſtro & duce* Oporinus *uſus tantum profecit, ut Latinè purè loqueretur, & Græcæ linguæ non prorſus ignarus eſſet. Maturitatem ætatis & judicii adeptus, patriam repetit, perfectæ eruditionis deſiderio ductus. Viros igitur doctos, quorum Baſilea ſemper ferax fuit, ſedulò audivit: & eorum inſtitutione judicium de artibus humanioribus, quarum guſtum jam perceperat, informare didicit. Sed eum curſum diu tenere non potuit.*

*Cùm enim patris paupertas ſubſidia domeſtica negaret; nec quod aliunde accederet, ſperare poſſet; ad Abbatem S. Urbani, quod Monaſterium Helvetiæ eſt ſub ditione Lucernenſium, ſe contulit: & ibi juventutem, quæ aliquando in collegium recipienda erat, docuit. Eâ in conditione agens venit in familiaritatem Xylotecti, Canonici apud Lucernenſes. Conjungebat eos, quæ in conciliandâ amicitiâ plurimum poteſt, ingeniorum ſimilitudo & politiorum literarum cultura. Hunc Xylotectum Evangelii puritatem amplexum, monaſticæ ipſe ſcholæ pertæſus, Baſileam eſt ſecutus, ſtudiorum curſum continuaturus. Sed cùm nec tum ſubſidia ulla à quoquam ſuppeditarentur; Græcos Theologos, ut Irenæum & alios, deſcribendos ſuſcepit: quos magno ſumptu Joan. Frobenius Græcè in publicum emittebat. Deſcripſit etiam ipſe ſibi, cùm magna tunc temporis eſſet excuſorum librorum caritas, Latinos poëtas: eóſque aſſiduâ lectione familiariſſimos ſibi reddidit. Quam adoleſcentis induſtriam conſpicatus Eraſmus, plurimùm eum dilexit: útque gnaviter pergeret, hortatus eſt.*

*Anno deinde vigeſimo ſeptimo, Xylotecti peſtis contagione ſublati viduam uxorem duxit; vetulam, moroſam & auſteram: quod ipſe Oporinus ſæpe dixit: idem ſibi quod Socrati accidiſſe; ut cum Xantippe philoſophari diſceret. Poſtea anno trigeſimo ludo patrio præfectus, feliciter juventutis ſtudia eſt moderatus. Sed is quoque ſcholaſticæ vitæ curſus citò eſt interruptus. Cum enim naturæ præſtantia ipſum non niſi ad ſumma hortaretur; authore & ſuaſore* Joanne Oecolampadio, *Medicinæ ſe ſtudio addixit: præſertim cùm ibi eſſet* Theophrastus Paracelsus, *qui unius anni ſpacio eximium illius*

(a) Zeltner. Ibid. *Studiorum magiſtris creditus eò usque profecit, ut poſtmodum à Theodoro Zwingero publicus Dei Optimi Maximi contra Anti-Chriſtum & portas inferorum Notarius appellatus fuerit.*

illius artis Doctorem ſe perfecturum polliceretur. Cum hôc igitur, quamdiu Baſileæ vixit, ſemper eſt verſatus, domeſticâ etiam ejus conſuetudine uſus, & (a) amanuenſis officio functus. Et certè plurima ex iis, quæ ſunt Paracelſi impreſſa, Oporini manu ſcripta fuere: quæ ipſe, ut erat facilis, iſtius ſectæ hominibus haud gravatè communicavit. Fidem & diligentiam Oporini ipſe Theophraſtus prolixè commendavit: ac in quodam libello ex multis famulis unicum ſe Oporinum fidelem expertum eſſe fatetur. Promiſerat Theophraſtus Laudani conficiendi rationem Oporino ſe traditurum; quâ ſpe illectus eum in Alſatiam eſt comitatus: & biennium alterum apud eum hæſit. Tandem impetraturum ſe à magiſtro ſuo, quod cupiebat, diffidens, eum deſeruit: & Baſileam ad uxoris imperium, acceptâ ab illo laudani portione, rediit: quâ, velutidivinâ virgulâ, non multò pòſt, ſervatus fuit. Sumpto enim purgandi causâ Mercurio præcipitato; rixâ cum uxore ortâ, noctu domo egreſſus, ad patrem contendit. Hauſtâ in via aqua copioſiore; & quia pulſandis ædibus patri dormienti moleſtus eſſe nollet, ad fores adſidens, frigore oborto, toto corpore, capite inprimis, adeò intumuit: ut de vitâ medici deſperarent. Dum ita aliquandiu decumberet, & quodam die ſolus in lecto eſſet; recordatus laudani ſui, ad peram, quâ continebatur, arrepſit: ac tres pilulas deglutiit. Ibi ſomno conſecuto, contra uxoris opinionem, quæ mortuum inventuram ſe ſperârat, tumore ſublato, incolumis evaſit. Poſtea mortuâ uxore Lucernæ, quò bonorum ſuorum cauſâ quotannis excurrebat; amplam quidem hæreditatem aditurum ſe putabat: ſed tantum abfuit, ut aliquid obtinuerit; ut etiam jure rem experturus, fraude affinium non leve damnum fecerit. Docebat eo tempore Græcam linguam Baſileæ magnus ille GRYNÆUS Heidelbergâ illuc accerſitus. Is Oporinum propter ingenii, & morum elegantiam, & Græcæ linguæ præſtantem cognitionem plurimùm diligebat: & hic viciſſim Grynæum præceptorem, omni cultûs & pietatis ſtudio reverenter obſervabat. Subinde igitur Grynæus res Oporini promovere: ſtudia ejus & ingenium aliis commendare: omnibus denique humanitatis officiis ac benevolentiæ, honori & commodo ipſius conſulere. Quare cum S. Scripturam explicare, auctoritate ſenatûs, Grynæus juberetur; effecit, ut eâdem profeſſione & collegii Auguſtiniani procuratione, cui ante hac præfuerat, ſibi Oporinus ſubſtitueretur. Ad ſtudia itaque & ſecundas nuptias reverſus magnâ cum laude & auditorum fructu munere iſto ſcholaſtico eſt functus. Mira enim in docendo erat perſpicuitas, dexteritas, & erudita facilitas. Plutarchi vitas Græcè frequentibus auditoribus doctè & prudenter enarravit. Domum cum ſuis reverſus prælecta accuratè ab iisdem exige-

(a) Zeltner. Ibid. p: 390. *Famulus & amanuenſis hujus Thraſonis factus, plurima pericula ſubiit. Solebat enim iſte vino madidus, qualis non rarò erat, ſtricto gladio mediâ interdum nocte per dimidium ferè hora cum larvis non ſinè ingenti ſtrepitu, & Oporini in eodem cubiculo dormientis metu ac horrore depugnare. Quibus præteritis excitatus Oporinus ex ore Theophraſti excipere jubebatur expeditè ſæpius recitata prompto calamo, ut dæmonem malum ita ei ſuggeſſiſſe ipſe etiam amanuenſis ſuſpicatus ſit. Plurima certè, quamvis adhuc in ſcriniis latentia ſuperſunt Theophraſti opuſcula manu deſcripta Oporini. Abhorruit tandem à magiſtro impio noſter, &c.*

*exigere ſolebat. Interdum & poëticen docebat: ac verſus diſcipulorum rarâ cum humanitate elimabat, ſingulis candidè oſtendendo, quid deſideraret.*

*Collegio illi cùm eſſet præfectus*, Erasmo *Baſileam reduci, & vitæ ibidem cataſtrophen exſpectaturo, vinum honorarium officii causâ offerebat. In mutuum complexum poſtquam veniſſent, & dextras junxiſſent; Eraſmi manum Oporinus duriùs compreſſit. Ille, ut erat chiragricus, graviter ſe lædi exclamabat. Sive ſeria ſive joco hoc ab Eraſmo factum; Oporinum conſtat attonitum obmutuiſſe. Id animadvertens Eraſmus, amicè compellat: vinum infundi jubet: & ut animum recipiat, hortatur. Conſedit cum ſuo comitatu, qui ob Eraſmi adventum frequens erat, Oporinus: & ſemel atque iterum in orbem redeunte poculo, ad ſe quoque reverſus, doctâ & gravi oratione atque Eraſmo ipſo dignâ, Eraſmum excepit. Digreſſi ſunt non absque mutui amoris fomite: quo veræ benevolentiæ ſanctè cultæ igniculos ſemper aluerunt. In labore cùm totus eſſet Oporinus, Academia illa decretum facit; ut quisque Profeſſorum in eâ facultate, in quâ doceret, gradum ſummum petat, ſi antea non ſit conſecutus. Ibi quidam, trigèſimum ætatis annum egreſſi, cùm eò usque hujusmodi eruditionis teſtimonia neglexiſſent, ea tunc ambire, aut oblata ſuſcipere recuſârunt: quibus dimiſſis alii eorum in locum fuerunt recepti. Inter eos cùm & Oporinus eſſet; animum ad typographiæ ſtudium convertit: & cum affine* Roberto Wintero *auctores melioris notæ typis cœpit exſcribere. Offerebant ei Academiæ præſides, qui de ingenio ejus præclarè ſentiebant, multis jam maturæ eruditionis editis teſtimoniis probato, ſatìs amplos ex Canonicatu D. Petri reditus, ſi Jurisprudentiæ ſtudium aggrederetur. Sed Oporinus remotum à litibus vitæ genus amans, & flexibiles illas in utramque partem caſuum diſputationes averſatus; hanc quoque occaſionem neglexit: eòque illuſtri documento fuit, Deum actionum noſtrarum & finem & rationem providè ac ſapienter regere & dirigere: eo modo, quem ad verbi ſui propagationem, nominis ſui gloriam, & noſtram ſalutem maximè expeditum novit. Ut enim typographia à ſtudiis Oporinum retraxit, intercepto ſolidioris, magísque durabilis proſperitatis, quam attuliſſent, curſu: ita eximiam ad Reipubl. literariæ commoda acceſſionem adjunxit, aliísque ſuo damno profuit.*

Oporinus (*a*) *temporum injuriâ factus typographus, intrà paucos annos aut excudit ipſe plurimos, optimos & rariſſimos libros, aut excudi per alios curavit, idque quàm caſtigatiſſimè. Scholia ſcripſit in priora aliquot capita C. Julii Solini Polyhiſtoris, excuſa cum Solino & Pomponio Melâ Baſileæ apud Robertum Winter. Scholia in libros Tuſculanarum quæſtionum Ciceronis, annò* 1544. *impreſſa ab ipſo authore. Juvenis collegerat in omnes Demoſthenis orationes, ex diverſis doctorum lucubrationibus, annotata quædam, quæ aliquâ ſaltem ex parte, videlicet ad orationem usque de falſo teſtimonio in Aphobum, excuſa ſunt cum Demoſthene apud Hervagium Baſileæ: reliqua apud ipſum adhuc manuſcripta ſervantur ( quemadmodum & propriorum nominum* ex

(*a*) Simler. Biblioth. 1574.

*ex diverſis opt. quorúmque authorum ſcriptis Onomaſticon, magno ſtudio annis jam aliquot ab eo collectum) per occaſionem in publicum edenda. Collegit quoque eodem inſtituto, in Laurentii Vallæ elegantiarum libros, diverſorum doctorum cenſuras, juſtæ magnitudinis libellum: item annotationes & Commentaria diverſorum in omnia M. T. Ciceronis Opera, ſeorſum tamen excuſis primùm iis, quæ ad Orationes, dein quæ ad Rhetoricos libros, pòſt ad Philoſophicos, & Epiſtolas tam Familiares quàm ad Atticum & Q. Fratrem attinebant: quæ quidem & in Italiâ Galliâque, & Baſileæ ſemel atque iterum ſunt excuſa. Eandem operam in Plinii quoque Nat. hiſtoriâ, & quibusdam aliis claſſicis ſcriptoribus inchoatam, brevì (ſi Deus volet) & abſolvet, & publico ſtudioſorum uſui communicabit. Quin & Bucolicorum Latinorum authores, quotquot à Virgilii ætate ad noſtra usque tempora eo poëmatis genere ſunt uſi, collegit: quorum tomum primum jampridem edidit, brevì daturus & alterum, id quod & in recentioribus Comicis & Tragicis, tam ſacris quàm prophanis, itémque Satyrographis, & in univerſum poëtis omnibus uno aliquando volumine conjungendis ſedulò curat. Plutarchi vitarum epitomen priùs à Dario Tiberio equite Ceſænate conſcriptam, ita ab innumeris, quibus ſcatebat, mendis repurgavit, ut facilius ei fuerit de integro eam ex Plutarcho colligere: id quod ei in Pauſaniæ Atticis & Corinthiacis à Domitio Calderino olim converſis, in Arriano de rebus geſtis Alexandri Magni à B. Facio Latinitate donato; Themiſtio ab Hermo, Thucydide & Herodoto à L. Valla Latinè verſis, & à ſe recognitis accidit. Annotationes ipſius in Tuſculanas Cic. quæſtiones unà cum aliis excuſæ ſunt, mutato tamen nomine; è Græcis convertit quædam ex Theocriti Scholiaſte; in Xenophonte à Birkeimero inchoata ſupplevit. Heſiodi quæ extant opera ad verbum expreſſit, adjectis etiam Annotationibus, quas tamen nondum in publicum emiſit: quemadmodum & quas in totam Homeri Iliada ex Euſtathio & aliis Græcorum Latinorúmque ſcholiis, item quas in Melam, & poëtas aliquot Latinos à ſe juvene prælectos collegit, necdum ſub limam revocavit. Ariſtotelis opera primus omnium, ut quæ quidem Græcè extabant, Latinè etiam conjungi atque legi à pluribus poſſent, partim ſuâ ipſius, partim aliorum ad hoc ope uſus, curavit: collecto etiam locuplete tam Græci quàm Latini exemplaris rerum & verborum memorabilium Indice: quam operam priùs etiam in Platone Græco, & Polluce, & Cœlii Rhodigini antiquis lectionibus, & Hermolai in Plinium caſtigationibus, ac pluribus aliis Baſileæ editis præſtiterat: nec ceſſat etiamnum præſtare in optimos quosque libros, ipſius fidei atque induſtriæ commiſſos. (a) Iſtiusmodi lucubrationibus, & optimorum quorumvis auctorum politis editionibus à doctis omnibus gratiam iniit maximam: & nomen in repub. literariâ ſibi comparavit præclarum ac nunquam intermoriturum. Quicunque enim illius ævo aliquid in publicum ingenii ac doctrinæ monumentorum daturi erant; Oporini ex officina id ut prodiret, expetiverunt: literis*

(*a*) Melch. Adam. de Vit. German. Philoſoph.

*literis & dedicationibus etiam ipſum ornârunt: rati vel hinc lucubrationibus ſuis non parum dignitatis & commendationis acceſſurum, ſi Oporini nomine & typis ſcripta ſua in aliorum conſpectum venirent. Ita Andreas* Vesalius, *ut de aliis taceam, opus anatomicum Oporini typis commiſit: Eraſmus etiam complura eâdem in officinâ edidit. Fuit vir religioſus & integer, erga omnes, præſertim ſtudioſos, ſupra facultatum modum, liberalis: in ſuos pietatem declaravit ſingularem. Nam cùm pater artem ſuam deſeruiſſet, ne idola & id genus imagines pingeret; illum Oporinus, innumeris graviſſimarum expenſarum moleſtiis undiquaque circumventus, piè aluit, nihilque ipſi, quamdiu ſuperfuit, deſieri eſt paſſus. Iisdem pietatis officiis ſorores (matrem enim maturè amiſit) proſecutus. Erat in eo veritatis ſtudium maximum, & candor illæſus. Exſpatiatus aliquando ad Joannem Rodolphum* Stoer *Abbatem Morbacenſem, negotii cujusdam conficiendi cauſâ, cùm admiſſus continuò non eſſet, domum rediit; & ſatis acerbas ad Abbatem literas miſit: quibus ludibrio ſe & morionis loco haberi, moleſtum ſibi eſſe oſtendebat: ſed quia ſtultorum eſſet vera dicere, ſe quoque vera dicturum affirmabat. Indè in ſtolidam aulicorum plerorumque ſuperbiam eſt invectus; qui imperitiâ aliorum abuſi, uſurpatâ omni adminiſtratione & imperio inſoleſcerent, altôsque gererent ſpiritus. Abbas, ne cicadam alâ corriperet, amiciſſimè Oporinum invitavit: & annuum ſtipendium, quo Sigiſmundum Gelenium, virum doctiſſimum, honoraverat, poſt obitum illius* (*a*) *in Oporinum, bibliothecæ ſuæ locupletandæ ergò, transtulit.*

Oporini inſigne typographicum fuit Arion in medio mari Delphino inſiſtens, tenénsque fidem lævâ, plectrum dextrâ, cum hâc epigraphâ. (*b*) *Invia virtuti nulla eſt via. Fata viam invenient. Arion.* (*c*) Alia quoque mihi occurrit epigrapha, ex (*d*) Herodoto ſumpta: κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων περιφερόμενος οὐκ ἐᾷ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχεῖν. Reſpiciunt hæc verba calamitatem, quam rebus ejus domeſticis tandem importavit (*e*) contractum imprimis cum Roberto Wintero affini conſortium.

Oporinus (*f*) aliquando libris ſuis adjecit Minervæ armatæ imaginem; quo ſymbolo uſus eſt (*g*) Winterus.

Quoniam verò mentio modò facta eſt litterarum: & dedicationum, quibus ornatus eſt ab eruditis, nonnullas ex his producere non pigebit.

(*a*) Sigiſm Gelenius obiit ann. 1554. Zeltner. Typogr. Correct. Cent. p. 228.
(*b*) Nouvel. Addit. aux elog. de Teiſſ.
(*c*) Vide Euripid. 1562.
(*d*) Conſule Herodot. apud Henr. Steph. 1570. pag. 53. lin. 30.
(*e*) De hôc deinceps.
(*f*) Vide ad calcem Theonis edit. ann. 1541. apud Oporin.
(*g*) Cicer. Somn. Scip. apud Winter. 1538.

(*a*) *Joan-*

(*a*) *Joanni Oporino ſuo Xyſtus Betuleius S.*

I*Nter cæteros illos Græcos codices, Oporine chariſſime, non alius mihi meíſque ſtudiis commodior in præſenti erat, quàm Sibyllinus hic: eo quòd Lactantio, quem juventuti noſtræ in ſcholâ enarro, mirificè inſervire videbatur.* —— *Viſus ſum mihi non parvam à piis lectoribus initurus gratiam, ſi collationem, quam privatam, propter Lactantianam enarrationem feceram, Sibyllinæ quoque editioni annecterem, ſuum interim cuique judicium relinquens. Neque tibi, cujus judicio plurimum tribuo, hoc noſtrum conſilium improbari arbitror.* ——*Hæc omnia pro tuâ induſtria & ſolertiâ, mi Oporine, ita diſpones, ut lectoribus grata fore intellexeris. Vale.*

(*b*) *Joachimus Camerarius Joanni Oporino S. D.*

M*Itto tibi tandem Sophoclea noſtra, de quibus aliquoties mentio facta eſt literis noſtris: ſed neque elaboratione noſtrâ perfecta, neque deſcriptione explanata. Quorum utrique obſtiterunt, cùm quidem ſtudium non deeſſet, varia, & ſæpe de improviſo oblata negotia.* —— *Tuæ & eruditioni & diligentiæ permitto cætera: ut jam fortuna hujus editionis futura ſit communis amborum: atque facies tu de his jam planè tuis, non meis ampliùs, quicquid volueris.* —— N*on impedio, quò minùs utare judicio tuo, ſi quid fortè vel non rectè cogitatum, vel perperàm exaratum eſſe videatur. Mea quidem opinio eſt, quamvis de tuâ officinâ multa præclara opera, te curante, exeant, non malè tamen, ne in talibus quidem ſcriptis divulgandis, operam collocari. Etſi me non fugit, quæ inhumanitas ſit ſeculi noſtri, & quæ bonarum artium atque literarum neglectio. Nos vero conſolemur propoſitum iſtud perſuaſione honeſtatis,* καὶ ὅτι τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετόν. *Erit enim, erit aliquando, cùm vel pariet iſte tibi lætitiam labos, ſecundùm Plautum: vel memoria profectò grati animi à poſteritate perſolvetur meritis tuis. Non enim certè (ut ſpero) ſi malè nunc, & olim ſic erit: quemadmodum Horatius canit.* —— *Tibi facio poteſtatem non modò edendi vel ſupprimendi iſta noſtra, quorum maximâ ex parte* αὐτόγραφα *ad te miſimus manûs noſtræ: ſed prorſus* σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι. *Et de noſtris ſcriptis, cùm ſemel illa extruſimus, quid deinde fiat, non magnopere laboremus. Iterum atque iterum vale.* Καὶ εὐτύχει ἑκάστοτε κατὰ φοινίκην ἐμπολὴν, *ut par eſt,* δὲς τε ἀγαθὸν καὶ λαβών.

Ad hujus editionis calcem hoc carmen adjecit *Carolus Utenhovius.*

(*a*) Vide Sibyllin. Oracul. 1545.
(*b*) Vide Comment. Joach. in Sophoc.

## ΚΑΡΟΛΟΣ Ο ΟΥΘΕΝΩΒΙΟΣ Ν. Γ.

Ἰωάννῃ Οπωρινῷ τῶν τυπογράφων τῷ πάνυ, εὖ πράττειν.

### ΜΕΛΥΔΡΙΟΝ ΣΕΛΗΝΑΙΟΝ.

Ἑλικῶνος ὦ λαχοῖσαι.
Ἱερὸν μυχὸν καθέδρης
Χάριτες, Διὸς θύγατρες,
Πεφιλημέναι θεοῖσιν
Ἅμα πᾶσι καὶ θεαίναις,
Ἴθι δεῦρο, καὶ σὺν ἡμῖν.
Παβεπεργέων ἁπάντων:
Καμεράριον πολιτῶν
Ὄχ' ἄριστον, ἠδὲ μοίσαις
Μεμελημένον Λατίναις
Μεγάλως τε καὶ Πελάσγαις.
Ὁμοφραδμόνεσσι γλώτταις
Ἐπαείσατον κατ' αἶσαν,
Μέλος ἠχέοντες ἡδὺ
Μελιγαρύεσσιν ὕμνοις.
Νυνὶ χρύσεος πάρεστι,
Φίλ' Ὀπωριν', ὡς ἐγῷμαι,
Ἐτεὸν χρόνος καὶ αἰὼν,
Ἐὰν εἰσίδῃς σὺ μοῦνον
Λογίων ἀριθμὸν ἀνδρῶν,
Τὸν ἀπείρατον θ' ὅμιλον,
( Ἀτὰρ ἀφθίτου θεοῖο
Σέβας ἐστί που τι βαιὸν,
Θέμις εἴκεν ἐστὶ μῦθον
Ἔν' ἀληθινὸν πιφαύσκειν. )
Πλέος ἐστὶ κόσμος ἤδη
Πολυπανσόφων καὶ ἐσθλῶν
Ἅμα ῥητόρων, ποιητῶν,
Λογίων, σοφῶν ( τί λέξω
Πλέον; ) ἀνέρων ἁπάντων.
Ὁπόσους νυνὶ γὰρ ἔνθα
Κικέρωνας ἔμμεν ἀθρεῖς,
Ὁπόσους σοφοὺς Πλάτωνας.
Κορυφῆς ἐπ' ἄκρον αἰπὺ.
Ὅποσοι βροτῶν βροτείης
Σοφίης ἔβησαν ἤδη.

Τι

Τίς ἂν εἰπέμεν δύναιτο;
Ἐνί τοῖσιν ( ὥσκεν εἴπω
Βραχέει λόγῳ ) περισσῶς
Παβεπεργέων ἁπάντων
Καμεράριον πολιτῶν
Ἰοαχειμὸς οὔνομ᾽ ἔχων
Ὁ περαίτερος μὲν ἄλλων,
Ἅτε χρυσὸς ἐν μετάλλοις
Πολυτίμιος, καὶ ἄιθων,
Ἅτε πῦρ φαεινὸν ὄρφνῃ
Σκιερῇ τε νυκτὶ λάμπει.
Ὁ παρὼν ὅμοιον αἰὼν
Πάρος οὐκ ἔβλεψεν οὔπω
Πεπυκασμένον τὸν ἄνδρα
Ἀρετῶν τοσάων αἴγλῃ.
Ἐνὶ τοῖσι καὶ σὺ πρῶτος
Ἀλέγῃ λαχὼν πόνοιο
Σέο τῶν τύποισι μόχθους
Λιπαρωτάτοις χαράσσειν.
Σὺ Ὀπωριν᾽ ὢν ἔλαιον,
Δαπάνην τε σεῦ ἅπασαν,
Λογίων βίβλοισιν ἀνδρῶν
Λογίων τε καὶ παλαιῶν
Νῦν᾽ ἐς ὕστερον ποίησον
Κεχαραγμέναις καὶ Ἑρμῇ
Ἀγαθῷ σὺν αἰὲν οὕτω
Ἅμα κερδέων καὶ ἄτης
Ἅτερ ἀργύροιο σεῖο
Ἐρικυδέος τε φάμας
Ὅλον ἐν βίον διάξεις.
Ὁ παλαιὸς οἶνος ἐστὶ
Πολὺ φέρτερος νέοιο.
Νέα χεῖρον᾽ ἐστὶ πολλῷ
Προτέρων τε καὶ παλαιῶν.

ΕΡΡΩΣΟ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΙ.

Oporini etiam ( ut de ejus ſtylo judicium lector faciat ) epiſtolam adjungam, quam Heſiodi operibus Græcè cum Latinâ interpretatione excuſis præmiſit.

 Optima

*Optimæ ſpei juveni, D. Joanni Riſpach Tannenſi, amico clariſſimo ſuo, Jo. Oporinus S.*

*SEmper eam ego judicii æquitatem amplexus ſum, chariſſime Joannes, ut laudandum cujusque vel conatum, nedum approbandum eſſe ſtudium exiſtimarem, unde emolumentum prodire aliquod ad complures poſſet. Itaque valde ab eorum ſententiâ hactenus abhorreo, qui nihil à quoquam ſcribendum, emittendúmve in publicum eſſe contendunt, niſi abſolutum id omnibus numeris ſit, cúmque veterum illâ quorundam in omni genere literarum atque artium perfectione certare poſſit. Quaſi verò non maximam ii quoque gratiam mercantur, qui quacunque ratione provehendis ad potiora illa juvenum ſtudiis incumbunt; exiſtimationis interim ſuæ, qualis illa cunque tandem apud iniquiores quosdam Zoilos futura ſit, dum proſint modò, planè ſecuri. Ego certè, quantum illis debeatur, ex animo ac libenter agnoſco. Atque inter hos non poſtremum locum tenere eos puto, qui optimos quosque autores Græcos verſionibus ita familiares ejus linguæ tyronibus reddunt, ut non modò res, quas illi diſertè tractârunt, ſeorſim cognoſci, ſed & lingua ſimul addiſci facillimè, ſi quis modo adjicere velit animum, queat. Cæterùm novi ego iſtud hominum genus, ac nimis etiam novi, quale ſit, qui contrariam noſtræ huic opinionem tuentur: qui ſi neminem ſibi, ſed reipublicæ natos eſſe omnes judicarent, quicunque ſaltem hominum ſe numero cenſeri volunt, ſæpe profectò & æquiùs de laboribus aliorum ſtatuerent, & ne ipſis quoque veluti pecoribus vita ſilentio (atque utinam ſilentio tamen plerunque) tranſigeretur, ſedulò caverent. Verùm illos, quicunque ſunt tandem, abunde ſibi ipſis applaudere καὶ μεγαλοφρονεῖν ſinamus. Nósque interim omnem nobis lapidem movendum, ac quicquid ſuppetit olei operæ'que impendendum, arbitramur, dum ſi non quàm plurimis, paucis ſaltem aliquibus (nam ut quicque optimum eſt, ita pauciſſimis probari ſolet) ad meliora aliquando capeſſenda, autores ſimus. Eo igitur animo quum ante paucos aliquot annos ipſe quoque inter alia privatim quidem, Heſiodi opera quæ vocant, ac dies, prælegiſſem ſtudioſis juvenibus: quos tum fortè convictores habebam; illíque, ut ſolet fieri, calamis excepiſſent quædam, quæ poſtea pluribus etiam aliis certatim flagitantibus (hærebamus enim tum quidem plerique circa Græcanicæ linguæ crepundia adhuc, & quæ nunc ferè ſolent negligi, magno cum deſiderio captabantur ab omnibus) in multorum uſum evulganda viderentur; minimè quidem obſtiti, quo minus à diverſis illa qualiacunque veluti rudimenta colligerentur, quæ indè ad me rurſus delata, ſub incudem ac limam revocari denuo poſſent. Verùm nobis aliâ interim tempeſtate ab inſtituto curſu abreptis, ut iiſce caſtigandis nullum omnino tempus ſuppeteret, cùm perire tamen illa qualiacunque ſtudioſi iſti nollent, ac ſeriò, ut ea multorum uſui conſecranda curarem, inſtarent, facilè etiam eò me adduci paſſus ſum, ac meam ipſis operam in hoc ipſum utì locarem, primam ferè, ex quo tempore iſtôc officii genere mihi ſtudioſorum juvenum animos devincere ſtatueram, haud gravatim*

*tim feci. Sed quia nimiùm aliis tum quoque rebus occupato, in reliquis Heſiodi opuſculis idem præſtare haud licebat, à doctis aliquot viris, amicis noſtris, ſuppleri quod deerat, curavi, adjectis etiam iisdem Latino carmine partim à Nic. Vallâ; partim Bonino Monbritio elegantiſſimè verſis: ut haberent ſtudioſi juvenes exemplum etiam, quod imitari (ſi quem ad hoc ipſum invitaret animus) in aliis poſſint. Sícque inſtructa ſimul illa unóque tanquam faſce comprehenſa, in lucem exire permiſi. Ac ſenſi è veſtigio dignum honeſto propoſito ſucceſſum. Vix enim paucis menſibus tranſactis, quia quæ pauciora principio edideramus exemplaria, tanto ſtudioſorum deſiderio nondum ſuffeciſſent, ad eadem ſub prælum revocanda, ac denuo publicanda hortantur quidam. Hic ego maturandam eſſe tantopere à multis deſideratam rem arbitratus, quanquam ne tum quidem intereſſe mihi ei curandæ per alia quædam negotia liceret, utì ne differretur, tamen effeci, quò & celeriùs ſtudioſorum expectationi ſatisfieret, & ad alia indè majoris operæ conferre nos poſſemus. —— Has igitur noſtri velut agelli primitias tibi, mi Joannes, ideo nuncupatas volui* &c. *Hoc munusculum, ita à nobis hilari animo pariter ac fronte accipies, itáque fuiſſe gratum declarabis, ut & per te multis etiam aliis ſtudioſis juvenibus magìs magíſque commendetur, & mihi ad majora aliquando tuo nomini dedicanda addatur animus. Bene vale. Báſileæ: ſexto Calendas Auguſti. Anno Salutis* M. D. XLIIII.

OPORINO tertium Pandectarum librum ſic inſcripſit *Conradus* GESNERUS.

*Joanni Oporino typographo ab eruditione & diligentiâ laudatiſſimo Conradus Geſnerus S. D. Quanquam permulti optimi libri, veteres, novi, Græci, Latini eruditi, utiles, jucundi, rari, alii aliis & ſinguli ſanè multis laudibus præclari, doctiſſime Oporine, ex officinâ tuâ Trojani inſtar equi fœcundâ in lucem prodiverint, & plures quotidie prodeant. Partitiones tamen oratorias; in quo genere plurimos inſignes libros apud te natos nunc præcipuè memini, tuo maximè nomini inſcribendas duxi. Nam ut aliquos hujus argumenti enumerem, tuâ operâ in ſtudioſorum manus venerunt:*

*Ariſtotelis Rhetoricorum libri* 3 *ad Theodecten, ab Hermolao Barbaro Latinè donati, Danielis Barbari ſcholiis illuſtrati* (1544. S.)

*Theonis Sophiſtæ progymnaſmata rhetorica Græcè, & Latinè reddita per Joachimum Camerarium.* (1541.)

*In Ciceronis rhetoricos libros omnes, & in ejusdem orationes, philoſophica & epiſtolas omnes Commentaria: Et in Tuſculanas quæſtiones Joachimi Camerarii Commentarii.*) 1548. S.).

*Collectanea rhetoricæ cum Tabulis Moſellani, rhetoricæ Philippi, & ad Herennium, & aliis.*

*Elementa Rhetoricæ Joachimi Camerarii* (1544. S.)

*In T. Livii Conciones omnes Joachimi Perionii annotationes.* (1546. S.)

De-

*Demoſthenis Orationes duæ contra Androtionem & Leptinen, Baſſiano Lando & Petro Nannio interpretibus.* ( 1544. S. )

*Marii Nizolii obſervationes in Ciceronem* ( apud Rob. Winter. 1530. & 1541. )

*Baſilii Zanchi Verborum Latinorum ex variis authoribus epitome* ( ſinè anno S. )

*Vitruvii Roſcii de perfectâ elocutione & ſcribendis epiſtolis liber.* ( apud Robert. Winter 1541. S. )

*Hæc & alia plura fortè, quæ nondum vidi aut non memini ad rhetoricem pertinentia, ſtudioſis publica feciſti, in cœteris verò philoſophiæ partibus, & facultatibus, ut multi vocant, quæ & quot egregia volumina apud te nata renatáve ſint, in præſentiâ enumerare nimis prolixum foret: neque ſi velim etiam, omnia poſſem: aliqua tamen è multis nominabo. In philoſophiâ igitur excuſa à te ſunt:*

*Porphyrii quinque voces Joachimo Perionio interprete, & Iſagogæ quædam in Ariſtotelis Dialectica, & philoſophiam: Ariſtotelis Categoriæ, de interpretatione liber, Topica & Elenchi, eodem interprete, cum annotationibus in ſingulos: Joachimi Perionii de Dialecticâ libri tres.*

*Ethica cum Commentariis Euſtrathii, Aſpaſii, & aliorum, Bernardo Feliciano interprete.* ( ſinè anno S. )

*Politica Ariſtotelis Joachimo Perionio interprete, cum ejuſdem annotationibus & Martini Borrhai.* ( 1547. S. )

*De Magiſtratibus Athenienſium Gul. Poſtelli liber.* ( 1543. S. )

*In Phyſica Epitome Baſilii Zanchi.*

*Theophraſti Opera Græcè.* ( 1541. S. )

*In re medicâ, Andreæ Veſalii de humani corporis fabricâ libri 7.* ( 1543. S.)

*Ejusdem Epitome Latinè & Germanicè* ( ſinè anno. S. )

*Baſſiani Landi de hiſtoriâ corporis humani libri 2.* ( 1542. S. ) *Ejusdem Iatrologia ſive medicæ artis methodus.* ( 1543. S. )

*Antonii Fumanelli libri de febribus, balneis* &c. ( 1543 S. )

*Hippocratis opuſcula præparatoria, Jano Cornario interprete* ( 1543. S. )

*Juſti Velſii opuſcula medica* ( 1540. S. )

*Leonardi Fuchſii methodus medicinæ, de componendis medicamentis libri* 3. *& ratio medendi morbis, ſive practica à capite ad pedes, & chirurgica; quos libros Fuchſii omnes hôc tempore novos & auctiſſimos hôc anno* 1548. *excudiſti.*

*Polybii opuſcula Albano Torino interprete.* ( 1544. S. )

*Aphoriſmi Hippocratis à Moriſoto tranſlati & illuſtrati.* ( 1547. S. )

*In Juriſprudentiâ, Andreæ Alciati parergon libri* 10.

*Ant. Auguſtini emendationum juris atque opinionum libri* 4. ( ſinè anno S. )

*Catelliani Cottæ J. C. Memoralia.* ( ſinè anno. S. )

*Conſti-*

*Conſtitutio Caroli V. Imp. de cauſis criminalibus cum Commentariis Juſtini Gobleri.* ( ſinè anno. S. )

*Franciſci Balduini in Juſtiniani Imp. leges ruſticas Commentarii.*

*Ant. Garronis in Pomp. de origine juris Commentarii.* ( 1543. S. )

*Juſtini Gobleri in l. reſpiciendum explanatio* ( ſinè anno. S. )

*Nicolai Belloni J. C. ſupputationes juris* ( 1542. S. )

*Ejusdem repetitiones aliquot* &c. ( 1544. S. )

*Pilei J. C. ordo judiciarius* ( ſinè anno. S. )

*Tabulæ Inſtitutionum Juſtiniani Imp.*

*In Theologiâ. Alcoranum Mahumeticum, unà cum confutationibus diverſorum, Græcis pariter ac Latinis, rerúmque Saracenicarum hiſtoriis* ( 1542. S.)

*Jo. Cantacuzeni Conſtantinopolitani Imp. contra ſectam Mahumeticam libri* 4. *Græcè & Latinè* ( 1543. S. )

*Chriſtiana poëmata diverſorum Authorum.*

*Jo. Chryſoſtomi de Sacerdotalis muneris præſtantiâ liber; Jano Cornario interprete.* ( 1544. S. )

*Paſquillorum tomi duo.*

*Epiphanii contra* 80. *hæreſes libri, unà cum aliis ejuſdem, Latinitate per Janum Cornarium donati.* ( apud Rob. Winter. ſinè anno. S. )

*De inſtaurandâ Religione, Hermæ Lætmatii libri* 9. ( 1545. S. )

*Jo. Oecolampadii Catechiſmus Oſualdo Myconio interprete.* ( 1545. *S.* )

*Petri Martyris Catechiſmus Italicus, ſive Symboli expoſitio.* ( ſinè anno. S. )

*Petri Olivarii de Prophetia & ſpiritu Prophetico liber.* ( 1545. S.)

*Philippi Melanchthonis loci Theologici, poſtremò recogniti anno ſuperiore* ( i. e. 1547. ) *puto.*

*Gul. Poſtelli de orbis concordiâ libri* 4. ( 1544. S. ) *& alii diverſi.*

*Jo. Rivii de admirabili conſilio Dei in celando myſterio Incarnationis libri* 3. ( 1545. S. )

*Sibyllinorum Oraculorum libri* 8. *Græci, & Latinè redditi per Seb. Caſtalionem.* ( 1545. )

*Jo. Lud. Vivis de veritate fidei Chriſtianæ libri* 5. ( 1543. & 1544. S. )

*Theodori Bibliandri fidelis relatio de præſentium & futurorum temporum, itémque Antichriſti cognitione, optimâque Reip. Chriſtianæ moderatione, è ſolo Dei verbo petendâ.* ( 1545. S. )

*Grammatica & alia diverſa nota ignotáque prætereo; atque illa etiam, quæ apud affinem tuum Robertum Winter plurima te curante publicam lucem acceperunt: ex quibus ſaltem Phavorini Camertis Lexicon Græcum locupletiſſimum* ( 1538. ) *& Iulium Pollucem* ( 1536. ) *non poſſum non* (*a*) *nominare.*

*Hôc*

(*a*) Quoniam Geſnerus libris à ſe enumeratis annos non addidit, viſum eſt (quantum potui) hunc defectum ſupplere, ex bibliothecâ maximè Simleri (edit. 1574. ) cujus nomen littera ( S. ) indicat.

Hôc certè nomine in primis omnes Officinæ tuæ fœtus commendari merentur, quod tute librorum caſtigationi aſſiduus ad prælà plus quàm Herculeis laboribus invigilas, & cum monſtroſis ſæpe exemplarium mendis luctatus jamjam perituros in vitam & palingeneſiam revocas. Neque verò te caſtigatiùs quiſquam hoc muneris obire poſſet, qui ætatem hactenus omnem Græcæ & Latinæ linguæ clariſſimis ſcriptoribus legendis inſumpſeris. Faxit Deus omnipotens optimâ maximâ benignitate ſuâ, ut eo ſucceſſu ſubinde pergas, quo te laborum tuorum non pœnitere poſſit unquam, ſed fructum indè capias uberrimum, tum ex iis rebus quæ modeſtam hujus vitæ felicitatem attinent, tum animi voluptate: quotieſcunque tecum animo revolves innumeros libros, qui ad genus humanum tuâ curâ pervenerunt, talenti nimirum tui uſuram pulcherrimam. Non enim in Verbo Domini tantùm, quanquam id primum & maximè, ſed in artibus & operibus omnibus piam Deóque gratam uſuram eſſe arbitror, ſi quis diligenter & bonâ fide, quantumcunque ingenii & corporis viribus efficere poteſt, quæ divinitus acceperit bona, quàm latiſſimè extendat, & omnino publica faciat. Quo ſanè conatu nihil melius poſt fidei quidem bonum in rebus humanis reperio, & ita mecum ſtatuo, etiam ſi nulla divitiarum aut gloriæ ſpes indè affulgeret, tamen vel ob conſcientiæ tranquillitatem & otii fugam (otium enim ſive corporis ſive animi in malos affectus redundat) labores in ſuâ cuique arte & conditione alacriter ſubeundos eſſe etiam mechanicis hominibus, ex quorum arte anguſtior utilitas emanat: multò alacriùs autem majoríque animo veſtræ vos profeſſioni, artium ut ego indico omnium pulcherrimæ atque utiliſſimæ, acquieſcere, & intrà ejus oblectationem vos continere debetis. Quod autem dixi, me poſt diviniſſimum ſacroſanctæ Fidei donum, maximam in operum quidem cenſu laudem virtuti huic attribuere, quæ ſuam conditionem frugaliter approbat, eâque contenta nihil extrà quærit, & piam αὐτάρκειαν (quæ ambitioni & avaritiæ magnis vitiorum parentibus adverſatur) laboribus ac diligentiæ conjungit, ut dum honeſtis negotiis hujus vitæ vocationi, quæ ſua cuique eſt, incumbit, neque pluribus aut re aut cupiditate ſeſe intricat, meliùs atque liberiùs novæ vitæ vocationem expectet: accedit, quòd aliis quoque fragilitate & operum diligentiâ prodeſt. Hanc inquam opinionem meam vel divi Ioannis Baptiſtæ teſtimonio confirmaverim, qui publicanis hoc unicè præcipiebat, ne quid amplius, quàm quod conſtitutum eſſet ipſis, exigerent: & militibus, ut contenti ſuo ſtipendio neminem vi aut calumniâ læderent. Sed longiùs ab inſtituto ad argumentum aliud, quod copioſam omnino tractationem requirit, digredior: quod te philoſophandi magìs animo factum, quàm quòd Oporinum ultro currentem conſilio aut adhortatione noſtrâ indigere putarem, interpretari velim. Et quamvìs tu hiſce non egeas, unus tamen aut alter fortaſſis, aut plures, hæc ſi fortè legere dignentur, ſibi conſilium dari & fabulam de ſe narrari cogitabunt. Vale. Tiguri. Nonis Ianuarii, anno Salutis 1548.

* OPORINUS plenis velis in typographicum mare delatus, naufragium pri-

* Melch. Adam. Vit. Oporin.

*primum per Winterum fecit, qui uxoris luxu perditus præter officinam nihil reliquit. Hanc à creditoribus ſeptingentis florenis aliunde mutuò acceptis precio mercem longè ſuperante redimere eſt coactus. His initiis, hôc ære, & antea cum Wintero contracto, & tum emptâ ipſius officinâ accumulato, typographicam negotiationem cepit: ſubinde verſuram faciens, omni conatu ob pecuniarum difficultates in nihilum prius relabente. Non enim tantùm à parentibus nihil ad eum rediit; ſed pecuniæ numerum haud exiguum, ſexcentos penè florenos excedentem, quem à Ludovico Bero Canonico, ſuo à matre affine, ſperabat, irritato illius animo amiſit. Omnes tamen ærumnas iſtas & difficultates ingenti animo pertulit ac ſuperavit; & ut eluctari poſſet, omnibus nervis contendit. Præterea quod argumentum diligentiæ eſt certiſſimum, nullum opus, niſi à ſemet ipſo correctum, lucem vidit. Operas, quas librorum impreſſio poſtulat, ſupra facultatum rationem fovit, & liberaliter aluit; ſæpe etiam ab aliis etiam dimiſſas recepit: ut non rarò ſupra quinquaginta ſuſtentârit. Cúmque altera typographi cura ſit, ut cum emolumento ſua exemplaria impreſſa diſtrahat, & laborum ſumptuúmque fructum percipiat; etiam hîc Oporinus omnia ſibi adverſa eſt expertus. Nam non tantùm à fœneratoribus miſerè fuit exagitatus, qui ſæpe pro ſorte centum florenorum viginti, imò & triginta, uſuræ loco ab ipſo extorſerunt; fuit ipſe etiam rerum ſuarum ferè nimiùm negligens ac ſecurus. Etenim in annotandis nominibus & accepti atque expenſi codicibus adcuratè deſcribendis, ſumma fuit ejus incuria; & in ſuâ pro aliis fide interponendâ exponendâque pecuniâ facilitas maxima. Quâ quidem in re ſæpe indignè fuit deceptus; ita ut deſideratâ debitorum fide ultra octo millia in nominibus parum liquidis habuerit. Summum juvandis humanioribus diſciplinis ſtudium & indefeſſum conatum vel illud Aldinum teſtatur, quod inſtituto ſuo accommodatum Muſæi foribus præfixerat (*Quiſquis es, rogat te Oporinus etiam atque etiam, ut ſiquid eſt, quod à ſe velis, perpaucis agas; deinde actutum abeas; niſi tanquam Hercules defeſſo Atlanti, veneris ſuppoſiturus humeros: ſemper enim erit, quod & tu agas, & quotquot huc attulerint pedes). *Ferdinandus Auguſtus Oporini probitatem amplexus, clementiſſimè ſe ei dedit: & ut merces ejus impreſſæ Briſaci, ad Rhenum oppido peramœno, ubi portorium Auſtriaci colligunt, præterveherentur, benigniſſimè conceſſit. Sed Oporinus, futura vel compendia vel diſpendia parum conſiderans, hanc quoque neglexit commoditatem. Palatinus etiam Elector Fredericus Oporini integritatem & in excudendo induſtriam miratus, Heidelbergam eum invitavit; ubi res ſuas meliùs fortaſſis ſtabilire potuiſſet, niſi per natalis ſoli dulcedinem maximè opimas conditiones repudiâſſet. Ex amicis non defuerunt, qui liberalitate ſuâ, ubi ille defecerat, paratiſſimo ſubſidio fuerunt: ac ſæpe omni ope deſtitutum tempeſtivè ſublevârunt. Digna equidem æternâ memoriâ & prædicatione eſt munificentia Ludovici Grempii I. C. Argentinenſis reipublicæ Advocati, & Joannis Sturmii Academiæ ibidem Rectoris, qui debitæ pecuniæ non exiguam ſummam Oporino mortuo remi-*

 *ſerunt.*

*ſerunt. Idem fecit Henricus* * *Petri typographus celebris, qui quadringentos florenos in uſum typographicum Oporino ſuppeditatos pupillo liberaliter condonavit.*

OPORINUS *tandem quartâ uxore ductâ, viduâ Ulrici Iſelini, Bonifacii Amerbachii filiâ, adſiduis ejus precibus, quòd ferendo tanto oneri eum ingraveſcente ſenectâ diutius vix futurum præſagiret, victus, typographiam vendidit, nunquam ſuarum rationum ſubductâ ſummâ, Non multò pòſt ſuſcepit filium, Senectutis ſuæ ſolatium, & familiæ columen futurum. Nec tamen diu gaudium hoc gaudere ipſi datum eſt. Quinto enim poſt illum natum menſe, ex catarrho & cephalalgiâ epidemiâ cœpit decumbere, cùm alioqui corpore eſſet ſano & firmo. Exceptâ enim paralyſi, quâ in itinere aliquando fuit affectus, nunquam aliàs ægrotavit. Vigeſimo pòſt die, ſexto Julii, anni ſexageſimi octavi ſupra mille quingentos, circa horam nonam antemeridianam ſexagenario major rebus humanis eximitur. Paucis ante obitum diebus, machinæ horariæ pondera ex iis, quæ campanæ pulſu ſomnum excutiunt, ſupernè cum ſuaviſſimo tinnitu in pectus ſuum devolvi per quietem vidit, tanto cum impetu, ut ſtertentem etiam excitârit; tantâ cum harmoniâ, ut vel recordatione ſolâ mirificè oblectaretur. Eo concentu edito, pondus ipſum incredibili celeritate pari ſtrepitu elabi viſum. Ipſe ſubridens:* Miſericordias Domini quis enunciabit? qui innumeris donis ſuis hanc tam placidam & & paternam admonitionem, ceu colophonem, addere voluerit. In manu certè tuâ, Deus, & vita & mors noſtra. Tu miſerere noſtri.

THUANUS in Hiſtoriis ſui temporis ad annum 1568. honorificam hanc OPORINI mentionem reliquit.

JOANNES OPORINUS *Baſileenſis ſecundùm* FROBENIOS *nulli ſumptui parcens induſtriâ ac diligentiâ ſuâ literariam rem multùm promovit, editis* † *ſummâ characterum elegantiâ innumeris veterum ac recentium monumentis,*

* De hôc priùs dictum eſt Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 345. Sed hìc libet inſerere ejus epitaphium, utì in Baſileens. Monumentor. Antigraph. ( edit. Lignicii typis Sartorianis. 1602. in 8. pag. 57. ) deſcribitur.

VICTORI S.
HENRICO PETRI
ADAMI F.
TYPOGRAPHO DOCTO
BONOQ.
CVM SEN. BAS. AN. P. M. XXII.
FREQVENTASSET:
TRIVMVIR. SACRVM PROB.
DILIGENTIAQ. SING.
AN. XIIX.
DEO PATRIÆQ. CARVS
ADMINISTRASSET:
LIBRARIÆ NEG. ERGO CIIX.
PANEGYRIN FRANCOF.
FAMA FIDEQ. INTEGRA
NOBILITASSET:
SENSV MENTEQ. CONSTANS
AN. SAL. MDLXXIX.
ÆT. LXXI.
DVM SPIRITV DEFICIT, SPIRITVS IN CHRISTO CONCEPIT LIBERIORES.
A. D. XXIIII.
APRILIS.

Ex hôc epitaphio patet Henricum Petri natum fuiſſe anno 1508.

† Characteres, quibus uſus eſt Oporinus, non mihi videntur eâ fuiſſe elegantiâ,

*mentis, ob ídque de ſuo & poſtero ſeculo optimè meritus; eóque magìs, quòd dum*

tiâ, quæ *ſumma* appellari mereatur. Teiſſerius in Additionib. ſuis ad elog. Thuan. habet hæc, (ex la Caille p. 37.) *Il s'aſſocia avec Froben pour l'impreſſion des Auteurs Grecs.* Credo tamen Oporinum Frobenii in Græcis libris imprimendis ſocium non fuiſſe, ſed Frobenio Græcos, quos Frobenii prælum imprimeret, deſcripſiſſe: Quod ex Melchioris Adami verbis ſuprà citatis conſtat. Ideo Author nuperæ Editionis Bailleti (Jugem. des Scav.) Bailletum emendavit: nam Bailletus ſic: *Il ſe mit à copier les livres Grecs ſous Jean Froben*; Editor repoſuit, *pour Jean Froben.* Bailletus & ex illo Teiſſerius addunt de Oporino, *Il avoit une connoiſſance parfaite des bons Manuſcripts.* Bailleti Editor adnotat, *Melchior Adam ne dit rien de tel.* Quamvìs Adamus id non verbis diſertis expreſſerit, probabile eſt ſatìs ei, quem ſui temporis eruditi plerique mirabantur, Græcorum Manuſcriptorum dignoſcendorum peritiam non defuisſe. Johannes de la Caille notat (p. 37.) eum impreſſiſſe *Joannis Rivii* Librum *de Myſterio Redemptionis humanæ ann.* 1545. Teiſſerius addit; *ſa maiſon étoit appellée* Arx Oporina, *parce qu'elle étoit ſituée ſur une éminence. Il avoit ſix preſſes qui rouloient continuellement, comme il le dit luy méme dans la* 78. *Lettre ajoutée à celles de Gudius. Hadrian Junius dans une de ſes Lettres ſe plaint de ce qu'Oporin ne daignoit pas imprimer ſon Commentaire ſur les Odes d'Horace, & qu'il l'avoit gardé quatre ans dans ſa boutique, quoi qu'il luy eut promis de le mettre inceſſamment ſous la preſſe Junius à cauſe de cela l'appelle βιβλιοτάφος. Suffride Petri ſe plaignoit auſſi de ce qu'Oporin lui avoit gardé longtems ſes remarques ſur Ciceron ſans les imprimer. Après avoir employé quelques heures aux occupations de ſa boutique, il donnoit le reſte du temps à celles de ſon Cabinet. Il mourut endetté de plus de quinze mille livres. Voglerus dit qu'il avoit d'ordinaire trente deux preſſes, qui rouloient en méme temps.* Bailletus ſcribit Catalogum editionum Oporini extare hôc titulo, *Dépouilles de Jean Oporin* 1571. *in* 8. Chriſtophorus Froſchoverus operâ Joannis Oporini aliquando uſus eſt; nam Stobæi Sententiæ ex hujus officinâ illius ſumptibus excuſæ anno 1549. Baſileæ prodierunt.

*Petrum* etiam PERNAM *Joannémque* OPORINUM ſocios fuiſſe apparet ex Lycophronis Caſſandrâ, cujus editio prodiit in 4. *Baſileæ, per Joannem Oporinum & Petrum Pernam, M. D. LXVI. menſe Maio; Græcè, cum verſionibus Latinis, alterâ ad verbum à Guil. Cantero, alterâ carmine per Joſ. Scaligerum expreſſâ; & Canteri annotationibus, Epitomâque Caſſandræ Græco-Latinâ.* Petri Pernæ inſigne fuit lecythus ſive lucerna, cum hôc adagio ex Pſalm. 119. *v.* 105. *Verbum tuum lucerna pedibus meis,* utì *Themiſt. Oration. octo, Latinè, Hieronymo Donzellino interprete, Baſileæ, apud Petrum Pernam, M. D. LIX.* in 8. *Plautini Opera, Græcè, & Latinè, Marſil. Ficino interprete, cum ejus Commentariis; Baſileæ, ad Pernæam lecythum, M. D. LXXX.* in fol. cum Petri Pernæ ad Senatum Norimbergenſem Epiſtolâ; in quâ, *Plotinum*, ait, *qui ante aliquot annos ex officinâ noſtrâ* (ſcil. 1559. fol.) *Marſilio Ficino interpretante prodierat, quatuor Græcorum exemplarium MSStorum, trium quidem Italicorum, quarti verò Jo. Sambuci Tirnavienſis, fide ac ſubſidio, ſuâ linguâ loquentem & auctiorem & emendatiorem dare voluimus* &c. Sunt quædam Plotinianæ hujûs impreſſionis exemplaria, quæ novum titulum gerunt, viz. *Baſileæ, Impenſis Ludovici Regis, M. DC. XV.* Quo anno Perna vivere inceperit & deſierit, docet ſequens Epitaphium; cujus Melchior Adamus meminit in Vit. Medic. pag. 302. & Sim. Grun. in Baſil. Monument. Antigraph.

LVMINVM DATORI<br>ÆTERNO<br>PETRVS PERNA<br>LVCENSIS,<br>CVIVS LVCERNAM TYPOGRAPHICAM<br>SS. RELIGIONIS LVCERNA<br>ACCENDIT,<br>ANNO SALVTIS MDXXCII.

XVI.

*dum in utilitatem publicam totis animi & corporis viribus incumbit, res privatas, quas admodum confuſas reliquit, ita contempſit, ut plus de gloriâ, quàm de hæreditate ſuâ cogitâſſe videatur. Obiit pridie Non. Vtil. ſexagenario major, & Academiæ humeris elatus, in majore natalis urbis templo juxta Deſiderii Eraſmi, Simonis Grynæi, Io. Oecolampadii, & Seb. Munſteri monumenta ſepultus eſt.*

Quam uxorem *Joannes* OPORINUS tertiam duxerit, indicabit ſequens Epitaphium, quod ex Baſiliens. Monumentor. Antigraphis deſcripſi.

GAMOLYÆO S.
ELIZABETHÆ HOLTZACHIÆ
EVCHARII MED. CLARISS. F.
VXORI III. VENVSTISS. PVDICISS.
SANCTISSIMÆ:
IO. OPORINVS FELICITER INFELIX,
SVÆ SENECTÆ PORTVI, DECORI,
SOLATIO:
QVOD SIBI AB ILLA FIERI DESID.
OPT. OPORTVERAT,
MVLTIS CVM LACRVMIS
F. C.
B. ANN. XXXI. EX IIS XI. CVM JO.
HERVAG. IVN. TYP. SINE BILE:
CVM OPORINO M. EHEV VIX. IIII.
Θ ANNO SAL. MDLXV. XVI. KAL. AVG.
CVM CHRISTO ÆTERNVM
VICTVRA.

---

Vicerat inſanos fluctus vocalis Arion,
Et portu in medio naufragium patitur.
Quid ſupereſt miſero? Cœlum mihi portus, & aura
Chriſtus: quóque vehar, Mors mihi Delphis erit.

---

In his verſibus ad ſuum inſigne typographicum alluſit Oporinus; cujus

XVI. AVGVSTI
PIE DEFVNCTVS,
HEIC.
CVM JOHANNA VERZASCHA
VXORE BIENNIO ANTE
DEFVNCTA
ET LAVRA F. QVÆ DIES EHEV
SOLOS XIX. PATRI
SVPERVIXIT,
SEXAGENARIO MAIOR
CONDITVR.

Hæc ſatis de PERNA: redeo ad *Oporinum.*

jus Epitaphium ex eodem, quo præcedens, libro & Melch. Adam. In Vit. Philoſoph. pag. 246. excerpſi: ubi ad ejus & inſigne & nomen alluditur.

ÆTERNITATI.
JOANNES OPORINVS
BAS. TYPOGRAPHVS,
DOCTVS, OPEROSVS, ELEGANS
LIBRIS INNVMERIS
VIRTVTVM HÆREDE EX IV.
CONIVGE VNICO
RELICTO,
PVBLICIS LACRYMIS, PRIVATA
PIETATE,
SEXAGENARIO MAIOR
HEIC CONDITVR

Frugifer Autumnus periit DIS notus & orbi,
* Orthion elapſus nautis meditatur Arion.

---

Quantula ſint hominum corpuſcula, diſce viator:
Magnus Oporinus conditur hôc tumulo.

---

Hujus viri tumulum quidam amicorum ejus híſce verbis ornare meditatus eſt.

OPEROSVS OPORINVS
HEIC SITVS EST.
ERGO REQVIESCIT ARION!
DIXISSE PLVRA FAS NEFAST.
AN. SAL. MDLXIIX.
PR. EID. IVL.
ÆT. SVÆ LX.

Henricus † Stephanus Oporini Epitaphium Græcè & Latine ſcripſit, non tamen abſque obliquâ cenſurâ; moroſo vir ingenio, qui (pro criticorum plurimorum conſuetudine) rarò quenquam laudavit, ídque vix ſinè aliquâ laudis illius detrectatione.

ΙΩΑΝ-

* Herodot. Lib. I. διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον. Et ex illo Aul. Gell. lib. 16. c. 19. *carmen, quod Orthium vocatur, voce ſublatiſſimâ cantavit.*

† Vid. Art. Typ. Querim. & Epitaph. Typograph. edit. anno. 1569.

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΟΠΩΡΙΝΟΥ ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

Τοῦδε πόνοι μουσεῖα τετεύχασι μυριόβιβλα.
'Ες γὰρ φῶς βίβλων ἤγαγε μυριάδας,
'Αρχαίων καινῶν τε ὁμῶς, ἀγαθῶν τε κακῶν τε,
Πολλῶν θ' ὃις σκοτίη ἔπρεπεν, οὐχὶ φάος.
'Ου μὴν οὐ σκοιὸς καὶ ἀγράμματος ἔσκε τυπωτής.
Κρῖνε δὲ ( φεῦ ) λῷον, πάηπα τυποῦν 'ακρίτως.

## *IOANNIS OPORINI EPITAPHIVM.*

*Hic dum librorum donat tot millia luce,*
*Poſcat ut his orbem bibliotheca novum;*
*Luci etiam dum dat nigris magè digna tenebris;*
*Doctrinæ haud rudis eſt, judicióve caret.*
*Sed cum delectu libros committere prelis,*
*Et cum jüdicio, judicat eſſe nefas.*

Hìc inſerere libet aliquot CAROLI UTENHOVII, THEODORI ZWINGERI & XYLANDRI carmina in *Johannem* OPORINUM & alios quosdam typographos ei contemporaneos; quæ ex libro Alluſionum ejusdem *Utenhovii* exſcripſi; pag. 96. 97. 98. 99. 117. 140. 141. 142. Utor autem editione, quam dedit in 8. Baſileæ Rauracorum *Thomas Guarinus Nervius*, variorum poëmatum à Georg. Buchanano, Adr. Turnebo, Mich. Hoſpitale, Jo. Aurato & Car. Utenhovio compoſitorum.

*Ad eruditiſſ. humaniſſimúmque virum Johann. Oporinum compatrem ſuum. Car. Utenhovii Elegia.*

*Orbe peragrato quàm longa, Valentius, Urbis*
*Regia cui bravium nomen habere dedit,*
&c. &c. &c.
*Repperit haud aliam ( Nymphas ubi figere ſedem*
*Credibile eſt Dryades Pieridésque ) domum;*
*Quàm Domino ſacram Petri quæ reſpicit ædem*
*Eſt ubi Oporini bibliotheca ſui.*
&c. &c. &c
—— *Adeſt unus, vix reor; ecquis hic eſt?*
*Janus Oporinus, quo ( qui videt omnia ) Phœbus*
*Non videt ingenio candidiore virum.*
&c. &c.

*In*

*In eundem, cùm apud eum pranſus eſſet.*

*UT varios poſuit fœtus Autumnus, & ipſe,*
*Nomen ab Autumno qui ducit, Oporinus hoſpes*
*Menſam, ſermonéſque ſuos; rerúmque ſuarum*
*Comiter impertit: pro quo ſi ſolvere grates*
*Haud opis eſt noſtræ ( quis enim tot ſolvere poſſit? )*
*Quàm multa in ſilvis Autumni frigore primo*
*Lapſa cadunt folia, at grato illi pectore tantas*
*Cura tamen fuerit nobis ſolviſſe, quot anno*
*Ipſe libros, folia aut Autumno excuderit uno;*
*Aut medicus ( medici ignoſcant, ſi qui tamen hìc ſunt )*
*Quot Themiſon ægros Autumno occiderit uno.*

*Diſtichon anni numerum complectens, quo Johanni Oporino è Fauſtinâ Baſ. Amerbachii ſorore* πρωτότοκος *natus eſt filiolus Immanuel. 25. Januar.* [ 1567. ]

*FœtVs OporIno, FaVſtinâ è ConIVge qVartâ*
*NatVs, AMerbaChIo VIX dICIt, aVVnCVLe ſaLVe.*

*Thomas Guarinus Nervius Baſilienſis typographus.*

*FUngeris officio Medici quoque, mille lituris*
*Docte typographicos exonerare libros.*
*Patria cognomen dedit hinc tibi nempe Guarini*
*Nervia, ſic Medicam ſueta vocare manum.*
*Certè ego chalcographos quoties contemplor, & ipſum*
*Chalcographum Clarium credo fuiſſe Deum.*
*Quis ſcit enim, Admeti dum paſcua fortè pererrat,*
*Reppererit graphicos primus an ille typos?*
*Hinc etiam* Νομίην *noſtris in verſibus olim*
*Chalcographen nobis dicere cura fuit.*
*Quin &* Ὀπωρινὴν *de nomine diximus illam*
*Compatris, Autumno nomen habentis idem.*
*Si quis Iſingriniam volet hanc dixiſſe, nec Aldo*
*Illa ſuo, quantum debet Iſingrinio.*

Εἰς χαλκοτυπίαν Μουσῶν μητέρα ἐυϋμνοτάτην ὕμνος πρὸς Ἰωάννην τὸν Ὀπωρινὸν συμπάτορα ἀυτοῦ.

Ἀρχετύπην ᾄδωμεν ἀοίδιμον ἄνδρες ἀοιδοὶ,
Βιβλοτόκον, βριαρὴν, βητάρμονα, βαρβαροφόντιν,
Γομφοπαγῆ, γραφικὴν, γλυφανότριβα, γραμματοτεύχη,
Δίπλυχα, δαιδαλόχειρα, δαΐφρονα, διογένεθλον,
Ἐγρεσιμνημοσύνην, ἐπεσίῤῥοον, ἐννεάμουσον,
Ζωογράφον, ζαθέην, ζωαρκέα, ζωοδότειραν,
Ἤπιον, ἡβείην, ἡφαίςιον, ἡμερόμοχθον,
Θυάδα, θελξίνοον, θεοειδέα, θηρολέτειραν,
Ἴξαλον, ἰοπλόκον, ἰθύδρομον, ἱεροφάντιν,
Καλλιτόκον, κλαρίην, κρατερόφρονα, καμπεσίγγον,
Λευκόφρυν, λογίην, λογοτέκτονα, λαρνακόεσσαν,
Μητέρα μυριόπαιδα, Μογοντίδα, μουσοπάτακτον,
Νωτοβάτιν, νομίην, νωθρεχθέα, νυκτιμέριμνον,
Ξεινοδόκον, ξενίην, ξυμφράδμονα, ξανθοέτειραν,
Ὄβριμον, οὐρεσίφοιτον, Ὀπωρινὸν, ὀργανόεσσαν,
Ῥωμαλέην, ῥυπαρὴν, ῥηξήνορα, ῥινολέτειραν,
Σώφρονα, σωσίβιβλον, σεισίχθονα, σεγαλόεσσαν,
Τλήμονα, τλησίπονον, τυποειδέα, τυμπανόδουπον,
Ὑοτριχοσμήκτειραν, ὑπνάγριον, ὑςερόδειπνον,
Φοιβάδα, φημοδότιν, φιλοκέρδεα, φαιοπρόσωπον,
Χαλκογένην, χοανεύτειραν, χειρουλκέα, χωλὴν,
Ψυχοτακῆ, ψαφαρὴν, ψοφοποιὸν, ψαλλομόλιβδον,
Ὤριον, ὠκυθόην, ὡροσκόπον, ὠλεσίχαρτιν.

Utenhovius in hôc hymno Orpheum imitatus oſtendit maximum inventionis & compoſitionis, in quarum utrâque Linguæ præter cæteras Græcæ genius excellit, artificium: inventionis, in excogitandâ tam multiplici epithetorum typographiæ mirè convenientium varietate; compoſitionis, in juncturâ vocum unà coaleſcentium adeò aptè inſtituendâ. Tòtius hymni ſtructuram eâ ſolertiâ concinnavit, ut ordine alphabetico arti literarum formandarum magiſtræ optimè conſonante procedat; ſinguli literis verſus, tanquam diſtinctæ typographicis characteribus cellulæ, aſſignentur; & ſingula verſûs unius cujusque vocabula ab eâdem, quæ verſum inchoat, literâ incipiant.

*Diſtichon argenteo cælatum in poculo, ad Joh. Oporinum compatrem, & Fauſtinam Bas. Amerbachii J. C. ſororem.*

*Ni bonus Immanuel vos reſpexiſſet ab alto,*
*Natus Oporino non foret Immanuel.*

Ei

Ἐι τάχ᾽ ἄρ ὑψιμέδων οὐχ ἵλαος ἄμμι γένοιτο,
    Οὔποτ᾽ ἂν Ἐμμανουὴλ ἄμμι γένοιτο βροτοῖς.
Κάικεν Ὀπωρινῷ σοι τετραγάμῳ περ ἐόντι
    Οὐκ ἄτερ Ἐμμανουὴλ, Ἐμμανουὴλ ποτ᾽ ἔφυ.

*In Ariona Oporini eodem inſculptum poculo.*

*CUr tuus in ſolido ſtat conſpiciendus Arion*
    *Littore? Delphini nec pede terga premit?*
*Admovet Auſoniis nec plectra ſonantia chordis,*
    *Illa ſed in nudâ figere gaudet humo?*
*Fallor? an Immanuel pulchrâ te prole beavit,*
    *Quæ facit, in ſolido ſtes ut & ipſe vado.*

*C. U.*

*In Joh. Oporini Patris & Immanuelis filii natalem.*

*UT patrium celebret, natali eſt ortus eodem*
    *E quartâ primus conjuge filiolus.*
*Sit novus Emmanuel, referat bonitate parentes;*
    *Sítque nepos magno dignus Amerbachio.*

*Theodori Zwinggeri.*

*In diem A. D. IIX. Kal. Februarii.*

*VEre fauſta dies, quâ tu, Fauſtina, maritum*
    *Feciſti ſerâ ſoſpita prole patrem.*
*Verè candida lux, Autumnis fœta duobus;*
    *Natalis nato lux, eadémque patri.*
*Quæ decies ſenis interlabentibus annis*
    *Atque uno, reparat nomen* Ὀπωρινινόν.
*Jámne ſub emeritos juveneſcis, Oporine, canos?*
    *Et nova ſuccreſcit te genitore domus?*
*Quæ te lux terris, gnatúmque tibi dedit olim,*
    *Ornabit raro nomine ephemerides.*
*At tu cum Fauſtâ bene fauſtis conjuge rebus*
    *Utaris, dulci cúmque diu ſobole.*
*Quid non ſperemus ſummo duce & auſpice Jovâ?*
    *Præſentis ſunt hæc dona ſtupenda Dei.*

*Xylandri.*

*Ad Joh. Oporinum, in Nonni Διονυσιακῶν à ſe Latinos factos. Lib. 48.*

*UNde tot Aoniis è montibus audio plauſus?*
*Nonnus adeſt annum preſſus in undecimum*
*Jámque ſub Autumnum, nova dum vindemia fervet,*
*Geſtit Oporini præla ſubire ſui.*
*Nomen ab Autumno qui ducis, Oporine, Nonnus*
*Fac comes ut Baccho, quem celebravit, eat.*
*Protinus útque tuo ſubjectus, Oporine, prælo*
*( Namque moræ pretium debet uterque ) gemat.*

Nonnum tamen hunc promiſſum Oporinus non excudit, utì lego in Fabric. Bibliothec. Græc. lib. V. cap. 16. pag. 636.

Ἀμβροσίῳ τῷ Φροβεννίῳ.

Ἄμβροτος Ἀμβροσίου σοι δῶκε, Φροβέννιε, θεῖον
Οὔνομα. σοι ζωὴν ἀμβροσίηντε δότω.

*Ambroſii nomen tibi qui dedit, ille perenni*
*Nectare te ſaturum reddat & ambroſiâ.*

C. U.

Hac finita Oporini mentione, alii memorandi ſunt hujus & Conterranei & contemporanei; qui iisdem ferè temporibus Baſileæ in typographiâ excellebant Michael Isingrinius (*a*) *Joannis Bebelii* Gener, Nicolaus Brylingerus & Hieronymus Curio (*b*) *Valentini Curionis* filius & *Ioannis Valderi* privignus.

Michaelis Isingrinii inſigne typographicum fuit idem ac ſui ſoceri; nempe palma, cum his verbis (*c*) PALMA ISING. aut (*d*) PALMA BEB.

Nicolai Brylingeri ſymbolum, (*e*) tres Leones, unus vetulus medius inter duos alios pedibus poſterioribus erecto corpore adſidentes, quorum alter à dextris horologium ſive clepſydram pede ſiniſtro anteriore ſuſtinet.

Illorum typographorum famâ impulſus Gesnerus nuncupavit Librum Pandectarum ſecundum de Dialecticâ *Bebelio* & *Iſingrinio*, quartum de Poëtica *Brylingero*, Octavum de Aſtronomiâ *Curioni*, epiſtolis; quas ( ut & antea ejusdem alias ) hìc ſubjiciam.

*Clariſſimis viris Ioan. Bebelio, & Michaeli Iſingrinio ejus genero, typographis celeberrimis, Conradus Geſnerus S. D. Partitiones noſtras de ſcriptis dialecti-*

(*a*) De quo priùs. (*b*) De quibus priùs (*c*) Gyrald. Hiſtor. Poet. 1535.
(*d*) Ejusd. de Ann. & Mens. 1541. (*e*) Pſalter. Gr. Lat. 1546.

*dialecticis, Clariſſimi viri, in veſtro nomine apparere volui, librum quidem exiguum, ſed maximi ad totam philoſophiam momenti: ut meritò organum illius appelletur, non ejusmodi ſolùm, qualia malleus, aſcia, ſerra, & alia hujus generis, fabro ſunt inſtrumenta: ſed quale homini manus eſt organum organorum, & quod partis ſimul principalis locum obtineat. Vix enim in humani corporis fabricâ partem aliam reperias, in quâ vel magìs ſapientiſſimum ejus architectum Deum admirari, vel differentiam hominis ab animalibus cæteris perſpicere poſſis, ut non immeritò Galenus, medicorum Princeps, nusquam plus contemplationis quàm in manuum conſtitutione poſuerit. Eadem ratio Dialecticæ eſt, ut rectè manus quædam philoſophiæ dicatur, cùm ab unâ illâ artium & ſcientiarum omnium, inventio, conſtitutio, methodus & tractatio, & quidquid in ſingulis argutum, & quâ decet formâ, ordine & conſenſu totius atque partium ſpectari ſolet, proficiſcatur. Materiam enim ſuam ſecum ſcientia quævis affert, modum & formam à dialecticâ petit. Quamobrem nobilitas contemplationis, atque dignitas huic debetur; Praxis verò (ut vocant) & utilitas unicuique propria eſt. Verùm de hâc re diſſerendi hic locus non eſt; neque ego, ut munuſculum noſtrum extollam, idcirco hæc dico, qui ſciam tam ingenuos & liberales vos eſſe, ut qualecunque amici & grati erga vos (quorum beneficiis plurimum debeo) animi ſpecimen æqui boníque conſulatis: ſed ne imperitior aliquis, qui munera mole potiùs quàm rei dignitate & pretio, aut ex animo offerentis æſtimet, & molarem forſan adamanti præferat, tantis viris tantillum libellum inſcribi vitio vertat. Atqui præterquàm quod debui pro beneficiis veſtris, gratus eſſe, res ipſa etiam poſtulabat quodammodo, ut hanc Pandectarum partem vobis potiſſimum nuncuparem. Ariſtotelis enim dialecticæ librorum ordinem hìc mihi propoſui, ut omnes ferè, qui Commentarios, paraphraſes, iſagogas, aut quidvis aliud in illos ſcripſerunt, ſimul enumerarem. Nam illi etiam, qui, relicto Ariſtotele, ſuo Marte dialecticum aliquid ediderunt, omnes ferè ad illum Lectores remittunt, illius ſe interpretes vocant, illius ſe veſtigiis inhærere, & compendia vel introductiones vel aliud quidpiam in Organum illius ſe ſcribere fatentur. Vos autem primi & ſoli hactenus in orbe terrarum, quod ſciam, poſt Aldum Manutium, Græca Ariſtotelis opera integra quàm caſtigatiſſimè edidiſtis; tu quidem (a) prior, humaniſſime Bebeli, qui plurima etiam alia utriusque linguæ volumina maximo ſtudioſorum applauſu excepta publicâſti, quæ cùm omnia, puto, jam diſtracta ſint, & ipſe negotioſo hôc vitæ genere relicto tranquilliorem ſequaris, nominatim celebrari non opus eſt: & (b) tu ſtatim poſt ſocerum doctiſſime Iſingrini, iterum eadem magnâ cum laude characteribus elegantiſſimis, chartâ optimâ, & mendis innumeris expurgata, (ut omnia ſoles) excudiſti: & nunc (c) denuo novam eorum editionem longè pulcherrimam (ut arte & diligentiâ teipſum vincas)*

(a) Anno 1531. (b) Anno 1533.

(c) Hæc Iſingrinii editio ſecunda prodiit anno. 1550.

*cas ) novis laboribus caſtigatam, & in capita cum Græcis argumentis ubique diſtinctam, & indice in omnes libros copioſo inſtructam, magno conatu paras. Quid dicam de Commentariis Græcis in omnes Ariſtotelis libros, qui ad abſolutæ Philoſophiæ ſeriem pertinent, quos ipſos etiam brevì in lucem dare cogitas? Commemorarem nunc omnes, quæ multæ & egregiæ ſunt, Officinæ tuæ fœturas, niſi vel auribus tuis hoc dare, vel nimiùm ab inſtituto digredi viderer: quin aliquas tamen, quæ mihi nunc in mentem præcipuæ veniunt, enumerem, temperare mihi non poſſum. Tu medicis ( ut ab illis incipiam quæ profiteor ) dediſti Manardi & Aloiſii Mundellæ Epiſtolas* ( 1543. S. ) *& Aloiſii Triſſini problemata* ( 1546. S. ) *excellentium per totam Italiam medicorum: & doctiſſimi in Germaniâ medici Leonharti Fuchſii ſtirpium hiſtoriam, cum figuris ad vivum expreſſis*, ( 1542. S. ) *opus immortali laude dignum triplicis artificii causâ, authoris dico, pictoris, & typographi: idémque non Latinâ ſolùm linguâ, ſed etiam Germaniæ tum noſtræ, tum inferioris, ut audio: ſecundum etiam Tomum ejusdem operis brevì publicaturus: ut interim taceam Symeonem Sethi* ( 1538. S. ) *& Dioſcoridem, & Græca Galeni opera* ( 1538. S. ) *quæ adhuc apud te ſunt, à ſocero tuo, Cratandro & Hervagio tribus optimis typographis communibus impenſis excuſa. Theologi ex te habent Jo. Baptiſtæ Folengii in Pſalmos Commentarium* ( 1550. (*a*) S. ) *& Hebraica Biblia cum converſione & annotationibus Sebaſtiani Munſteri.* ( Ex Officinâ Michaëlis Iſingrinii & Henrici Petri 1546. Vide le Long. Biblioth. Sacr. ) *Juriſperiti, multa Udalrici Zaſii* ( ſinè anno. S. ) *& Andreæ Alciati opera omnia* ( ſinè anno S.) *tibi debent, hujus in Italiâ hôc tempore, illius nuper in Germaniâ, cùm adhuc in vivis eſſet, inter Juriſconſultos conſultiſſimi: item Cl. Cantiunculæ de officio Judicis libros duos. De aliis operibus, ne ſim prolixior, nihil dicam. Plutarchi Parallela* ( 1542. S. ) ( *quæ Græcè priùs* ( 1523. S. ) *ſocer tuus excuderat* ) *& Xenophontis opera* ( 1545. S. ) *Latina, & Polydori Virgilii eruditiſſimas lucubrationes* ( ſinè anno S. ) *præterire non debeo. Perge feliciter, ut cœpiſti, dum neque ſumptibus in libros & eruditos homines, neque labori parcis, optimis voluminibus mundum ditare, & profeſſioni tuæ ( quisque enim in ſuam authore Deo vocatum ſe exiſtimare debet ) pro virili ſatisfacere: quod ut gratum ſit ſtudioſis, & tibi tuísque ex animi ſententiâ ſuccedat, faxit Chriſtus optimus maximus, unus omnium nobis bonorum perpetuus Author. Valete.*

Inter * Baſilienſia Monumenta hoc habetur Michaelis Iſingrinii Typographi Epitaphium.

(*a*) Hanc ſecundam editionem eſſe oportet, nam hanc Epiſtolam Geſnerus ſcribebat anno 1548.

* Vide eorum Antigraph. p. 21.

CON-

CONDITVS EST SVB
HOC SAXO
MICHAEL ISINGRINVS
VIR PIETATE, VIRTVTE ATQ.
DOCTRINA EXIMIUS: INTER
PRINCIPES TYPOGRAPHOS
BASILENSES NON POSTREMVS:
QVI ANTE DIEM CVM SVMMO
OMNIUM BONORVM LVCTV
IN DOMINO OBDORMIVIT,
DIE III. MARTII. AN. SAL.
NOSTRÆ MDLVII.

Huic, tu qui tranſis, pacem, requiémque precare;
Et vitæ numerans tempora, diſce mori.

*Nicolao Brylingero typographo Baſilienſi diligentiſſimo Conradus Geſnerus S. D. Quanquam nullius mihi tecum familiaritatis uſus intercedat, humaniſſime Nicolae; libri tamen in Officinâ tuâ nati, & diligentiſſimè excuſi, in hanc te Bibliothecæ noſtræ partem vocandi cauſa mihi fuerunt. Tu enim Dictionarium Poëticum, & poëtarum principis Virgilii opera multis cum ſcholiis,* ( ſinè anno S. ) *& alios plerosque veteres Poëtas enchiridii formâ in publicum dediſti, ut non minùs propter hæc volumina Germani noſtri tibi debeant, quàm Galli Roberto Stephano ſuo & Colinæo Pariſiis, & Sebaſtiano Gryphio Lugduno, clariſſimis per univerſam Galliam typographis, qui & ipſi multos Poëtas elegantiſſimè excuderunt. Scio te etiam alia multa, quorum gratiâ ſtudioſorum omnium benevolentiam mereris, in lucem protuliſſe, ut Xenophontem Græcum cum Latinâ converſione è regione,* ( (*a*) 1545. S. ) *& Novum Teſtamentum ſimiliter, & alia quæ jam non memini, licèt ſuis pleraque locis in utrâque Bibliothecæ noſtræ parte commemoraverim. Sic igitur pergas opto, ut pro fide ac diligentiâ, quam arti typographicæ adhibes, omnia tibi divinitus feliciter cedant.* (*b*) *Hoc unum quin addam, ut quæ ex animo ſentio, profitear, tem-*

(*a*) Ea tamen Xenophontis editio eſt ſolùm Latina, apud Fabric. Biblioth. Græc.

(*b*) Conradus Geſnerus Tiguri apud Froſchoverum anno 1544. excudi in 8. curaverat Martialis Epigrammata, *ab omni verborum obſcœnitate in adoleſcentium præcipuè ſcholarùmque uſum expurgata. Reſecui* ( ait Geſnerus in Epiſtolâ nuncupatoriâ ) *& abjeci, quicquid inerat fœdioris argumenti, quicquid inhoneſtum, turpe, obſcœnum, nefandum, monſtroſum, aut quod nullo modo indecori quicquam cogitandi occaſionem rudibus legentium animis exhiberet. Itaque aliàs Epigrammata integra abolevi, vel quia nihil ſani aut ſacri, ut aiunt, uſquam continerent; vel propter unum aut alterum verſum, totidémque dictiones improbi ſenſûs: aliàs partem ſolùm aliquam recidi, ne quid indè vitii ſano corpori contraheretur, ſi modò nihiloſecius integra ſententia relinqui videretur. Et ne iis quidem peperci, quæ etiam leviter laſciva videri poterant, ut puerorum ratio accura-*

*temperare mihi non poſſum: ut te ac typographos tecum omnes adhorter, ea maximè poëtarum opera nobis in poſterum invulgatis quæ laſcivam gentilium linguæ intemperiem minimè ſapiant, ſed fructûs aliquid & ad rerum notitiam & ad religionem adferant: ut ſi quæ laſciviorum ſcripta eo prætextu, quòd multa etiam bona, præſertim antiquam linguarum puritatem contineant, edituri eſtis, non univerſa illa, ſed impudicis & Chriſtiano homine indignis verbis atque ſententiis repurgata (quod boni alicujus & ſapientis viri judicio fieri poteſt) in vulgus emittatis. Spero equidem brevì ſalubrius inſtitutum in Chriſtianorum ſcholis confirmatum iri, ut ex caſtis & honeſtis authoribus rerum verborúmque cognitio teneris puerorum & adoleſcentium animis infundatur, impudica verò & flagitioſa quorundam ſcripta vel principum edictis, ſi non à mundo, à ſcholis ſaltem & ſtudiorum tyroniciis exulent. Vale.*

*Optimo typographo Hieronymo Curioni Baſilienſi, amico ſingulari, Conradus Geſnerus S. D. P. Commodè, opinor, evenit, Hieronyme chariſſime, ut hic ſtatim poſt illum de Muſicâ * ſocero tuo dedicatum liber tibi offerretur. Tu enim optimi patris Valentini Curionis & ejus ſucceſſorum veſtigia adoleſcens adhuc ſecutus, utiliſſimos indies libros hæreditario quodam jure tuo in commune ſuppeditas. Publicata autem ab illis ſunt hæc; Lexicon Græco-latinum (quod nunc etiam inſigniter, ut audio, locupletatum excudis) Ambroſii Calepini Vocabularium Latinum* ( in Officinâ Curionis ſæpius, & diverſis formis. S. ) *quod ſubinde novis acceſſionibus auctum recudis. Geographia Latinè, cum ejusdem epitome* ( in officinâ Curionis 1539. S. ) *: Platonis opera Græca cum Procli Commentariis in Timæum & Politica, cum indicibus copioſis* ( apud Walder. 1534. S. ) *Athenæus Græcus* ( apud Walder. 1535. S. ) *Latinis itidem & Græcis indicibus utiliſſimis inſtructus: Nicolai Perotti Cornucopiæ* ( apud Curionem & Walderum aliquoties. S. ) *Abſyrti, & aliorum Veterinaria medicina Græcè* ( apud Walder. 1537. ) *Cl. Ptolemæi magna ſyntaxis Græca cum Commentariis Theonis* ( apud Walder. 1538. ) *Aratus Græcus cum Commentariis Græcis itidem Theonis, quibus in eodem volumine acce-*

*curatiſſima haberetur.* &c. *Maximus Planudes idem aliquando in Græcis præſtitit, ut meminit Raphael Volaterranus in ſuâ anthropologiâ, Epigrammata enim veterum, reſectis laſcivioribus, id unum jam vulgò ſparſum volumen & pro argumentis diſtinctum collegit. —— Verùm hujus inſtituti mei rationes copioſiùs in dialogis ad hoc ipſum conſcriptis, & appendicis vice Martiali adjectis explicantur.* &c. Primus, ut puto, omnium, qui Latinos Authores ediderunt, Geſnerus conatus eſt eos repurgare, ut à pueris pudore ſalvo legi & ediſci poſſent. Hujus exemplum multi poſtea ſecuti ſunt. Prodierunt, Martialis caſtus ex officinâ Michaelis Vaſcoſani. 1554. in 4. Idem iterum expurgatus ex officinâ Chriſtophori Plantini. 1568. in 8. & apud Tho. Brumen. Paris. 1587. in 12. & apud Ant. Hierat. Col. Agripp. 1615. in 12. Catulli Epigrammata quædam in uſum pudicæ juventutis. apud Fed. Morell. 1558. in 4. Catullus, Tibullus, Propertius expurgati, apud Joannem Bogardum, Duaci. 1623. in 12. Horatius expurgatus, ex officinâ Birkmannica, Col. Agripp. 1596. in 8. & apud Adam. Cavelier. Cadomi. 1625. in 12. & apud Melchiorem Sanchez. Madriti. 1657. in 8. &c. His adde, Anthologiam Græcorum Epigrammatum ab omni obſœnitate vindicatam, Græcè & Latinè, Flexiæ, apud Hebert. 1624. 12.

* Scil. Henrico Petro.

accedunt, Planiſphærium Ptolemæi & Jordani, & Jacobi Ziegleri Landavi præclaræ lucubrationes, nempe de ſolidæ ſphæræ conſtructione liber; ſcholia in ſphæram Procli Diadochi, de canonicâ per ſphæram operatione liber, & Hemicyclium Beroſi renovatum. ( apud Walder. 1536. Fabric. Biblioth. Gr.) Hæc quidem præcipua officinæ veſtræ opera memini: inter minora tamen; Urbani ( apud Valent. Curion. 1530. ) & Theodori ( apud Valent. Curion. 1529. ) Grammaticæ Græcæ; Othonis Werdmylleri moralis Philoſophiæ libri duo ( apud Hieron. Curion. 1545. S. ) & Theodori Bibliandri de optimo genere Grammaticorum Ebraïcorum Liber 1. ( apud Hieron. Curion. 1542. S. ) ſilentio præteriri non debent. Reliqua non enumerata oblivioni meæ, vel ignorantiæ, vel brevitatis ſtudio imputabis. Quod autem pulcherrimi illi libri, Græci, à vitrico tuo Joan. Valdero caſtigatiſſimè certè excuſi, non parum rei familiari veſtræ detrimenti attulerint, non admodum miror οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. Etenim tanta inter ſtudioſos hodie ignavia & inertia inolevit, ut ſtudiorum ac diſciplinarum rationem ex quibuſvis recentiorum & imperitorum hominum compendiis, quàm à primo fonte petere malint. Quamvìs enim docti aliquot viri compendia nobis quædam in veterum ſcripta elaboraverint, non eo tamen animo id fecerunt, ut alios ab illorum lectione arcerent: ſed introductionis gratiâ potiùs & guſtûs alicujus exhibendi, cujus mox illecti ſuavitate fontes ipſos ubertim faucibus hauſturi plenis accederemus. Verùm avaritia & ſocordia ſeculi noſtri ea eſt, ut judicium pravis corruptum affectibus ( non ſecus ac bile & malis humoribus ægrorum ſtomachi ) nullam ferè ex ſynceris & contemplationi aut demonſtrationibus deditis ſtudiis voluptatem percipiat. Quòd ſi rectè avari eſſemus, neque divitias præ veritate amplecteremur, neque inanem magìs quàm ſolidam gloriam, neque fucatam potiùs quàm veram eruditionem & virtutem ſectaremur: non in tanto neglectu optimi quique authores jacerent. Quis quæſo in humanâ Philoſophiâ Platone diviniús? Quis Ptolemæo in Aſtronomiâ ſolidiús? Quis Athenæo in Philologiâ, & variarum planè rerum verborumque cognitione doctiùs, copioſiùs & jucundiùs ſcripſit? At quotus quisque hæc opera ſibi comparare & legere dignatur? Cùm ſinè Platone nullus Philoſophus, ſinè Ptolemæo nullus Aſtronomus, ſinè Athenæo nullus Philologus aut Grammaticus jure exiſtimari poſſit, aut exiſtimatus ſit unquam tot jam ſeculis, apud doctos quidem homines, poſtquam illi ſemel ſua exaraverunt. Objiciat aliquis, hæc & alia Latinè reddita extare, & in eâ linguâ faciliùs legi. Atqui infinita Græcorum ſcripta nondum transfuſa ſunt ad Latinos, ut neque Athenæus veſter, quod ſciam: Et ſi quis utcunque eruditus Athenæum Latinum facere laboret, magnam interim vocabulorum & teſtimoniorum partem in ſuâ linguâ relinquere cogetur. Sic & Commentarii Græci in Græcos Authores compoſiti, & alia multa commodè in linguam Latinam verti non poſſunt. Eorum verò, quæ benè & aptè Latina fieri poterant, pauciſſima ita tranſlata ſunt, ut nullam in eis boni interpretis virtutem deſideres. Mira diverſorum interpretum varietas eſt, ut ſi viginti etiam aut plures eundem librum transferant, nulla

*alterius tranſlationi ſimilis ſit futura: ut, licèt boni interpretes ſint, ad certitudinem tamen & authoritatem eorum quæ ſcribuntur firmandam, archetypum exemplar Græcum neceſſarium videatur. Sed hæc extra propoſitum, cui ſatìs fortè factum fuiſſet allatâ inſcriptionis hujus in nomentuum cauſâ, propter Almageſtum videlicet Ptolemæi, & alios aſtronomicos libros, quos jam recitavi, à prælis veſtris in publicum emiſſos. Quanquam autem & hi & alii præſtantiſſimi libri non ſinè rei familiaris diſpendio ex officinâ veſtrâ prodiverint, non ideo tamen relictis optimis ad vulgares excudendos tranſeundum tibi conſulo: ſed potiùs bonâ ſpe fretus (ſpero enim etiam propediem aliam & meliorem ſtudiorum faciem futuram) & ſoceri tui conſilia ſecutus, alacriter ut pergas, adhortor, Hyppocratici hujus aphoriſmi memor: Si quid bonâ ratione inceptum expectationi non ſtatim reſponderit, non continuò relinquendum eſt. Vale. Tiguri Calendis Februariis, anno Domini* 1548.

Conradus è typographis Norimbergenſibus ſelegit Joannem Petreium, & Joannem Montanum Ulricúmque Neuberum, quos in ſuis Pandectis honorificè appellaret. En epiſtolas illis in libro ſexto de Geometriâ, his in nono de Aſtrologiâ inſcriptas.

*Ornatiſſimo Viro Joanni Petreio, typographo excellenti, Conradus Geſnerus S. D. P. Non dubito, quin admireris, optime Petreie, quid ita homo ignotus & longo regionum ſpatio diſſitus te appellem, ídque exiguo dono nimis familiariter fretus. Familiare enim eſt parva etiam munera amicis mittere, quos omnia boni conſulere, in bonam partem accipere, & animum magìs quàm rei pretium æſtimare perſuaſum habemus. Ignotos verò, quòs primùm nobis demereri, & in benevolentiam aut amicitiam pertrahere noſtram voluerimus, ſplendidiore aliquo dono afficere ſolemus. Sic omnes ferè artifices operum ſuorum initia, tanquam caput totius (nam homines etiam in eâ parte ornandâ plus curæ ponunt) illuſtriora proponere conantur: & vulgò fertur Principium dimidium eſſe totius. Quid igitur, dicat aliquis, ad benevolentiæ, quam hôc epiſtolio captas, initium non ſplendidoris alicujus doni apparatu viam tibi muniviſti? Reſpondeo, initia rerum omnium exigua eſſe, & à primordiis maxima quæque prodire in univerſo rerum naturalium genere: in iis verò quæ ſecundùm artem aliquam fiunt operibus, multa ad oſtentationem fieri, & fraudem eſſe quandam principia, & quæ primo conſpectui ſe offerunt, iis quæ ſequuntur interioráque ſunt, magìs ſplendere & plus primâ fronte quàm in receſſu præſtent, polliceri. Multa in hanc ſententiam afferre poſſem de ratione principiorum artis & naturæ: ſed pauca tantum addam, quibus illos, qui contrà ſentiunt, quà poſſum mihi conciliem. Magna quidem utriusque principii vis eſt, variat autem pro differentiâ hominum, à quibus & erga quas uſurpatur. Etenim boni viri, qui bonorum erga ſe benevolentiam excitare cupiunt, ad quam illos ſuâ ſponte pronos eſſe intelligunt* (αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται) *naturam magìs quàm artem imitati, & ab omni affectatione alieni, vel parvo initio eis ſe approbare, & futuri amoris fomitem vel*

*unâ*

*unâ ſuſcitare ſcintillâ poſſunt: cujus occaſione ad majora ſubinde pergant, & incrementum paulatim addant, quod natura etiam in ſuis effectis obſervare ſolet. Hoc idem boni viri ut in amicitiâ ambiendâ, ſic in aliis etiam actionibus ſuis omnibus faciunt, omnia nempe ſimpliciter, ingenuè, candidè, ſinè arte, ſinè fuco & quàm maximè ſecundùm naturam fieri poteſt. Alia ratio eſt, ubi aut illi qui ambiunt, aut illi quorum ambitur benevolentia, aut utrique, mali & artis oſtentationíſque potiùs quàm naturæ æmuli fuerint. Mali enim, qui aliorum, qualeſcunque illi ſint, favorem quærunt, omnes indifferenter ex ſuo ingenio metiuntur, tanquam nemine quicquam quod non arte & apparatu aliquo conſtet approbaturo, & omnibus ita affectis, ut non ſuâ ſponte ſed præmii duntaxat & pretii magnitudine ad amandum & bene faciendum allici poſſint. Boni etiam ſi ita contingat, ut malorum amicitiâ indigeant, eodem ſibi modo eam parare, & illorum moribus neceſſariò ſe accommodare coguntur. Mediocrium mores & actiones inter utroſque mediocres ſunt. Sed omittam hanc diſputationem, ne dum arti naturam præfero, artis ope id ipſum efficere, meóque me jugulare gladio dicar: & exiguo libello, quem nomini tuo inſcribo, initium præfandi prolixitate non exiguum præmittere: ut ſæpe in vitium ducit vitii fuga, ſi caret arte, non modò contrarium, quanquam id frequentius, ſed illud ipſum quandoque, quod fugimus. Hæc certè potiſſima fuit nuncupationis hujus cauſa, quòd & Geometrica & Mathematica multa elegantiſſimè diligentiſſiméque apud te excuſa ſint: Qualia ſunt; Joannis de Regiſmonte de triangulis omnigenis libri quinque (* 1533. S. ) *De quadraturâ circuli liber ejuſdem cum redargutionibus contra Nicolaum Cuſanum: De triangulis Vernerus: Geometria Germanica authore N. Schmid: Vitellionis proſpectiva: Nicolaus Copernicus de revolutionibus orbium cœleſtium (* 1543. S. ) *Tabulæ reſolutæ in Aſtronomicâ: Joannis Schoneri introductorium in Aſtrologiam (* 1536. S. ) *Hieronymi Cardani Aſtrologiæ Aphoriſmi: Ejuſdem ſupplementum Almanach,* ( 1547. S. ) *Libri de ſapientiâ & Ars magna (* 1545. & 1544. S. ) *Stifelii Arithmetica abſolutiſſima Latinè & Germanicè (* 1544. S. ) *Chriſtophori Rodolphi Arithmetica minor optima Germanicè ſcripta: Aſtrologica quædam Græca & Latina Joachimo interprete (* 1532. S. ) *Et alia multa, ut Corpus Juris ſinè Commentariis à Greg. Haloandro magnâ cum laude emendatum.* ( ſinè anno. S. ) *Andreæ Oſiandri Symphonia quatuor Evangeliorum Græcè, Latinè, & Germanicè: Geberi opus de Chymiâ: & alia, quæ ne prolixior ſim, hîc non enumerabo: quanquam etiam ſi velim, non poſſim omnia, qui plurima apud te edita propter loci diſtantiam non viderim. Merito igitur tuo & jure optimo hîc in Mathematicis locus tibi dedicandus venit. Quòd ſi benevolentia hæc in te mea, quâ propter optimos libros ſingulari diligentia tuâ excuſos te libenter amplector, & omni favore dignum omnibus, qui hæc legerint, prædico, non improbata tibi fuerit, gaudebo equidem, & planè ſatisfactum expectationi meæ arbitrabor: & ut feliciter edendis doctiſſimis libris bonas artes & pia ſtudia juvare pergas. Deum omnipotentem orabo. Vale. Tiguri Decimo Calendas Februarii, anno ſalutis* 1548.

 Hu-

*Humaniſſimis Viris Joan. Montano, Ulrico Neuber typographis Norimbergæ clariſſimis, Conradus Geſnerus. S. D. P. Collectaneorum noſtrorum cur hanc præcipuè partem, humaniſſimi viri, veſtram eſſe voluerim, ſi nulla potior cauſa vobis probetur, hanc ſaltem non rejicietis, quòd aliis quoque non obſcuris quibusdam typographis libellos aliquot dedicaverim, non ejus quidem generis, in quo ſinguli maximè præcelluiſſent (quid facerem enim, ubi plures in eisdem excellunt?) ſed in quo vel paucas inſignes lucubrationes edidiſſent. Eodemnum inſtituto vobis hanc opellam inſcribo, quòd eximios quosdam Aſtrologicæ profeſſionis libros veſtrâ operâ publicos eſſe factos audiverim. Cujusmodi ſunt, Aboali de judiciis nativitatum: Jo. Schonerus de nativitatibus. Obſervationes Joan. Regiomontani, De judiciis auræ Jo. Vernerus:* ( Vernerus, ſinè anno. S. ) *& præter Mathematica, Martini Lutheri Poſtillam ( ut vocant ) patribus familiâs accommodatam Germanicè: & Commentarios ejusdem in Joël prophetam à morte ipſius per Vitum Theodorum editos: cujus itidem non paucos in re Theologicâ libros ex officinâ veſtrâ prognatos* ( expoſitio Germanica in Eſaiam 1548. S. ) *audio. Reliqua veſtra propter loci intervallum, quo diſtamus, hactenus vel non vidi, vel non obſervavi: obſervabo autem poſthac diligentiùs, & ſuis quæque Bibliothecæ noſtræ locis inſeram, ſi vixero, ut propoſito meo ſatisfaciam, ídque eò majori ſtudio, quò gratiorem vobis hanc dedicatiunculam fuiſſe intellexero. Hoc unicè & intimo pectore vos obſecro & adhortor, ut Aſtrologiam Phyſicam potiùs, & ad communia aliqua vitæ humanæ opera utilem, quæ naturæ & corporum terminos non transgreditur, prælis veſtris & publicâ luce dignam exiſtimetis; quàm ſuperſtitioſam illam & divinatricem, quæ fato ſyderum,* εἱμαρμένην *Græci dicunt, cùm in aliis rebus nimium attribuit, tum animos etiam hominum, mores & actiones omnes, fortunámque ipſam, & omnes mundi mutationes, ut ne religioni quidem pareat, ejus vel imperio vel certæ ſignificationi ſubjiciat. Quam quò melior, ſanctior atque doctior vir hactenus quisque fuit in Religione noſtrâ, eò fortiùs contempſit, & impiam judicavit: quò contrà quisque à fide noſtrâ alienior, tantò majoris fecit. Imò in gentilium etiam Philoſophiâ, qui præſtantiores habentur, ferè omnes, minùs eam coluerunt: magìs qui indoctiores, quod & hôc tempore contingit, ubi multi & ſacris literis poſthabitis & optimâ veterum Philoſophiâ neglectâ, impios quosdam Philoſophaſtros & Chaldæos ſecuti, quicquid unquam aliquis Aſtrologiæ attribuit, rectè fieri poſſe contendunt. Et hujusmodi Atheos vates non plerique modò principes, ſed etiam, proh dedecus Eccleſiæ! Pontifices apud ſe fovent. Verùm hæc illis accuratiùs diſcutienda relinquo, qui ſimul & artis hujus peritiam, & Chriſtianæ Theologiæ cognitionem habeant: qui ſoli cùm rectè judicare quid boni, quid mali Aſtrologia ſecum vehat, tum pravas aliorum opiniones redarguere poterunt. Quod quidem Georgium Joachimum Rheticum doctiſſimum in Academiâ Lipſicâ Mathematum Profeſſorem brevì publico ſcripto effecturum expectamus. Qui mihi humanitatem quoque veſtram adeò prædicavit, ut libentiſſimè hunc vobis libellum*

*libellum nuncupaverim, quem vos ut æqui boníque conſulere, & omnia amici hominis officia de me vobis polliceri velitis, oro. Valete. Tiguri, quarta nonas Februarii, anno ſalutis* 1548.

Reliquas hìc exſcribam Epiſtolas, quas Geſnerus libris ſuarum Partitionum præmiſit, nuncupatas (*lib.* 10 *de Divinatione & Magiâ*) Windelino Richelio; & Venetis typographis, (*lib.* 11. *de Geographiâ*) Paulo Manutio, (*lib.* 17. *de Oeconomicâ Philoſophiâ*) Vincentio Valgriſio, (*lib.* 18. *de Politicâ*) Hieronymo Scoto (*lib.* 19. *de Jure Civili & Pontificio*) Thomæ Juntæ & cæteris Lucæ-Antonio Juntæ hæredibus.

Wendelini Richelii ſymbolum erat Dea Nemeſis baſi quadratæ inſiſtens, alata, tenens manu alterâ frænum, alterâ menſuram ſive normam fabrilem: Pauli Manutii idem quod patris Vincentii Valgriſii, ſerpens de figura τȣ T pendens.

*Ornatiſſimo viro Wendelino Richelio, typographo Argentoratenſi celeberrimo, Conradus Geſnerus S. D. P.*

*Cæteros quidem libros typographis illis dedicare mihi ſtudio fuit, qui plurimos aut optimos pro ſingulorum argumento authores publicâſſent: ſed cùm hic de magiâ & divinatione liber nulli hâc ratione typographorum conveniat, contrariam ſequi placuit, & in tuum nomen hanc partem inſcribere, ut qui magicos nullos, plurimos verò ſynceræ & Sacro-ſanctæ Theologiæ noſtræ, magiæ & artibus illicitis omnibus adverſos codices edideris. Ex quibus aliquot hìc mihi commemorandi ſunt, ut beneficia tua agnoſcant ſtudioſi, & quid ex officinâ tuâ petendum ſit, intelligant: quanquam multa memoriam meam ex tempore hæc ſcribentis ſubterfugiant: quæ memini tamen Latinè aut Græcè apud te edita hæc ſunt:*

Wolfgangi Capitonis explicatio in Hexemeron opus Dei (1539 S.) Ejusdem liber de miſſâ, matrimonio, & jure magiſtratus in religionem (1540. S.) Ab eodem tranſlatæ Pſalmorum precationes (1536. S.)

Joan. Calvini Commentarii in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Ejusdem aſſertio, vivere apud Chriſtum, non dormire animis ſanctos, qui in fide Chriſti decedunt. Liber contra Sadoletum; & Inſtitutiones Chriſtianæ Religionis, opus ex eruditione ſimul & pietate nobiliſſimum.

Martini Buceri liber de verâ eccleſiarum in doctrinâ, ceremoniis & diſciplinâ reconciliatione & compoſitione (1542. S.) Ejusdem Acta colloquii in Comitiis Imperii Ratisbonæ habiti (1536. S.) hoc eſt, Articuli de Religione conciliati & non conciliati omnes, ut ab ipſo Imperatore Ordinibus Imperii ad judicandum & deliberandum propoſiti ſunt: Commentaria in Epiſtolam ad Romanos (1536. S.) Defenſio contra Epiſcopum Abrincenſem (1536. S.)

Terræ Sanctæ, quam Palæſtinam nominant, Syriæ, Arabiæ; Ægypti, & Schondiæ doctiſſima deſcriptio, unà cum ſingulis tabulis earundem regionum topographicis, Authore Jacobo Zieglero Bavaro (1536. S.)) Tabula Palæſtinæ ſeparatim.

Et Præter Sacra, Dictionarium Latino-Germanicum, & vice verſâ Germanico-Latinum ex optimis Latinæ Linguæ ſcriptoribus concinnatum per Petrum Daſypodium in 8. & in 4. (ſinè anno. S.)

M. T. Ciceronis opera omnia per Joan. Sturmium correcta (1540. S.) Joan. Sturmii, De amiſſâ dicendi ratione & quomodo ea recuperanda ſit, libri duo: Et alius de literarum ludis rectè aperiendis: Dialecticæ partitiones (1543 S) quæ nunc, ut audio, integre excuduntur aut excuſæ jam ſunt: Epiſtolæ Ciceronis aliquot ſelectæ per eundem (1539. & 1543. S.)

Conradi Neobarii compendium Dialecticæ (1536. S.)

Germanicorum adagiorum cum Latinis ac Græcis collatorum centuriæ ſeptem per Eberhardum Tappium (1539 S.)

Illuſtrium poëtarum flores per Octavianum Mirandulam collecti & à ſtudioſo quodam in locos communes digeſti (1538. S.)

Pauli Jovii de rebus Turcicis liber, à Franciſco Nigro Latinus ex Italico factus.

De Tungris & Eburonibus aliiſque inferioris Germaniæ populis, Huberti Thomæ Leodii Commentarius. (1538. S.)

Et in re medicâ: Pauli Æginetæ opera Joan. Guinterio Andernaco interprete, cum Commentariis ejusdem. (1542. S.)

De victus & medicinæ ratione, cùm alio, tum peſtilentiæ tempore obſervandâ, liber ejusdem Guinterii. (1542. S.)

Noſcendæ, præcavendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis Andreæ à Lacunâ compendium (1542. S.)

Item in Græca litteratura: educatio puerilis linguæ Græcæ, & Fabellæ quædam Æſopi.

Lexicon Græco-latinum in uſum juventutis Petri Daſypodii. (1539. S.)

Proclus de Sphærâ. (ſinè anno. S.)

Euclidis liber primus.

Ariſtotelis Politica ſeorſim; & Ethica ſeorſim.

Platonis Jon ſive de Iliade, Crito & Georgias ſive de Rhetoricâ; ſinguli ſeorſim.

Demoſthenis contra Leptinem oratio.

Ajax & Electra Sophoclis.

Scholia in Homerum abſque textu caſtigatiſſimè edita, & copioſis indicibus illuſtrata, cum Porphyrii Homericis quæſtionibus. (1539. S.)

*Germanica nunc omittam: Hieronymi Tragi tamen (ut profeſſioni meæ faveam) diligentiſſimi certè viri &, optimè de arte noſtrâ meriti hiſtoriam herbarum*

*barum præterire non poſſum, cui nuper arbores etiam & frutices adjecit, opus longæ profectò & exquiſitæ obſervationis, quod multa experimenta & multas omnino peculiares dotes habet.*

*Quòd ſupereſt, rogarem te pluribus, ne benevolentiam in te meam, quam hôc tibi pignore teſtatam volui, aſpernareris; niſi de amicitiæ tuæ candore ita perſuaſus eſſem, ut nullo ad eam excitandam dicendi artificio opus fore exiſtimarem. Vale. Tiguri, Nonis Februarii anno* 1548.

*Paulo Manutio Aldi Filio, Nobiliſſimo Typographo Venetiis, Conradus Geſnerus S. D. P.*

*NOn exigua, ſed humana laus eſt, egregiam & utilem vitæ mortalium artem exercere, præ cæteris in eâ pollere, divinum quiddam. Nam cùm Deus Opt. Max. ſummum & excellentiſſimum bonum ſit, in quâvis re bonâ honeſtâ, utili eminere divinum judico. Rurſus in unâ aliquâ parte reliquis præſtare ſuis homotechnis, res humanæ conditionis, neque ſuâ laude non digna eſt; per omnia verò primas obtinere, ut ſupra hominis ſortem eſt, ita maximam omnium laudem meretur. Sed quorſum evado? Ad clariſſimum felicis memoriæ virum Aldum Manutium, piiſſimum patrem tuum, qui primus orbi terrarum optimos quosque in utrâque linguâ libros, & unus plurimos, eósque caſtigatiſſimè, & ſolus omnium pulcherrimè typis ſuis excudit. Immortalis hæc ejus induſtria, immortale beneficium cum totâ ſtudiorum ætate florebit: nec priùs quàm ipſa ſtudia (quod ne unquam fiat, Deus avertat) aboleri poterit. Hamadryades cum arboribus ſuis, ſi libet poëtis credere, naſcuntur & pereunt: Sic Manutiæ familiæ decus cum renaſcentibus ſtudiis ortum, quàm diu Philoſophia ſtabit, nunquam vigere deſinet.*

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
Τῇ δέ θ' ἅμα Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
Πασάων δ' ὕπερ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα,
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
Ὣς μάλα χαλκογράφοισι μεταπρέπει ἔξοχος Ἄλδος.

*Exemplaria Græca ante patrem tuum aut * nulla, ni fallor, aut pauca, nec eâ induſtriâ typis publicata ſunt. Prima hujus artis inventio Germaniæ noſtræ adſcribitur: ſed non minor virtus eſt, tueri & perficere rem inventam, quod Aldo debemus, quàm invenire. Hujus tu patris, humaniſſime Paule, hæres, & ſucceſſor es non in fortunæ tantùm bonis, ſed ingenio quoque & animi virtutibus, ut fama tua longè latéque jam diffuſa ſit. Non ſolùm enim multos optimos libros unus omnium elegantiſſimè procudis: ſed ipſe etiam tui doctiſſima ingenii monimenta relinquis, parentis gloriam hâc quoque parte imitatus. Scripſit ille cùm alia quædam, tum Latinæ & Græcæ Grammatices abſolutiſſimas inſtitutiones: Tu verò Annotata, caſtigationes in M. T. Ciceronis libros, præcipuè Philoſophicos, quæ ante annos jam aliquot ex Officinâ tuâ prodivere,*

*magnâ*

* At verò neque nulla, neque admodum pauca, neque induſtriæ expertia, extitiſſe ante Aldum compertum eſt.

*magnâ cum laude compoſuiſti. Tanti ergo patris tanto filio, eíque nobiliſſimo inter illos (pace aliorum dixerim) quibus diverſos hujus Operis libros ſingillatim nuncupo, partem aliquam ejusdem dedicare ſuo patríſque merito debui. Quamvìs autem plurima Officinæ veſtræ præclara ſint opera, boni conſules tamen in Geographicis duntaxat te prædicari. Quâvis enim occaſione tui meminiſſe, & Euchariſticum potiùs quàm dedicatorium in tuum nomen Epiſtolium inſcribere, quàm ingratus & tui omnino oblitus videri volui. Hæc ſanè mea opinio eſt, ut quicquid in commune boni confertur, pro eo ſingulos etiam gratos eſſe debere, & quod reipublicæ factum eſt, tanquam ſibi factum interpretari perſuaſus ſim. Patris certè tui munus eſt, ſummus in Geographiâ author Strabo Græcus, cujus etiam ſolius gratiâ noſter hic libellus hæreditario jure tuus eſt: quanquam fortaſſis & alii quidam non viſi mihi hujus argumenti apud te excuſi ſint libri: qualis eſt Italicus ille, De itineribus ex urbe Venetâ in Perſiam, Tanam, & Conſtantinopolin: & apud patrem Dionyſius De ſitu orbis: Et pictura totius Galliæ & Hiſpaniæ ſecundùm C. Cæſaris Commentarios: cum nominibus locorum, urbiúmque & populorum Galliæ & Hiſpaniæ, ut olim dicebantur Latinè, & hodie linguâ vulgari dicuntur, ordine Alphabeti. Pictura pontis in Reno, item Avarici, Alexiæ, Uxelloduni, & Maſſiliæ, omnia cum C. Julii Cæſaris Commentariis. Atqui facilè mihi polliceor te pro inſigni humanitate & eruditione tuâ, labori meo qualicunque & expectationi favoris tui benevolum eſſe dignaturum. Quod ſi feceris, eſt quod mihi gratuler; & amare te, & Dominum Deum noſtrum cùm ad conatus tuos, quibus bona ſtudia ornas & auges, tum ad veram animi pietatem & tranquillitatem ſubinde propitium tibi precari, officii mei exiſtimem. Vale. Tiguri. Idibus Februarii, Anno Salutis M. D. LXVIII.*

*Catalogus Librorum, qui in Officinâ* ALDI MANUTII *plerique omnes intrà annum Domini M. D. XXXIIII. Venetiis excuſi ſunt.*

( Maxima pars licèt Librorum ſequentium in Catalogis, quos his Annalibus juxta temporis ordinem inſerui, locum habuerit, nolui tamen hunc Geſneri Catalogum & ordinem negligere, chartæ perituræ parcendi gratiâ. Quos autem Geſnerus non adjecit, annos Libris ſingulis apponere placuit ).

*Libri Græci.*

EROtemata Conſtantini Laſcaris Græcè & Latinè, cum tabula Cebetis, Carminibus Pythagoræ & Phocylidis, &c. in 4. (1594.)

Theſaurus ſive Cornucopiæ dictionum difficilium, & maximè verborum apud Homerum ex Commentariis Euſtathii & aliorum Grammaticorum ordine literarum:

Accedunt & alii Græci libelli ad Grammaticæ cognitionem neceſſarii circiter 16. in fol. (1596.)

Theodori Gazæ Grammatica.

Ejus-

Ejuſdem liber de menſibus.

Item Apollonii de conſtructione lib. 4. in fol. ( 1495. )

Lexicon Latino-Græcum, cui & alii libelli 16. adjiciuntur: ex quibus ſunt, Thomæ Magiſtri, & Phrynichi, & Emanuelis Moſchopuli Eclogæ Atticarum dictionum: ( cæteri ſæpe jam in Appendicibus lexicorum Baſileæ impreſſi ſunt. ) in folio. ( 1497. )

Theocriti Æglogæ.

Heſiodi opera.

Catonis Sententiæ.

Sententioſi verſus monoſtici per locos.

Pythagoræ & Phocylidis carmina, *&c.* in folio. ( 1494. )

Ariſtophanis Comœdiæ 9. cum Commentariis. In fol. ( 1498. )

Muſæi poëma de Herone & Leandro.

Orphei Argonautica, Hymni, & liber de lapidibus. in 8. ( 1517. )

Ariſtotelis opera, quatuor voluminibus: quibus etiam Theophraſti libri omnes adjunguntur: & Alexandri Aphrodiſienſis problemata. In folio. ( 1495——1498. )

Commentarii Græci in Ariſtotelem, ſinguli in folio.

Ammonius in Prædicamenta: & in librum de enunciatione: cum Magentino in eundem. ( 1503. )

Alexander Aphrodis. in primum priorum. 1489. ( * *Fabr. Biblioth. Gr. Vol.* 4. *p.* 66. )

Joan. Grammaticus & Euſtratius in Poſteriora. ( 1534. *Ibid. Vol.* 9. *p.* 364. )

Alexander Aphrodiſienſis in Topica. ( 1514. *Ibid. Vol.* 4. *p.* 66. )

Idem in Elenchos. ( 1520. *Ibid. p.* 68. )

Simplicius in 8. libros Phyſicorum. ( 1526. *Ibid. Vol.* 8. *p.* 621. )

Idem in libros de Cælo. ( 1526. *Ibid. p.* 643. )

Joan. Grammaticus in libros de Generatione & interitu: cum Alexandro Aphrodis. in Meteora. ( 1527. )

Themiſtius in libros de Animâ. Alexander Aphrodis. in eosdem, cum ejusdem libro de fato. ( 1534. )

Simplicius in libros de animâ, una cum Michaële Epheſio in parva naturalia. ( 1527. *Vid. Fabr. Bibl. Gr. Vol.* 8. *p.* 644. )

† Euſtrathius in Ethica.

* Hìc forſan eſt error typographicus, nam eo tempore Aldus (ut puto) nondum imprimebat. In Catologo Thuan. *Aphrodis. in prior. Analyt. Græcè. Jol. Venet. Aldus.* 1520.

† Hæc editio fieri non debuit poſt annum. 1544. Sola, quam reperio, vulgata eſt anno 1536. Vide Catalog. Thuan. tom. 2. p. 20. & Fabr. Biblioth. Gr. Vol. 3. p. 151.

*Alii Libri Græci.*

PSalterium Græcum. in 4. ( 1496. *circiter. Vide Annal. Typogr. Tom.* 1. *p.* 238. )

Officium in honorem D. Virginis cum Pſalmis pœnitentialibus è Latino in Græcum. In 16. ( 1505. )

Epiſtolarum mille & ſeptuaginta trium volumen, quarum authores ſunt 40. In 4. ( 1499. )

Gregorii Nazianzeni diverſa poëmata: cum Latinâ tranſlatione, inſerto Evangelio Joannis: in 4. ( 1504. )

Nonni Paraphraſis in Evangelium Joannis. In 4. ( 1501. *Fabr. Biblioth. Gr. Vol.* 7. *p.* 687. )

Dioſcoridis de Materiâ Medicâ & venenis libri, cum indice. Accedunt carmina de viribus quarundam plantarum, in antiquis exemplaribus reperta. ( 1518. )

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum Commentariis.

De ponderibus & menſuris In 4. ( 1523. )

Julii Pollucis vocabularium. In folio. ( 1502 )

Thucydidis libri 8. In folio. ( 1502. )

Herodoti libri 9. In fol. ( 1502. )

Luciani omnia.

Icones Philoſtrati 66.

Ejusdem Heroica.

Icones junioris Philoſtrati 22.

Enarrationes Calliſtrati in ſtatuas 14.

Philoſtrati vitæ Sophiſtarum 58. In fol. ( 1522. )

Philoſtrati de vitâ Apollonii libri 8. Græci, & Latini Alemano Rhinuccino interprete.

Euſebius contra Hieroclem Græcè & Latinè Zenobio Acciaolo interprete. In folio ( 1504. )

Sophoclis Tragœdiæ 7. in 8. ( 1502. )

Euripidis Tragœdiæ in 8. ( 1503. )

Epigrammatum Græcorum libri 7. in 8. ( 1503. )

Homeri omnia: cum vitâ ejus ex Plutarcho, Herodoto, & Dione. In 8. ( 1503. *Vide Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 262. )

Q. Calabri poëtæ Paralipomena Homeri, libris 14. In 8. ( *ſinè anno.* )

Demoſthenis Orationes. In folio. ( 1504. )

Ulpiani Commentaria in 18. Demoſthenis Orationes.

Harpocration de Dictionibus Rhetorum ordine literarum. In folio. ( 1503 )

Plutarchi Moralia. in folio. ( 1509. )

Phornutus de naturâ Deorum, cum Palephato de fabuloſâ hiſtoriâ. Vita

Vita & Fabulæ Æſopi Græcè & Latinè.

Gabriæ Fabulæ Græcè & Latinè.

Heraclides Ponticus de allegoriis apud Homerum.

Orus de Hieroglyphis.

Proverbia per ordinem Alphabeti. in fol. ( 1505. )

Liber 12. Rhetorum de arte Rhetoricâ. in fol. ( 1508. )

In Aphthonii Progymnaſmata Commentarii: item in Hermogenis omnia. In fol. ( 1509. )

Theodori Gazæ Grammatica.

Georgius Lecapenus de conſtructione verborum.

Emanuel Moſchopulus de conſtructione nominum & verborum.

Idem de accentibus in 8. ( 1525. )

Grammatica Chryſoloræ, cum libro 4. Theodori Gazæ & ſententiis monoſtichis, Catone, & Erotematibus Guarini in 8. ( 1512. )

Pindarus, Callimachus, Dionyſius de ſitu orbis. Lycophron in 8. ( 1513. )

Iſocrates, Alcidamantis, Georgiæ & Ariſtidis Orationes quædam.

Harpocration de Dictionibus Iſocratis. In fol. ( 1513. )

Platonis Opera. In fol. ( 1513. )

Suidas. In fol. ( 1514. )

Athenæi Sympoſiaca. In fol. ( 1514. )

Pauſaniæ Commentarii Græciam deſcribentes. In fol. ( 1516. )

Strabo. In fol. ( 1516. )

Sacræ Scripturæ veteris novæ'que omnia. In fol. ( 1518. )

Artemidorus cum Syneſio de interpretatione ſomniorum. In 8. ( 1518. )

Plutarchi illuſtrium virorum Græci ac Latini nominis vitæ 49. In fol. ( 1519. )

Oppiani de piſcibus libri 5. unà cum Laurentii Lippii tralatione.

Ejusdem de venatione libri 4. ( 1517. )

Æſchyli Tragœdiæ 6. In 8. ( 1518. )

Aldi Manutii Rom. Grammaticæ inſtitutiones Græcæ. in 4. ( 1515. )

Gregorii Nazianzeni Orationes 16. In 8. ( 1516. )

Apollonii Rhodii Argonautica cum Commentariis. In 8. ( 1521. )

Commentarii in Homeri Iliadem: & Porphyrii duo opuſcula. In 8. ( 1521. )

Herodiani hiſtoriarum libri 8. cum interpretatione Latinâ Ang. Politian. In 8. ( 1524. )

Xenophontis omnia. In fol. ( 1525. )

Galeni omnia in quinque voluminibus. In fol. ( 1525. )

Hippocratis omnia. In fol. ( 1526. )

Didymi Scholia in Odyſſeam Homeri. In 8. ( 1528. )

Paulus Æginеta. In fol. ( 1528. )

Aëtii Medici libri primi 8. In fol. ( 1534. )
Xenophontis Paraleipomena.
Commentarii in Thucydidem.
Herodianus.
Plethonis Hiſtoria. In fol. ( 1503. )
Greg. Naziazeni Orationes 9 & Gregorii Nyſſeni quædam in 8.

*Libri Latini.*

ANgeli Politiani opera. In fol. ( 1598. )
Julii Firmici & M. Manilii aſtronomica.
Arati Phænomena, Germanico interprete, cum Commentariis, & imaginibus.
In eadem Fragmentum interpretationis Ciceronianæ : & Rufi Feſti Avieni Paraphraſis.
Eadem, Græcè, cum Commentariis Theonis.
Procli Sphæra Græcè, & Latinè Thomâ Linacro interprete. In fol. ( 1499. )
Nicolaï Perotti Cornucopiæ, &c. ( 1517. )
Varronis libri de linguâ Latinâ & Analogiâ.
S. Pompeius Feſtus, Novius Marcellus. In fol. ( 1513. )
Grammaticæ Inſtitutiones Aldi in 4. ( 1507. *Vid. Annal. Typogr. Tom.* 2. *p.* 186. *not.* (*a*) )
Beſſarionis Cardinalis libri 4. in calumniatorem Platonis.
Ejusdem liber, in quo ex libris Platonis de legibus quam plurima recitantur, & à Georg. Trapezuntio malè verſa eſſe oſtenduntur.
Ejusdem Tractatus, an natura & ars conſultò agant In folio. ( 1503. )
Ariſtoteles de animalibus.
Theophraſtus de Plantis.
Problemata Ariſtotelis & Alexandri Aphrodiſii, Theodoro Gazâ interprete. In fol. ( 1501. & 1524. *Fabr. Biblioth. Gr. Vol.* 4. *p.* 74. )
Jamblichus de Myſteriis.
Proclus in Alcibiadem,
Idem de Sacrificio & Magia.
Porphyrius de divinis atque dæmonibus.
Expoſitio Priſciani & Marſilii in Theophraſtum de ſenſu, phantaſia, & intellectu.
Alcinous de Doctrina Platonis.
Speuſippus de Platonis definitionibus.
Pythagoræ Carmina aurea & ſymbola.
Xenocrates de morte.
Mercurii Triſmegiſti Pæmander.

Ejus-

Ejusdem Aſclepius.

Marſilii Ficini de triplici vita libri 2.

Ejusdem libri, De Voluptate, De Sole & lumine, De Magis: Quòd neceſſaria ſit animi tranquillitas. In fol. ( 1497. )

Deſid. Eraſmi Proverbia. In fol. ( 1508. )

Poliphili Hypnerotemachia. In fol. ( 1499. )

Lud. Cælii antiquarum lectionum libri 16. In fol. ( 1516. )

M. T. Ciceronis omnia. * Formis diverſis.

C. Criſpi Saluſtii hiſtoriæ & orationes eis adjungi ſolitæ. In 8. ( 1509. )

M. F. Quintilianus. In 4. ( 1514. )

Cato, Varro, Columella, Palladius de re ruſticâ.

Georgii Alexandrini enarrationes priſcarum dictionum in eisdem libris. In 4. ( 1514. )

Virgilius. In 8. ( 1501. )

Diverſorum veterum poëtarum in Priapum luſus.

Maronis catalecta, Copa, Roſæ, Culex, Diræ, Moretum, & alia quæ falsò Virgilii creduntur.

Argumenta in Virgilii libros, & alia diverſorum complura. In 8. ( 1514. )

P. Ovidii omnia, cum Annotationibus. In 8. ( 1502. 1503. )

Terentius. In 8, ( 8517. )

T. Livii Decades 3. 1518. 1519. 1520. )

L. Flori libri 4.

Polybii hiſtoriarum libri 5. Nicolao Perotto interprete. In 8. ( 1521. )

Ejusdem Livii omnia accuratè denuo impreſſa. In fol. ( 1521. )

C. Plinii Secundi Epiſtolæ.

Ejusdem Panegyricus & liber de viris illuſtribus.

Suetonius Tranquillus de claris Grammaticis & Rhetoribus.

Julii Obſequentis prodigiorum liber. In 8 ( 1518. )

Catullus, Tibullus, Propertius. In 8. ( 1502. )

Lucanus in 8. ( 1502 )

Val. Maximus. In 8. ( 1502 )

C. Julii Cæſaris, & A. Hirtii aut Oppii Commentarii de bellis diverſis, cum picturis quibusdam: & locorum ac populorum nominibus In 8. ( 1513. )

L. Cælii Lactantii opera cum Tertulliani Apologetico. In 8. ( 1515. ).

A. Gellii Noctes Atticæ. In 8. ( 1515. )

T. Lucretius. In 8. ( 1515. )

Nervæ, Trajani & Adriani Cæſarum vitæ ex Dione. G. Merulâ interprete. Item

* Rhetoric. 4. 1514. 8. 1533. Oration. 8. 1519. Philoſoph. 8. 1523. Offic. Cat. Læl. Somn. Parad. 8. 1517. Epiſtol. ad Attic. &c. 8. 1531.

Item Ælius Spartianus, J. Capitolinus, Lampridius, Fl. Vopiſcus, Trebellius Pollio, Vulcatius Gallicanus, omnes à Joanne Baptiſtâ Egnatio caſtigati.

Heliogabali ad meretrices Oratio.

Joan. Bapt. Egnatii de Cæſaribus libri 3.

Ejusdem in Spartiani Lampridiiſque vitas & reliquorum annotationes.

Ariſtidis Smyrnæi oratio de laudibus urbis Romæ, Scipione, Carteromacho interprete.

Conflagratio Veſuvii montis ex Dione, Georg. Merulâ interprete. In 8. ( 1516. )

Pomponius Mela.

Julius Solinus.

Itinerarium Antonini Auguſti. Vibius Sequeſter.

P. Victor de Regionibus urbis Romæ.

Dionyſius Afer de Situ orbis, Priſciano interprete. In 8. ( 1518. )

Senecæ Tragœdiæ. In 8. ( 1517. )

Martialis. In 8. ( 1501. )

Dec. Auſonius. In 8. ( 1517. )

Statii poëmata. In 8. ( 1502. )

Jo. Joviani Pontani opera ſoluta oratione. In 4.

Ejusdem Poëmata duobus voluminibus. In 8. ( 1519. )

Poſteriori accedunt, Calphurnii Æglogæ 7.

Aurelii Nemeſiani Æglogæ 4.

Strozii Poëtæ Ferrarienſes, pater & filius. In 8. ( 1513. )

Euripidis Hecuba & Iphigenia Deſ. Eraſmo, interprete, &c. In 8. ( 1507. )

Luciani opuſcula quædam Deſ. Eraſmo, & Tho. Moro interpretibus, &c. In 8. ( 1516. )

Deſ. Eraſmi Moria. In 8.

Ejuſdem Querela pacis, & alia opuſcula diverſa. In 8.

Chriſtophori Longolii perduellionis rei Defenſiones duæ. In 8.

L. Apuleii opera In 8. ( 1521. )

Q. Curtius. In 8. ( 1520. )

Plauti Comœdiæ. In 4. ( 1522. )

Gulielmi Budæi libri 5. de aſſe. In 4. ( 1522. )

Aſconii Pædiani expoſitio in orationes aliquot Ciceronis : cum Victorini Commentariis in libros de inventione, & Georg. Trapezuntii in orationem pro Q. Ligario. In 8. ( 1522 )

Petrus Alcyonius de exilio. In 4. ( 1522. *Bibliothec. Teller* )

Juſtinus de externis hiſtoriis, cum Æmylio Probo de externis Imperatoribus. In 8. ( 1522. )

C.

C. Claudiani opera. In 8. ( 1523. )
C. Valerii Flacci Argonautica, cum Joan. Baptiſtæ Pii carmine ex quarto Argonauticorum Apollonii & Orphei Argonauticis, innominato interprete. In 8. ( 1523. )
Silius Italicus de bello Punico. In 8. ( 1523. )
Georg. Trapezuntii Rhetoricorum libri 5. His accednnt, Conſulti Chirii Fortunatiani lib. 3.
Aquilæ Romani de figuris ſententiarum & elocutionis lib. 1.
P. Rutilii Lupi earundem figurarum è Georgiâ. lib. 1.
Ariſtotelis Rhetoricorum ad Theodectèn Georg. Trapezuntio interprete, lib. 1.
Ejusdem Rhetorica ad Alexandrum, Fr. Philelpho interprete.
Paraphraſis Rhetoricæ Hermogenis, Hilarione monacho Veronen. interprete.
Priſciani præexercitamenta ex Hermogene.
Aphthonii progymnaſmata Jo. Mariâ Catanæo interprete. In fol. ( 1523. )
Macrobius. In 8. ( 1528. )
Priſcianus. In 4. ( 1527. )
Sannezarius de partu Virginis, denuo impreſſus & auctus. In 8. ( 1528. )
Recognitio Veteris Teſtamenti. In 4.
Quinque libri quintæ Decadis Livii. In. 1. ( 1533. )
Cornelius Celſus cum P. Serono. In 4 ( 1528. )
Cornelius Tacitus. In 4. ( 1534 )
Gratius de Venatione.
Ovidius de piſcibus
M. Aur. Olympius Nemeſianus de Venatione. In 8. ( 1534. )
Laur. Vallæ Elegantiæ. In 4.

*Italici Libri.*

DAntes. In 8.
Petrarcha. In 8. ( 1514. ).
Bembi quædam. In 8. ( 1505. )
M. Jo. Boccatius In 8.
Il Cortegiano, del Conte Baldiſſar Caſtiglione. In folio & In 8. ( 1533. )
Anthropologia Galeatii Capellæ In 8.
*Hæc omnia ex Aldi patris Officinâ publicum acceperunt. Filius autem Paulus Manutius quænam excudi curaverit, certum jam non habeo præter pauca hæc.*

Ambro-

Ambroſii Calepini Dictionarium. In fol.

Appendix additionum in idem. In fol.

Annotata propria, caſtigationes, & obſervationes, in M. T. Ciceronis libros, præcipuè philoſophicos.

Commentarii della coſe de Turchi. di Paulo Giovio & Andrea Gambini, con gli fatti & la vita de Scanderberg. In 8. anno 1541.

De itineribus ex Urbe Venetâ in Perſiam, Tanam & Conſtantinopolin, liber Italicus in 8.

Lexicon Italicum difficiliorum præſertim & rariorum dictionum, quibus Boccatius & alii utuntur. In fol.

M. Antonii Flaminii, ſi bene memini, explanatio in Pſalmos.

*Abſolutiſſimo typographo Venetiis, Vincentio Valgriſio, Conradus Geſnerus S. D. P.*

*INiquus omnino viderer mihi futurus in te, chariſſime Vincenti, niſi inter claros ætatis hujus typographos, quos quidem ego novi, te quoque commemorarem: Quod ut meritò facere debui, propter inſignem quâ præſtas in arte tuâ excellentiam; ita ut facerem promptiùs, admonuit me humanitas tua, quæ non parum illuſtris in me fuit, cùm Venetiis, (annus puto hic ſextus agitur) menſem unum apud vos traherem: Hujus me in tantâ occaſione immemorem eſſe nequaquam decuiſſet. Dono igitur famæ tuæ & amicitiæ noſtræ Librum hunc, aut potiùs Sylvam Oeconomicæ diſciplinæ: Qui tibi, ſi non librorum, quos in hunc usque diem excudiſti; liberorum tamen, quos tibi eſſe audio, uxoriſque & familiæ nomine, rectè conveniet. In hâc enim Philoſophiæ propagine, mariti & uxoris officia mutua, educatio & inſtitutio liberorum, familiæ gubernatio, denique rei familiaris augendæ præcepta traduntur. Hæc ſi in privatis familiis bene proceſſerint, gloria & utilitas indè toti reipub. accreſcit: ſin minus, contrarium. Quamobrem ut ethica doctrina & inſtitutio ſingulorum, ad familiam & œconomicam ſe habet; ſic familia ad rempub. integram. Etenim vir bonus ſit oportet, bonus pater-familiâs futurus: & bonum principem fore nemo crediderit illum, qui non optimum priùs œconomum & familiæ ſuæ rectorem ſe declaraverit. Proinde quæ ternarii ad unitatem ratio eſt, eadem politicæ Philoſophiæ fuerit ad ethicam, à quâ excludi non poteſt; hæc verò ab illâ poteſt. Sic & Oeconomicam non ſinè ethicâ, ſed ſinè politicâ conſtare poſſe aliquis dixerit. Sed quanquam hæc fieri poſſent, nunquam tamen aut rariſſimè fit, ut vel bonus vir ſolitarius extra omnem familiam, vel ulla bona familia extra rempub. ſit. Proinde maximè conjunctas & invicem cognatas, ita ut plurimum inter ſe dent, & accipiant, neceſſitudine quâdam opis mutuæ ethicam, œconomicam & politicam, judicare oportet. Et fortaſſe non abſona fuerit hæc collatio, ſi quis Ethicen matri comparet, quæ ſingularis eſt: Oeconomicam filiis & filiabus, quorum ſuam ſingulis curam mater impendit: Politicam denique*

*denique nepotibus, qui tertius gradus, & in maximo jam numero eſt. Verùm quid ego hæc tibi? Hoc potiùs hujus loci erat, Officinam tuam celebrari, & pulcherrimas ejus fœturas nominatim ſtudioſis propinari. Et quamquam ſcio te minimè deſyderare, ut à me lauderis, neque præcone opus habere libros apud te natos (qui omnes tum argumento ſtilíque ornatu, quæ commendatio authorum eſt; tum characterum elegantiâ, & contextu elegantiſſimo, quod veſtrûm eſt; abunde ſunt vendibiles) in ſtudioſorum tamen gratiam, qui diverſas orbis regiones habitant, ea, quæ vidi vel ex aliis audivi, officinæ tuæ volumina commemorabo. Publicati ſunt igitur, intra ſexennium, ni fallor, operâ tuâ codices, qui ſequuntur:*

*Michael Ritius.*

*Alciati liber de duello Latinè & vulgari Italico Sermone.*

*Item in re medicâ Latinè, Martin. Akakia in Microtechnen Galeni.*

*Anto. Muſa Braſavolus de ſimplicibus. Idem de pilulis. Michael de Villû novâ de ſyrupis.* (1545. S.) *Opera Hippocratis in* 4. *Aphoriſmi Hippocratis cum Commentariis Leonardi Fuchſii. Jo. Fernellus de naturali parte Medicinæ. Idem de evacuandi ratione. Jaco. Sylvius de Simplicibus. Ejusdem practica. Fr. Valleriola in* 6. *libros Galeni de morbis & Symptomatis. Leonelli practica in* 8.

*Ad hæc vulgari Italico Sermone: Apophthegmata. M. Aurelius: Thucydides* (interprete Franciſco di Soldo Strozzii 1545. 8. Sed ſinè nomine typographi: Fabric. Biblioth. Gr.) *Dictys Cretenſis de bello Troiano. Leonis Baptiſtæ Architectura. Orationes quædam. Nunc etiam audio Dioſcoridem in linguâ vulgari, à Petro Mattheolo Senenſi illuſtratum & acceſſione aliquâ auctum, propediem ex officinâ tuâ proditurum.* (1548. 1550. Fabric. Biblioth. Gr. & 1554. S.)

*Hi tui ſunt libri, ornatiſſime Vincenti, imò theſauri, quibus rempublicam literariam ditâſti & ornaſti: nec dubito, quin alios plures mihi incognitos & antehac excuderis, & excuſurus ſis brevì quod ut diu & feliciter facias, toto pectore tibi opto. Vale, & eo animo munuſculum hoc Oeconomicum ſuſcipe, quo ipſe mitto: Sic optimum te patrem-familiâs & opibus & liberis in multam usque ſenectam Deus benigniſſimus magìs magísque augeat. Tiguri anno Salutis* 1548. *Julii die* 10.

*Hieronymo Scoto, præclaro Venetiis typographo, Conradus Geſnerus S. D. P.*

*TAntus eſt optimorum in omni Philoſophiâ librorum numerus, Hieronyme vir clariſſime, quos officina tua & felicis memoriæ patris tui * Octaviani, magnâ cum gloria veſtrâ in lucem protulit, ut nomen tuum ubique gentium*

* De quo Annal. Typ. Vol. 1. p. 154.

*tium jam dudum celeberrimum, diſſimulare, & inter typographos de Sapientiæ ſtudiis optimè commeritos non prædicare, ingratitudinis potiùs quàm vel ignorantiæ vel oblivionis vitium dici poſſet. Quod ego ne ſubeam, conſarcinatum hunc de Civili Philoſophiâ Centonem ſub tui nominis honore (ſic enim ego illum, quantum in me eſt, quod exiguum eſſe fateor, & propemodum nihil, promoveri cupio) in publicum edo quàm libentiſſimè. Sic ſanè rei ipſius claritudo magìs propter fœcundiſſimam officinam, poſtulare, quàm tu deſiderare aut opus habere, videbatur. Plurimos equidem eruditione, magnitudine, & artis impreſſoriæ diligentiâ conſpicuos codices, à vobis ad communem uſum elaboratos & excuſos ſcio: quorum integrum me Catalogum lectoribus proponendum habere optârim. Eo cùm caream, non iccirco pauca etiam illa, magna verò & præclara, quæ ſola nunc memini, neſcientes celabo: Qualia ſunt, In plerosque Ariſtotelicæ Philoſophiæ libros Commentarii, partim ex Græcis (Philopono, inquam, Ammonio, Simplicio) per doctiſſimos viros Lubillum Philatheum, Guil. Dorotheum, & alios tranſlati: partim Latinè ab authoribus ſuis primùm conſcripti: vel olim, ut à Thomâ Aquinate & Alberto Magno; vel nuper, ut ab Auguſtino Nipho Sueſſano incomparabili Philoſopho, cujus & alia multa præſertim in Ariſtotelem volumina, non ſinè fructu aliquando inſpexi; & nuper egregiam in Ariſtotelis de animalium hiſtoriâ, partibus, & generatione libros, interpretationem, magnâ cum voluptate, ut occupationes me ſinebant, ſaltuatim legi (a).*

*Vidi & M. Antonii Zimaræ Tabulam dilucidationum ordine Alphabetico in Ariſtotelis & Averrois dicta,* ( 1537 S. ) *& ejusdem Theoremata, libros ad ſolidæ Philoſophiæ cognitionem utiliſſimos: Et alia permulta, quarum nunc memoria me deſtituit: pleraque autem in primo Bibliothecæ noſtræ Tomo, ſuo quæque ordine annotata puto. Et ſi quæ illìc omiſſa ſunt, ubi primùm cognovero, in Appendice primi Tomi, quam horis ſucciſivis paulatim conſcribo, brevì, ut ſpero, publicandâ, diligenter commemorabuntur. Vàle. Tiguri in Helvetiâ, anno Salutis Chriſtianæ* 1548. *Idibus Julii.*

*Præſtantiſſimo apud Venetos typographo Thomæ Juntæ, & cæteris clariſſimi felicis memoriæ viri Lucæ Antonii Juntæ hæredibus, Conradus Geſnerus S. D. P.*

*DUbitavi ego aliquandiu mecum, clariſſima Juntarum familia, an tibi quoque partem hujus Operis aliquam dedicarem, an præterirem ſilentio. Nam gloria Officinæ tuæ multis & magnis voluminibus ſplendidè magnificéque excuſis comparata, in omni, puto, diſciplinarum genere, ne te indictam & nullo meritæ laudis præconio affectam dimitterem, ſuadebat. Laudare verò, quos*

(a) Simplic. in Phyſic. Audit. interprete Philalth. 1543. Alex. Aphrodis. in Ariſtot. de Sens. interpr. Philalth. 1544. Simplic. in duos libros priorum, interpr. Doroth. 1541. Ariſtotel. de Animal. cum Schol. Auguſtin. Niph. 1546.

*quos publicâſſes libros, nec ullos interim, ubi Rhodus & ſaltus, quod aiunt, nominare ( cùm perpaucorum nomina tenerem ) ut ineptum quodammodo, ita inſtituto per alias in ſuperioribus libris dedicationes obſervato parum conveniens videbatur. His & aliis cogitationibus dum animus diſtrahitur mihi dubius & ἀλλοπρόσαλλος, vicit tandem hæc ſententia: Officinæ, veſtræ utcunque per totam Italiam imò Europam, & ultrà fortè, illuſtriori quàm ut laudibus ac teſtimoniis egeat alienis, quò clarior ipſa & magnificentior eſt, eò amplius ex gratitudinis quidem officio à ſtudioſis Philoſophiæ ( quæ omnia bona ſtudia complectitur ) omnino deberi. Quis enim non præferat ſimpliciter absque longo per ſingula beneficia Catalogo gratum eſſe, quàm prorſus ( quod ſilentium arguere videtur ) ingratum? Scio Philippum Juntam Florentiæ olim præclaros in utrâque linguâ non paucos libros prælis ſuis in exemplaria innumera transfudiſſe: deinde optimum patrem veſtrum Lucam Antonium Jurisprudentiæ reíque Medicæ probatiſſimos Authores Venetiis excudiſſe; & hôc etiam tempore Galeni medicorum facilè principis opera omnia Latinitate donata denuo ſub accuratiſſimis veſtris prælis elaborari, & fortè vel omnino jam dum hæc ſcribo, vel bonâ ex parte abſoluta eſſe: ut ego quoque vel profeſſionis meæ nomine privatim, in ejusmodi præſertim occaſione, non ingratus erga vos eſſe debuerim (a).*

*Benignè igitur accipite iſtos deſcriptos in utroque Jure indices, ab aliis quidem antehac jure-conſultis editos, nunc verò non contemnendâ acceſſione auctos, adjectâ etiam tabulâ alphabeticâ jam primùm concinnatâ: quæ ſi non ipſis Juris candidatis ( qui multa & copioſa, ut vocant, Repertoria habent ) aliis tamen nonnullis, ut ſpero, ſtudioſis non inutilis aliquando erit. Porrò quamvìs cæteros omnes hujus Voluminis libros meo Marte utcunque digeſſerim, in quibus etſi maximè libuiſſet, aliorum ſcripta ejusdem inſtituti quorum vel uſurpatio vel imitatio me juviſſet, non habebam: in ſolâ Juris ſcientiâ & reperi aptum propoſito meo librum, & doctorum in eâ profeſſione, mihi inuſitatâ & obſcurâ, hominum Diviſiones, libenter uſurpavi. Quæcunque autem illis de meo adjeci, ſeorſim eſſe volui Corollarii inſcriptione & aſteriſci notâ adjectis, ut ſi quos in alienâ fortaſſis arte, quod ſutoribus ultra crepidam contingere ſolet, errores admiſiſſem, mea in me unum culpa rejici poſſet. Valete. Tiguri, Tertio Calendas Auguſti. Anno Salutis* 1548.

Deſcriptis omnibus, quibus Geſnerus præcipuos ſuæ ætatis typographos compellavit, epiſtolis; rem meo neutiquam propoſito alienam fecero, ſi * ipſius Geſneri vitam libróſque, quorum nomenclaturam & editiones

(a) Juntæ decies Galenum Latinè ediderunt, A. 1541. 1550. 1556. 1563. 1570. 1576. 1586. 1600. 1609. 1625. Fabric. Biblioth. Gr. )

* Libri, unde Gesneri vitam Libróſque exerpſi, ſunt; Melch. Adami Vitæ Germanorum Medicorum, in 8. Haidelberg. 1620. Conr. Geſneri Bibliothec. Univerſal. in fol. Tiguri, 1545. Ejusd. Pandect. in fol. Tiguri, 1548. Hottinger. Schola Tigurinorum Carolina. in 4. Tiguri 1664.

editiones accuratiſſimè recenſuit, his Annalibus inſeruerim.

„ Natus eſt CONRADUS GESNERUS Tiguri, celebri & totius „ Helvetiæ primariâ urbe, anno ſupra milleſimum quingenteſimum „ decimo ſexto. Pater ei fuit *Urſus Geſnerus*, pellio, mater Barbara „ Friccia, parvis ambo opibus; ſed integræ & honeſtæ famæ; qui li- „ beros complures aſſiduo ſuo labore aluere & educavere. De ſe ſuiſ- „ que ſtudiis ipſum audire placet, ex priori Bibliothecæ Editione, ita „ loquentem Præceptores puero & adoleſcenti in patriâ mihi conti- „ gere Clariſſimi viri, *Oswaldus Myconius*, *Theodorus Bibliander*, *Petrus* „ *Daſypodius*; *Johannes Jacobus Ammianus* Gymnaſii noſtri Scholarcha, „ & *Rodolphus Collinus*. His Doctoribus à primis rudimentis ad medio- „ crem utriusque Linguæ cognitionem inſtitutus ſum, præcipuè ab „ Ammiano doctiſſimo viro, qui me triennium integrum eximiâ libera- „ litate domi ſuæ gratuitò fovit, & erudivit familiariter. Deinde, poſt „ obitum patris, qui labore aſſiduo in vitâ nos aluerat, anguſto multis „ liberis patrimonio relicto, ego aliquandiu aquâ inter cutem afflictus, „ mox in priſtinam, ope divinâ, reſtitutus valetudinem, cùm in pa- „ triâ Mæcenates ſtudiorum mihi deeſſent, Argentoratum deſcendi, „ ubi aliquot menſes optimo felicis memoriæ Viro, *Wolfgango Capitoni* „ non ſinè fructu in bonis literis inſervii. Indè reverſus in patriam „ & publico ſtipendio auctus, cum *Johanne Friſio* meo tanquam Fratre, „ Galliam ingreſſus per anni ſpatium Biturigibus pædagogum egi (ſti- „ pendium enim ſumptibus in liberalia ſtudia faciendis non reſponde- „ bat) ibi docendo alios, ipſe plurimùm profeciſſe mihi videor; quip- „ pe nullum ferè tempus vacabat, quo non Latinis aut Græcis au- „ thoribus legendis aſtrictus eſſem. Inſequente anno Lutetiam Pari- „ ſiorum acceſſi, ut liberiùs operam literis navarem, urbis illius & A- „ cademiæ celebritate impulſus: ſed neſcio, quomodo partim inopiæ „ neceſſariæ, partim negligentiæ voluntariæ culpâ (vix dum enim de- „ cimum octavum annum attigeram; quæ ætas maximè ſui negligens „ eſt, ſi deſit conſiliarius aut hortator) amœnitates ſtudiorum ſecu- „ tus, ut à puero conſueveram, Philoſophiam, Artésque ſeveriores „ minimè colens varios authores ſinè certo fine pervolitabam, Græcos „ & Latinos, Hiſtoricos, Poëtas, Medicos, Philologos, quandóque „ etiam Dialecticos & Rhetores; multa interim tranſiliens, paucos li- „ bros integre perlegebam, ut ſolâ viciſſitudine, varietatéque lectionis „ ingenium demulcerem, quod plurimis hodie impedimentum accidit, „ quò minùs proficiant. Ex Galliâ reverſus Argentoratum evocabar „ in patriam; parui, & paulò pòſt intempeſtiviùs uxore ductâ in pu- „ blicæ Scholæ angulum detruſus, aliquandiu bonâ diei parte pueros „ Grammaticæ Rudimenta docebam: minimo interim ſtipendio, un-

de,

„ de, niſi me eſuriturum ſatis, ſpes nulla affulgeret. Itaque ſucciſivis horis libros Medicorum inſpexi; deinde quo potui modo, moleſtâ conditione extricatus, Baſileam me contuli, ut ampliùs proficerem, idem ſtipendium, quo priùs fruebar, concedentibus Eccleſiæ noſtræ præfectis; quod tamen illic etiam in rei medicæ ſtudiis liberum me ſuſtinere non potuit; quare coactus Dictionarium Græco-Latinum ex Pavorini Camertis Lexico apud Græcos omnium locupletiſſimo ita auxi, ut nihil in eo extaret, quod non ſingulari fide ac diligentiâ adjicerem, quanquam Typographus exiguam duntaxat acceſſionis noſtræ partem adjecit, quod me inſcio factum eſt, donec totum ferè opus exiviſſet, an. D. 1537. An autem typographus vel judicii tantum ac eruditionis ſibi uſurpaverit, ut quædam de induſtriâ ſeligeret, vel in aliud tempus reſervare voluerit, ne voluminis prætextu aliàs locupletati careret, haud facilè dixerim: & ipſe haud multò poſt impreſſum librum fato conceſſit. Næ iſtud mihi plurimum dolet, tantum laborem noſtrum tam negligenter tractatum eſſe. Fuerunt etiam, qui poſtea, viri, ut ſibi videbantur, eruditi, multa, tanquam ſuperflua, Græcas præſertim interpretationes, deleverant: fortè, quia ſuſpicabantur aliquid meum eſſe, & ideòque non probabant, cùm omnia prorſus ex Phavorino Camerte, vel, quod idem eſt, Suidâ, & variis Græcorum Commentariis adjuncta eſſent; quod tamen Typographus in Præfatione Lectorem non admonuit, ne quid illis incommodaturus videretur, qui Phavorini magnum Lexicon eodem tempore Baſileæ excudebant. Jam annus Baſileæ mihi abiverat, & ſtatim obtulit ſe mihi conditio Græcas literas profitendi Lauſannæ ad lacum Lemanum, liberale ſtipendium largiente Magnifico Senatu Bernenſi. Triennium igitur illic docui, & in familiaribus doctorum, piorúmque hominum, *Petri Vireti*, *Beati Comitis Himberti* Profeſſoris Hebraici, *Johannis Ribitti*, qui mihi ſucceſſit, & aliorum amicitiis jucundiſſimè vixi. Sed cùm à puero ingenium meum in Medicinæ ſtudium proclive ferretur (ab infantiâ enim educavit me avunculus meus magnus, ſacerdos etiam Tiguri, ac in re Medicâ, præſertim herbariâ, non imperitus) & ſemper ſucciſivis horis libenter in Medicorum libris divertiſſem, & Patroni ſtudiorum, qui ſtipendiis Tiguri præſunt, me ultro currentem inſtigâſſent viſum eſt Montempeſſulanum Medicinæ nomine celeberrimum adire. Eò cùm veniſſem, relictâ Lauſannâ, nec ullum ex doctioribus Medicis reperirem, qui me domo hoſpitem ſuſciperet, non diu moratus, nonnihil in anatomicis & ſtirpium hiſtoria peritior factus, Germaniam repetii, & Baſileæ inſignibus Medici donatus in patriam redii, ubi * nunc philoſophiam adoleſcentes doceo.

„ Pro-

* Ann. 1544. ætatis ſuæ viceſimo octavo.

Properandum eſt jam ad lucubrationum ejus catalogum, prout ipſe nobis eum reliquit.

„ Primum fuit circa annum 1537. Lexicon Græco-Latinum ( de
„ quo paulò priùs ) ex Phavorini Camertis Lexico Græco auctum.
„ Typographo defuncto, meum exemplar recuperare non potui. A
„ eo etiam tempore in gratiam Henrici Petri Baſilienſis typographi ter
„ aut quater ex diverſis lectionibus meis idem auxi, ita ut ſemper no-
„ minarem authores, à quibus ſingula excepiſſem, ut & authoritas major
„ eſſet, & orthographia minùs corrumperetur: quod ſi alii etiam multi
„ lexicorum corruptores potiùs quàm authores obſervâſſent, non uſque
„ adeò aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hactenus in
„ publicum prodiiſſent, non ſolùm typographicis erratis paſſim innu-
„ meris abſurdiſſimè referta, propter imperitiam illorum, qui ad præ-
„ la corrigunt, ſed ipſorum etiam authorum, quorum plurimos idcir-
„ co nomina ſua profiteri puduit. Ultima quidem editio à me locu-
„ pletata Baſileæ nuper prodiit, ex officinâ Hieronymi Curionis anno
„ 1560 Septembri, in folio, (*a*) chartis trecentis octoginta quatuor.
„ Cæterùm hôc anno, quo hæc ſcribo 1562. Genevæ prodiiſſe audio
„ longè copioſiſſimum emendatiſſimúmque Græcæ linguæ (*b*) The-
„ ſaurum à *Roberto Conſtantino* incomparabilis doctrinæ viro ex *Joan.*
„ *Criſpini* Officinâ.

„ Me-

(*a*) Animadvertenda eſt Geſneri cura, qui editionem haud ſatìs deſcriptam putavit, niſi & chartarum numerus adderetur. Per chartam intelligit, quæ vulgò dicitur Scheda, aut folium integrum in duerniones, quaterniones, aut octerniones &c. complicatum & ſignaturâ ſive litterâ quâdam ſubnotatum.

(*b*) Eidem Conſtantinus Græcam ( Ιακώβῳ τῷ τῶν Λουξεμβουργίων, κωμάρχῃ τοῦ λαννίου, καὶ Σαμμερστέτου λιγερισκοῦ κυρίῳ ) Epiſtolam præmiſit; in quâ ſuorum laborum judices appellat laudatque Adr. Turnebum ( Ἀ. Τούρνεβος ὁ ἐμὸς καθηγητὴς καὶ τῆς ἐμοῦ πατρίδος λαμπρὸν φωστήριον καὶ κόσμημα, ἀνὴρ μὲν, ὅστις μηδεμίαν τοῖς ἄλλοις τῆς παιδείας ὑπερλέλοιπε ), Franc. Portum ( Φ. Πόρτος Ἕλλην καὶ αὐτὸς, καὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν πάλαι ἐν τοῖς λόγοις εὐδοκιμωτάτων οὐκ ἔστιν ὅπως ὕστερος γενόμενος, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς πρώτοις ) Conr. Geſnerum & Jac. Dalechampium. Κ. Γεσνῆριος ὁ συντακτήριος ἐλλόγιμος, καὶ Ι. Δαλεχάμπιος ἑκάτεροι μὲν ἰατροὶ ἐξαίρετοι, καὶ φιλόσοφοι ἐν τοῖς μάλιστα ), Franc. Beraldum ( Φ. Βέραλδος ὁμολογουμένως τεχνωθεὶς ἐν πᾶσι τῶν Ἑλλήνων μαθήμασιν ), & Henr. Stephanum ( Ε. Στέφανος νῦν μὲν χαλκογράφος τὸ ἐπιτήδευμα, οὐ μήν γε ἀλλὰ καὶ πρότερον ἀεὶ, καὶ νῦν ἔτι τῶν μουσῶν τὰ παιδικὰ ): & ſuos adjutores, Budæum inprimis ( Ι. Βουδαῖον τὸν συγγραφέων δαιμονιώτατον, καὶ ἀνυπέρβλητον τῇ παιδείᾳ ), deinde Tuſanum ( νεμητέον καὶ τὰ δεύτερα Ι. Τουσάνῳ τῷ διδασκάλῳ ὑπερευδοκοῦντι ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ὑπερβλήτῳ τὴν ἀρετὴν ); poſt hos, Joach. Camerarium, Conr. Geſnerum & Adr. Junium ( ἄνδρες γνωριμώτατοι διὰ τὴν ἐπιστήμην, σύνεργοι μὲν, καίτοι οὐκ ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τῆς τιμῆς σύγκληροι, ἀλλ' ἕκαστος πρὸς μέρος τὸ ἐκ' αὐρεὶν ἧκον, λαχεῖν δὲ δίκαιοι καὶ ἀξιωθῆναι ). Hoc Conſtantini Lexicon ( utì ex Typographi præfatione additâ ſecundæ & optimæ editioni Genevæ. excudentibus hæredibus Euſtathii Vignon & Iacobo Stoer. 1592. comperio ) *Euſtathius Vignon, qui ſocero ſuo Joanni Criſpino ( à quo primùm Conſtantini Lexicon editum fuit ) in offici-*

*næ*

„ Medicaminum ſucciduorum (quæ ἀντιβαλλόμενα Græci vocant) Ga„leno adſcriptorum tabula Latinitate donata, adjectis etiam Græcis „multo caſtigatioribus, & annotationibus in quoſdam locos. Eidem „ex libris Dioſcoridis, Ætii, & Pauli Æginetæ paſſim excerpta, & „in unum diligenter conſcripta ſubjecimus. Chartæ ſunt quinque cum „dimidiâ, excuſæ Baſileæ in octavo cum Actuarii opere de compoſi„tione medicamentorum, apud Robertum Winter, anno D. 1540.

„ Enchiridion hiſtoriæ plantarum, ordine Alphabetico, ex Diosco„ride ſumptis deſcriptionibus, & multis ex Theophraſto, Plinio, ac „recentioribus Græcis additis: facultatibus autem ex Paulo Æginetâ „plerunque quàm breviſſimè adſcriptis, &c. in gratiam Medicinæ can„didatorum, qui cognitionis ſtirpium cauſâ ruſticari interdum ſolent, „*Robertus Winter* imprimebat in 8. Baſileæ anno 1541. Chartis no„vendecim; & eodem anno Melchior Seſſa, Venetiis in 16. Huic „ſimilem alium de cæteris ſimplicibus medicamentis libellum nondum „edidi.

„ Compendium ex Actuarii Zachariæ libris, de differentiis urina„rum, judiciis, cauſis & prævidentiis. Univerſalis doctrina Ga„leni Pergameni de compoſitione pharmacorum, ſecundùm locos af„fectos à capite ad calcem, particularibus medicamentis omiſſis. Sym„bola Galeni experimentorum ex lib. ejus collecta & aliorum quo„rumdam. Hoſce tres libros *Chriſtophorus Froſchowerus* Tigurinus „Typographus uno volumine conjunxit. Tiguri 1541. in 8. Char„tis 24.

„ Apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum, ex Dioscori„de & Meſvæo præcipuè, Alphabeti ordine, pharmacopolis maximè „utilis liber. Continentur autem eodem volumine univerſalia *Pauli* „*Æginetæ* præcepta, de medicamentorum, ſecundùm genera, compo„ſitione: & ejuſdem argumenti, omnia quæ in libris Galeni de com„poſitione med: κατὰ γένη præcepta extant: multis ſuperfluè dictis, „& articularibus plerisque compoſitionibus, remotis &c. *Frellonii* fra„tres excudebant Lugduni 1542. in 8. Chartis 18. & dimid. & Ve„netiis fratres de Nicolinis in 16.

„ (*a*) Catalogus plantarum nomina Latinè, Græcè, Germanicè & Galli-

*nâ typographicâ ſucceſſit*, recudere cogitans, *curaverat ad ſe transmitti ipſum Conſtantini codicem, in quo multa ad marginem erant adnotata; Franciſci item Porti mortui codicem, in quo multa ad uſum quotidianum erant relata; Bercheti etiam cujusdam, viri linguæ Græcæ in primis periti, codicem minoris formæ, in quo aliqua vocabula omiſſa, & vocabulorum non antea obſervatæ ſignificationes ex Eccleſiaſticis præſertim ſcriptoribus collecta erant. Verùm quod Vignon morte interceptus præſtare non potuit, id à nobis cùm noſtro tum hæredum nomine præſtitum eſt.*

(*a*) In quo earum nomina ſecundùm ordinem Alphabeti propoſuit, Latinè primùm, additis è regione Græcis, Germanicis & Gallicis atque etiam vulgaribus phar-

„ Gallicè è regione proponens, ſecundùm ordinem Alphabeti, Latinis præeuntibus unà cum vulgaribus pharmacopolarum nomenclaturis &c. His accedunt in calce operis Nomenclaturæ ſtirpium ſecundùm varias gentes, Dioſcoridi adſcriptæ, in ordinem literarum digeſtæ. Liber impreſſus eſt Tiguri apud Froſchou. 1542. in 4. chartis 4. & dimidio.

„ De ſyllogiſmis compendium, authoris incerti è Græco tranſlatum, excuſum Baſileæ in 8. Chartis duabus & dimid. apud Oporin. cum Joachim. Perionii lucubrationibus quibuſdam in Organum Ariſt. 1542.

„ Moralis interpretatio errorum Ulyſſis Homerici, authoris incerti. Commentatio Porphyrii Philoſophi de Numpharum antro in 13. libro Odyſſeæ. Apologiæ quædam pro Homero & arte poëticâ, fabularúmque aliquot enarrationes, ex commentariis Procli Lycii Diadochi Philoſophi Platonici in lib. Platonis de Republicâ: in quibus plurimæ de Diis fabulæ, non juxta Grammaticorum vulgus, hiſtoricè, phyſicè aut ethicè tractantur; ſed Theologia (ut Gentiles loquuntur) ex primâ Philoſophiâ rationibus explanatur; omnia per nos è Græco ſermone converſa, & evulgata Tiguri 1542. in 8. chartis 12. ex officinâ Froſchoverianâ.

„ Porphyrii Philoſophi quæſtiones Homericæ, Pauli Silentiarii hemiambia, de thermis; & alia quædam, ex Græcis eodem tempore, aut etiam poſtea à me converſa, nondum in lucem exiverunt.

„ De lacte & operibus lactariis libellus, philologus pariter ac medicus, cum Epiſtolâ ad Jacobum Avienum Glaronenſem, de montium admiratione, excuſus Tiguri 1543. in 8. chartis 6. & dimid.

„ *Joan. Stobæi* collectanea ſive loci communes CXXIII ex genere authorum vetuſtiſſimorum Graecorum, CL. ferè congeſti, ex noſtra interpretatione Latinâ &c. His acceſſerunt opuſcula tria, à nobis etiam primùm Latinè edita: nempe Cyri Theodori Dialogus de amicitiæ exilio, Senariis Jambicis. Opuſcula duo Platoni adſcripta, unum de juſto; alterum an virtus doceri poſſit. Omnia Græcè & Latinè, è regione; Tiguri apud Froſchoverum cum duplici indice, uno rerum, altero authorum, anno 1543. in folio, chartis 210. & iterum Stobæi locis, cùm ex manuſcriptis exemplaribus, tum aliunde, auctis atque recognitis anno 1550. & tertiò 1559. Eosdem lo-

„ cos

pharmacopolarum nominibus. In hôc catalogo ſecutus eſt doctiſſimos homines, Joannem Ruellium, Leonhardum Fuchſium; Hieronymum Tragum, quorum libri de plantis publicè exſtant: ita tamen, ut ubi illi viſum eſt, ingenuè ſententiam ſuam protulerit, quamvis vel ab aliquo horum, vel ab omnibus ſibi diſſentiendum eſſet; quin etiam ipſe multa ab ipſis antè non obſervata animadvertit, & literis mandavit.

„ cos Oporinus Baſileæ edidit Germanicè, Ge. Læto interprete. Audio & Antverpiæ Latina noſtra ſeorſim excuſa eſſe, absque Græcis. Nova editio valde aucta parata prælo apud me eſt.

„ Heraclidis Pontici allegoriæ in Homeri fabulas de diis, & Sermo Dionis de Homero Latinè facti, excuſi Baſileæ apud Joan. Oporinum, adjectis etiam eisdem Græcis, ex aliis quibusdam raris ac elegantibus opuſculis, anno 1544. in 8. chartis 14. & ſemis.

„ Michaelis Epheſii Scholia in Ariſtotelis libellos, nempe, De juventute & ſenectute, vitâ & morte. De longitudine & brevitate vitæ. De divinatione per ſomnum. Omnia è Græco tranſlata, & impreſſa Baſileæ in 8. anno 1541. Chartis 6. & dimid. cum Nicolai Leonici explanatione in primum librum Ariſtotelis, de partibus animalium; apud Weſthemerum; & Venetiis anno 1543. in folio, cum Alexandri Aphrodis. Commentariis in librum Ariſtotelis de ſenſibus, Lucilio Philaltheo interprete.

„ M. V. Martialis Poëtæ Epigrammata (ad Linguæ Latinæ copiam & varias rerum nomenclaturas utiliſſima) ab omni verborum obſcœnitate, in adoleſcentium præcipuè Scholarúmque uſum, expurgati, & in locos circiter 86. digeſſi. His adjeci Dialogos tres, quibus ratio hujus inſtituti redditur, & multa de puerilibus ſtudiis commemorantur. Et in fine annotationes Jac. Licylli, Froſchoverus cudebat Tiguri 1544. in 8. chartis 28.

„ Ambroſii Calepini Dictionarium Linguæ Latinæ, quod anno 1544. menſe Septembri impreſſum eſt Baſileæ apud Leonhardum Hoſpinianum, innumeris locis caſtigavimus: & ex poſtremâ editione Venetiis publicatâ, ad inſigne Sirenis, quæ ſupra quatuor millia vocabulorum acceſſiſſe gloriatur; ex probatiſſimis authoribus omnia in noſtrum exemplar tranſtulimus: & Proſodiæ, id eſt, quantitatis ſyllabarum notas (plerumque etiam verſus Poëtarum, quibus ea confirmetur) novo labore ſingulis dictionibus, quæ ordine Alphabeti explicantur, inſcripſimus. Cæterùm nomina propria, ex quibus maxima pars Venetæ acceſſionis conſtabat, ſeorſim à Latinis vocabulis in peculiare Alphabetum, partim proprio labore, partim juvantibus amicis, digeſta ſunt, additis omnibus illis, quæ in poſtremis Dictionariis Poëticis continebantur. Huic volumini titulum fecimus, Onomaſticon nominum propriorum; quod tertiò jam auctum &c. emendatum à nobis prodiit, Baſileæ, ex Hieronymi Curionis officinâ. In ſecundâ quidem editione, quæcunque Stephanus Regius Grammaticus Græcus propria locorum nomina habebat, Latinè interpretatus adjeci; & loca caſtigavi innumera. Græca etiam nomina paſſim addita ſunt. Ultima editio publicata eſt Baſileæ, anno 1560. in folio; ſunt autem Latinarum dictionum chartæ 312.

„ cùm aliàs, tum ex Pauli Manutii obſervationibus plurimùm auctæ.
„ Onomaſtici verò noſtri privatim chartæ 61. in Lexicon Græco-Lati-
„ num anno 1544. Baſileæ excuſum in 4. De utilitate ac dignitate
„ Linguæ Græcæ præfati ſumus.

„ Antonii Tileſii Itali Conſentini opuſcula aliquot, partim jàm priùs
„ diverſis in locis, partim nunquam priùs edita, tum ſtyli Romanâ
„ puritate, tum editione, varietate & lepore argumentorum, magno
„ ſtudioſorum applauſu, excipienda, Joan. Oporino Baſilienſi Typo-
„ grapho dedi: qui ea publicavit anno 1545. in 8. chartis 11. Ex his
„ ligato ſermone conditus eſt Imber aureus Tragœdia, & poëmatia
„ 7. ſoluto autem, Commentarii duo, unus de coloribus, alter de co-
„ ronarum generibus. Ab eo quidem tempore etiam alia quædam hu-
„ jus authoris poëmatia in Italiâ typis impreſſa nactus ſum: quæ cum
„ præcedentibus conjuncta denuo excudi optârim, ut tam elegantis
„ ſcriptoris, quæ extant omnia, uno volumine haberentur.

„ Bibliotheca univerſalis, ſive Catalogus omnium ſcriptorum locu-
„ pletiſſimus, in tribus linguis, Latinâ Græcâ & Hebraicâ, extan-
„ tium, & non exſtantium; veterum & recentiorum, usque ad an-
„ num Domini 1545. Doctorum & indoctorum, excuſorum & in
„ Bibliothecis latentium; Opus novum, & non Bibliothecis tantùm
„ publicis, privatíſque inſtituendis neceſſarium, ſed ſtudioſis omnibus
„ cujuſcunque artis aut ſcientiæ, ad ſtudia meliùs formanda utiliſſi-
„ mum. Tig. apud Froſchoverum 1545. in fol. chartis 325. ad-
„ jecto ad finem indice nominum univerſorum, ut ea, quorum præ-
„ nomina fortè Lector ignorat, invenire poſſet. Non ſolùm autem
„ ſingula authorum ſcripta hôc volumine enumerantur: ſed ſingulo-
„ rum etiam librorum argumenta ſæpius adſcribuntur, ſive ex ipſo-
„ rum authorum præfationibus, ut ſimul etiam ſtyli aliquod ſpecimen
„ præbeatur Lectori, ſive aliter; & ſuper multis Cenſuræ doctorum
„ hominum, & alia quædam, quæ in compendiis poſtea excuſis, non
„ meo quidem conſilio, omiſſa ſunt: poterant enim breviùs quidem
„ exponi, non tamen prorſus omitti. Sed ſuum plerunque lucrum
„ ſpectant Typographi, potiùs quàm vel authorum voluntatem, vel
„ utilitatem Lectorum ſolidam. In compendium quidem illis poſtea
„ impreſſis, permulta authorum nomina nova, recentiora præſertim,
„ acceſſerunt: ſed omnis illa acceſſio etiam ſeorſim à Froſchovero no-
„ ſtro excuſa eſt, ut qui primam editionem emerunt, aut deinceps
„ etiam emturi ſunt, fructu illo non fruſtrentur,

„ Sententiarum ſive capitum Theologicorum præcipuè ex ſacris &
„ prophanis libris Græcis collectorùm digeſtorúmque in locos com-
„ munes, per Antonium & Maximum Monachos, Tomi tres. An-
„ tonii loci Meliſſa inſcripti, inque duos Tomos diviſi, numero ſunt

„ 175.

„ 175. Maximi verò 71. uno Tomo comprehenſi. Abbæ Maximi,
„ Philoſophi Confeſſoris & Martyris aphoriſmorum ſeu capitum de
„ perfectâ charitate & aliis virtutibus Chriſtianis, centuriæ quatuor;
„ Theophili Sexti Antiochenſis Epiſcopi, de Deo & fide Chriſtia-
„ norum, contra gentes inſtitutionum libri tres ad Autolycum; Ta-
„ tiani Aſſyrii, Juſtini Martyris Diſcipuli, Oratio contra Græcos
„ Hæc omnia quinque diverſorum authorum volumina meâ curâ ex
„ codicibus manuſcriptis tranſcripta & meo labore emendata ad præ-
„ lum (præter Maximi centurias priùs excuſas, nunc quidem caſti-
„ gatiores) Froſchoverus Græcè excudit Tiguri 1546. in fol. chartis
„ 73. Et rurſus eadem omnia in Latinum Sermonem converſa, eodem
„ anno in fol. chartis 99. Ex his primam partem Meliſſæ Antonii ego
„ interpretatus ſum, & Tatiani orationem, cui & annotationes adjeci.
„ Secundam verò Meliſſæ partem, & Maximi locos Johannes Ribit-
„ tus Sabaudus Latina fecit; Maximi Centurias, Vincentius Obſo-
„ pœus; Theophili inſtitutiones, Conradus Clauſerus.

„ Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorùm, & al-
„ vum bonam facientium, ordine alphabeti, excuſa in 4. Baſileæ in
„ officinâ Frobenianâ, anno Domini 1546. cum Antonii Muſæ libel-
„ lo de catapotiis.

„ Naturalis ſcientiæ totius compendium, ex Ariſtotelis aliíſque li-
„ bris ab Hermolao Barbaro, Patricio Veneto, confectum, & in Ita-
„ liâ impreſſum mendoſiſſimè, quoad ejus potui, repurgatum Oporino
„ tradidi, è cujus officinâ prodiit, chartis octo in 8. anno 1548. qui-
„ bus ille adjecit Hieronymi Wildenbergii Aurimontani in pleroſque
„ Ariſtotelis Phyſicorum libros epitomen, chartis 11.

„ * Pandectarum ſive partitionum univerſalium, qui ſecundus To-
„ mus

* *His Pandectarum libris ſic præfatus eſt.* (1) *Quando quidem ſingulæ Pandectarum partes* (2) *in ſuos quaſi patronos, quibus inſcribuntur, diſtributæ ſunt, integrum ipſum & univerſum rurſus alicui nuncupare, cui pars nulla ſuperſit peculiaris futura, abſurdum & hominis nimiùm, ut ita loquar, dedicaturienſis forſan videretur. Ego contrà tueri me poſſem ——— & illuſtri viro Cæſareæ majeſtatis à conſiliis D. Leonardo Beckh à Beckenſtain. Mecænati meo & patrono optimè merito, qui omnes bonas literas & ipſe diligenter colit, & in aliis quamplurimis liberaliter promovet, ut primùm Bibliothecæ Tomum, ita hunc etiam jure conſecrare: quoniam is ad utrumque* „ *mihi abſolvendum author & hortator fuit primarius. Veruntamen ut aliorum criminationes effugiam, & minùs hìc ſim verboſus, relictâ prolixiori nuncupatione, quam variæ clariſſimi viri virtutes poſcerent, mox ad Operis hujus rationem ſtudioſis lectoribus, quos æquos & begnignos mihi opto, breviter explicandam aggrediar.*

*Cùm primus Bibliothecæ noſtræ Tomus ederetur, qui uno perpetuo literarum ordine omne genus ſcriptorum lucubrationes percenſet, in præfatione promiſi ſecundum etiam ac tertium Tomum, longè diverſo inſtituto, brevì addendos. Hujus me reum promiſſionis mox non typographus ſolùm, ceu jure quodam ſuo, urget (quod ipſius intereſſet,*

(1) Lege Pandect. Præfat.
(2) De ſingulis illis dedicationibus priùs dictum eſt.

„ mus Bibliothecæ noſtræ eſt, libri 19. In his libris omnium „ qui „ in

*reſſet, & primus Tomus, hôc edito, vendibilior foret) ſed amici quoque plurimi domi foriſque è longinquis regionibus rogant, inſtant, exigunt promiſſa, & efflagitant. —— Invitus accedo —— cùm vixdum à primi Tomi laboribus immenſis reſpirâſſem, necdum exonerâſſem me tædio, quo ubi unum opus prolixè durat, nec ulla viciſſitudinis gratia intervenit, oboriri ſolet. —— Occupant me multis jam annis publica Philoſophiæ naturalis intetpretatio, rei medicæ profeſſio, curæ domeſticæ, & alia quædam: ſubivi tamen hoc onus, utcunque faſtidio & tergiverſatione plenus; quæ mihi pariebat non quidem Operis aſpernatio quod maximè fructuoſum videbam futurum, ſed tenuitatis & doctrinæ meæ tanto conatu longè inferioris conſcientia. Amicis non indoctis materiam omnem futuri Operis obtuli ſæpiſſime; ipſi ut diſponerent ac pro viribus perficerent, rogavi; nihil egi. Multis in deſcribendis operas quorundam adhibui, unde mihi non tam levatus quàm auctus labor, cùm illi non ſatis pro meo inſtituto pleraque deſcripſiſſent, & brevius plurima quàm ut indè argumenta, ſenſus & ſignificationes perciperem, quantum rectè digeſturo neceſſarium erat. Pigebat autem me, neque vacabat, de integro omnia reſcribere. Uſus ſum igitur ſcriptis illorum, & quoad potui, ad meum revocavi ſcopum, pleraque difficiliora apud ipſos authores inquiſivi, & primum ſubinde Tomum conſului. —— Interim ampliorem ſimul ex Græcis Latiniſque libris materiam conſcribere nunquam deſtiti, donec tandem in eum cumulum, qui juſto volumini par foret, accreviſſe judicarem. Deſcripta mox ſingula ſuos in locos & ordines (hoc opus, hic labor) ut apparet, diſtribuo. Poſtremò dum ſingula quæque rurſus deſcribo atque interpolo, prælum adhibetur. —— Sciendum eſt eadem omnia authorum ſcripta, quæ primo Tomo recenſentur, ſecundùm authorum nomina Alphabeti ordine, repetita hic eſſe, & pro argumenti ratione per locos communes diſpoſita. —— Addidi etiam argumenta ſeu titulos capitum ex plurimis Græcis Latiniſque authoribus, illis præſertim qui locos communes ſcripſerunt, vel ſuo ſtylo, vel Collectanea tantùm, & illis qui varia tractaverunt. —— Multos etiam libros, quorum in primo Tomo nulla fit mentio, hic paſſim nominamus, partim quòd authores eorum ignoti ſint, partim quòd eo tempore, quo primus Tomus excudebatur, nondum mihi cogniti eſſent. Quorum tamen authores cognoſcuntur, illi, in Appendice etiam primi Tomi, ſuo ordine commemoraatur. —— Hoc Opus Pandectas vocavi quia ex omne genus authoribus confectæ ſunt, & quod ſtudiorum omnium claſſes complectantur. —— Quod ad tertium Tomum (quem itidem in Præfatione ſuper primo pollicitus ſum, tanquam eadem omnia in eo alphabeti ordine propoſiturus, quæ in ſecundo per ſcientiarum locos continentur) ſententiam, mutavi, Quare nemo illum expectabit à nobis, quod non admodum eo opus ſit. Non enim rudibus omnino ſcribimus. —— Poterit autem aliquâ ex parte tertii Tomi uſum penſare alphabeticus index, in ea quæ ſecundo continentur, non ſingula quidem (ut qui à tertio Tomo promiſſo nihil differet) ſed univerſalia præcipuè, vel paulo copioſior. Eum nunc non adjecimus, anguſtiâ temporis excluſi: accedet autem, ut ſpero, cum duobus poſtremis libris de re Medicâ & Theologiâ, brevi ſeorſim, ſi nihil inter eos & offam, exituris. Satisfacient igitur ſtudioſis duo Bibliothecæ Tomi, Deo Opt. Max. favente jam editi, quibus exornandis & abſolvendis utinam mihi tam otium & eruditio non defuiſſent, quàm video atque intelligo optimam & mirificam eorum in omnibus ſtudiis, præſertim ſi melior manus acceſſerit, utilitatem proventuram.*

Ad calcem Pandectarum hæc bina Henrici Stephani ſubjiciuntur Epigrammata.

ΈΡΡΊΚΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΦΆΝΟΥ ΈΙΣ τὴν καλȣμένην Κοῤῥάδȣ τȣ̃ Γεσνήρȣ Βίβλιοθήκην.

Νῦν μὲν ἐγὼ προγίνοις νεμεσσίζομαι, οἵγε καμόντες

Πολ-

(1) In hoc opus Henricus ſequentia Epigrammata (quæ in Pandectarum calce reperiuntur) compoſuit.

„ in primo Bibliothecæ Tomo nominantur, authorum & plurimorum „ inſuper aliorum ſcripta, non Alphabetico ordine, ut in primo To- „ mo, ſed ſecundùm artium & ſcientiarum genera per certas claſſes & „ locos communes annumerantur, non titulis modò librorum comme- „ moratis, ſed capitum etiam inſcriptionibus, & particularibus, plu- „ rimorum librorum argumentis. Librorum inſcriptiones hæ ſunt. „ 1. De Grammaticâ & Philologiâ. 2. De Dialecticâ. 3. De Rhe- „ toricâ. 4. De Poëticâ. 5. De Arithmeticâ. 6. De Geometriâ, „ Opticis & Catoptricis. 7. De Muſicâ. 8. De Aſtronomiâ. 9. „ De Aſtrologiâ. 10. De Divinatione cùm licitâ, tum illicitâ & ma- „ giâ. 11. De Geographiâ. 12. De Hiſtoriis. 13. De diverſis ar- „ tibus illiteratis. 14. De naturali Philoſophiâ & Theologiâ Gentium. „ 15. De primâ Philoſophiâ ſeu Metaphyſicis. 16. De Morali Phi- „ loſophiâ. 17. De Oeconomicâ Philoſophiâ. De re politicâ, id eſt „ civili & militari. 19. De jurisprudentiâ. His liber viceſimus ſub- „ jungendus erat, de re Medicâ, quem certas ob cauſas reliqui, & ne „ hactenus quidem abſolvi, quamvìs materia ſatìs copioſa mihi ſit con- „ geſta.

„ Pandectarum, hoc eſt, Secundi Tomi Bibliothecæ liber 21. ſive „ ultimus, De Theologiâ Chriſtianâ, ſeorſim cuſus ibidem in fol. 1549. „ chartis 90. Eſt autem liber veluti index per locos digeſtus, in ple- „ roſque veterum & recentiorum Theologorum libros, hoc eſt, li- „ brorum titulos & capita ferè, &c. Ex chartis 90. quibus conſtat, „ poſtremæ ſeptem continent indicem Alphabeticum, huic de Theo- „ logia libro & ſuperioribus 19. communem Cl. Galeni librorum „ editioni Latinæ, quæ eſt publicata Baſileæ in Officina Frobeniana „ ex

*Πολλὰ, μόνοις αὐτοῖς τεῦξαν ἐπωφέλιμα.*
*Ὧν μόρος ἀπροϊδὴς συναπέσβεσε σώμασιν ἔργα,*
*Οὐδέ τι μνημεῖον τοῖς μετόπισθε λίπον.*
*Ἀλλὰ τί τοιαύτης ἐπιμέμφομαι ἀνδράσι λώβης;*
*Καὶ γὰρ ὁ ῥυσόμενος Γέσνερος οὐ γεγόνει.*

## EIVSDEM IN EANDEM

### Bibliothecam.

*O nos felices, tibi ſi, Geſnere, tuliſſent*
*Muſarum ſtudio ſecla priora parem.*
*Sat ſcio majorum præclara volumina nobis*
*Ipſo vel ſaltem nominè nota forent:*
*Usque reor, bona pars horum tereretur in orbe,*
*Quæ nullus, fuerint nec ne, docere poteſt.*
*Attamen eſt etiam tua nunc laudanda voluntas,*
*Naufragio tabulas, quas potes, eripere.*

In Pandectarum initio legitur hic Dialogus.

## EMPTOR ET LIBER.

*Dic, quid habes artis? Multos ego multa per annos*
*Ex ſcriptis legi variis, multa otia rupi,*
*Ingeniis juvenum minus ut labor arduus eſſet.*
*Nam quæcunque libet verbis tractare diſertis,*
*Quicquid habent artes, mundus, natura, Deúsque,*
*Materies cunctis hinc multa & pulchra petetur.*

„ ex Jani Cornarii recognitione, anno 1549. capitum diſtinctionem &
„ argumenta in pleroſque libros, ab initiis ſingulorum, adjeci: quæ
„ in multis (iis præſertim, qui rei Medicæ tyronibus præcipuè ne-
„ ceſſarii lectu ſunt) ita copioſè ac methodicè tractantur, ut vel Epi-
„ tomes aphoriſticæ inſtar haberi poſſint.

„ Hiſtoriæ animalium liber I. qui eſt de quadrupedibus viviparis cum
„ figuris ad vivum expreſſis; opus Philoſophis, Medicis, Grammati-
„ cis, Philologis, Poëtis, & omnibus rerum, linguarúmque variarum
„ ſtudioſis, utiliſſimum ſimul, jucundiſſimúmque futurum: in quo
„ non modò ſimplex animalium hiſtoria continetur, ſed etiam veluti
„ commentarii locupletiſſimi, & caſtigationes plurimæ in veterum ac
„ recentiorum ejusdem argumenti, quæ videre nobis licuit omnia, ex
„ authoribus ferè ducentis quinquaginta &c ita digeſtis commodo per-
„ petuóque ordine omnibus, ut quicquid de unoquoque animali co-
„ gnoſcere libuerit, nullo negotio ſtatim inveniatur. Neque enim ad
„ continuam lectionem à nobis hæc condita ſunt, ſed ut eorum, qui
„ Dictionariorum eſſe ſolet, ad inquirendum maximè, uſus ſit: quod
„ non intellexerunt, qui prolixitatis in hôc opere nos accuſârunt. In
„ ſequentibus quidem animalium libris, minùs prolixus fui, hoc eſt,
„ in Philologia parcior. Hoc volumen in Epitomen contraxit, phi-
„ lologia omni omiſſâ, excellens doctrina & virtute medicus Lauren-
„ tius Hiel, in illuſtri Academia Jenenſi hôc tempore Profeſſor: idem
„ fortè facturus in reliquis etiam noſtris de animalibus libris, ut ali-
„ quando conjuncti publicentur. In Germanicum verò ſermonem ſi-
„ mili compendio tranſtulit hunc & ſecundum, de quadrupedibus ovi-
„ paris, Conradus Forer Vitoduranus Medicus, nunc etiam Eccleſiæ
„ Miniſter; & ſimiliter de aquatilibus volumen. Avium verò hiſto-
„ riam Germanicam fecit Rod. Huſlinus, quæ jam excuſa eſt, anno
„ 1548. chartis 87.

Hìc autem paulò ſiſtendum eſt, & intermittenda hæc de Gesneri operibus narratio; ut detur locus Catalogo aliorum aliquot typographorum & Librariorum, Catalogóque librorum, quorum notitia in hoc temporis intervallum (ſcil. ab ann. 1537. ad ann. 1548.) incidit.

Rem Librariam tractaverunt;

Anno 1537. *Cæſarauguſtæ*; Gregorius Cocus Teuthonicus:
*Baſileæ*; (a) Balthasar Lazius & Thomas

(a) Horum inſigne typographicum eſt Icon Minervæ; cum hâc Sententiâ; *Tu nihil invitâ facies dicésve Minervâ.*

MAS PLATTERUS; (*a*) BARTHOLOMÆUS WESTHERUS & NICOLAUS BRYLINGERUS:
*Francofurti*; CHRISTIANUS (*b*) EGENELPHUS HADAMARIUS:
*Londini*; THOMAS BERTHELETUS *Regius impreſſor.*
1538. *Argentorati*; CRATO MYLIUS (*c*) *Argentoratenſis:*
*Magdeburgi*; MICHAEL LOTHERUS:
*Witteberga*; JOANNES LUFFT:
*Venetiis*; BERNARDINUS STAGNINIUS:
*Antverpiæ*; MATTHIAS CROM:
*Genevæ*; (*d*) JOANNES MICHEL:
*Londini*; RICHARDUS GRAFTON & EDWARDUS WHITECHURCH.
1539. *Argentorati*; THEODOSIUS RICHELIUS:
*Mediolani*; MINICIUS CALVUS:
*Antverpiæ*; GULIELMUS MONTANUS:
*Londini*; BIDDEL.
1540. *Colmariæ*; BARTHOLOMEUS GRYENINGERUS:
*Halæ Suevorum*; (*f*) PETRUS BRUBACCHIUS:
*Veronæ*; ANTONIUS PUTELLETUS:
*Wittebergæ*; GEORGIUS RHAU:
*Venetiis*; BRANDINUS & OCTAVIANUS SCOTUS *fratres:*
*Genevæ*; JOANNES GERARD:
*Antverpiæ*; ANTONIUS GOINUS; ÆGIDIUS COPENIUS *pro Antonio Dumæo*; JOANNES CRINITUS *pro Joanne Gymnico*: MARTINUS MERANUS *pro Joanne Steelſio*.

1441.

(*a*) Weſthemeri inſigne eſt Delphinus circùm ſagittam flexus; Vid. Juſtin. 1543.

(*b*) Hujus inſigne fuit Ara cum corde ardente; addito hôc lemmate, Ἐυσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐςι. *Pietas ad omnia utilis*; vel *Sacrificium Deo cor humiliatum.* Vid: Livii Oration. 1537. & Bucolic. rer. Scriptor. 1539. Neſcio, an hic Egenolphus anno 1540. Marpurgi excuderit ( libell. Ænigmat.) Nam in iſtius libri fine hæc, *MARPVRGI. Ann. XL.* Forſan hic non fuit locus, ubi liber impreſſus eſt, ſed ubi libri author commorabatur, viz. Joannes Lotichius Hadamarius *Marpurgi bonis literis incumbens.*

(*c*) Hujus inſigne fuit Leo erectus columnam humero geſtans, cum Samſonis ſubtus maxillâ aſininâ armati imagine; adjectâ hâc gnomâ, *De forti dulcedo.* (Vide 1538. comment. Camerar. in Iliad. prim.)

(*d*) Vid. L'Ordre du Baptéme & de la Cene &c anno 1532. quem librum ( licet locus non addatur) puto Genevæ excuſum fuiſſe.

(*e*) Libris ſuis ( vid. Eccleſiaſt. Eraſm. 1539. ) affigere ſolebat figuram montis fumantis, manu eundem tangente; & hoc lemma, *Tangit montes, & fumigant* *PSALM* 104. Scilicet ad ſuum nomen alludens. Illius tamen officina ſita erat *in interſigni rubri caſtelli*: quod conſtat ex Bed. in Pentateuch. 1542.

(*f*) Xenoph. Gr. 1540. At Francofurti: Pindar. Gr. 1542.

1541. *Coloniæ*; MELCHIOR NOVESIANUS:
*Holmiæ*; GEORGIUS KICHOLF:
*Lipſiæ*; NICOLAUS WOLRABIUS:
*Venetiis*; FRANCISCUS BRUCCIOLUS; BERNARDUS (*a*) BENDONUS:
*Romæ*; ANTONIUS BLADUS ASULANUS:
*Antverpiæ*; ANTONIUS DE LA HAYE:
*Trajecti Batavorum*; (*b*) HARMANUS BORCULOUS:
*Iſnæ in Algaviâ*; ——————

1542. *Argentorati*; JACOBUS CAMMERLANDUS *Moguntinus*:
*Venetiis*; P. ITECHEM *&* MAGNANTIUS; JACOBUS JUNTA: JOANNES (*c*) BARREUS *& fratres* CÆSAR ARRIVABENUS:
*Romæ*; FRANCISCUS PRICIANENSIS *Florentinus*; BENEDICTUS (*d*) JUNTA *& Socii*:

1543. *Argentorati*; GEORGIUS MACHEROPOEUS *in officinâ Knoblockianâ*:
*Venetiis*; JOANNES ANTONIUS JULIANUS:
*Antverpiæ*; STEPHANUS MIERMANNUS:
*Londini*; REYNERUS (*e*) WOLFIUS.

1544. *Wittebergæ*; PETRUS SCITZ:
*Antverpiæ*; WOLFIUS KOPHELIL:
*Venetiis*; BARTHOLOMÆUS *de* ALBERTIS; COMINUS *de* PRIDINO *Montisferrati*:
*Baſileæ*; LEONARDUS (*f*) HOSPINIANUS:
*Conſtantiæ Helvetiorum*;

1545 *Magdeburgi*; ———— SEELISCH:
*Tiguri*; ANDREAS GESNERUS:
*Romæ*; VALERIUS DORICUS & (*g*) ALOISIUS [ ſive (*h*) *Lu-*

(*a*) De eo vid. etiam ann. 1546. Bibl. Ital. Malerm.

(*b*) *Io. Secundi opera*; *Trajecti Batavorum Harmannus Borculous excudebat. Anno XLI.* in 8. Pro inſigni præfigitur cervus alatus libro clauſo inſidens: & ad calcem, cervus ſuper librum apertum volans; ſubjecto hôc diſticho;

*Felici genio vivax liber arte per orbem*
*Chalcographâ miſſus, non minùs ille volat.*

(*c*) Farreorum inſigne fuit figura triceps humana coronata, cum his litteris *I. F.* & hâc ſententiâ Græcè & Latinè, Τῇ ὁμονοίᾳ τὰ μικρὰ αὐξάνονται. *Concordiâ parvæ res creſcunt.*

(*d*) Vid. Homer. Rom. 1550.

(*e*) De inſigni vid. Chryſoſtom. Homil. 1543. Idem (ni fallor) vocatur Reginaldus Wolfius, apud quem 1573. in 12. Græcè & Latinè excuſus eſt Catechiſmus, Græcè Gulielmo Whitakero, Latinè Alexandro Noello ejus avunculo, interpretibus. Pro inſigni, præfigitur arbor, ſub quâ pueri fructus decidentes colligunt. Is tamen Reginaldus potuit eſſe Regneri filius.

(*f*) Vide priùs in enumeratione operum Geſneri.

(*g*) Fulv. Sabin. de Urbe Antiquit. 1545.

(*h*) Novum Teſtament. Æthiopic. 1548.

*Ludovicus* ] *fratres Brixiani:*
*Antverpiæ;* JOANNES LOEUS: ÆGIDIUS DISTEMIUS:
1546. *Conſtantinopoli;* ELIEZER *Berab Gerſon Soncinas:*
*Venetiis;* ANTONIUS JUSTINIANUS; MICHAEL CREMEZINUS:
1447. *Venetiis;* CRISTOPHORUS ZANETUS: JOANNES GRYPHIUS:
*Antverpiæ;* MARTINUS (*a*) NUTIUS:
*Londini;* JOHANNES DAY.
1548. *Florentiæ;* LAURENTIUS TORRENTINUS; BERNARDUS JUNTA.

| | | |
|---|---|---|
| Geneſis, Hebraïcè: *Ex officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. | Paris. | 1537. |
| Pſalmi, Hebraïcè: *typis Danielis Bombergi.* (*b*) 18. | Venet. | 1537. |
| Biblia Latina: *ex officinâ Gulielmi Boule.* fol. | Lugd. | 1537. |
| Eadem: *apud Joan. Steelſium.* (*c*) 4. | Antv. | 1537. |
| Eadem: *apud Joan. Goult.* (*d*) fol. | Paris. | 1537. |
| Nov. Teſtam. Latinè; 2. Vol. *apud Joan Steelſium.* (*e*) 18. | Antv. | 1537. |
| Idem: *apud Guil. Boſſolezum.* (*f*) 18. | Paris. | 1537. |
| Idem, cum præfatione Lutheri. (*g*) 8. | Baſil. | 1537. |
| Pſalter. Lat. Lutheri. (*h*) 8. | Witteberg. | 1537. |
| Vet. Teſtam. Germanicè interprete Joan. Eckio; & Nov. ex verſione Joan. Emſeri (*i*) fol. | | 1537. |
| Pſalter. Germanic. Lutheri. (*k*) 8. | Lipſ. | 1537. |
| Prophetæ Germanic. Lutheri. (*l*) 8. | Witteb. | 1537. |
| Epiſtolæ, Germanicè, Lutheri (*m*) 8. | Witteb. | 1537. |
| Pentateuch. Danic. ex verſione Joannis Tauſani. (*n*) 8. | Magdeb. | 1537. |
| Sapientia, Saxonic. (*o*) 8. | Witteb. | 1537. |
| Pſalter. & Eccleſiaſtes, Italicè, ex verſione Bruccioli: cum ejus Comment. (*p*) 4. | Venet. | 1537. |

Iſaias,

(*a*) Inſigne eſt ciconia ciconiam alens; cum hôc lemmate, *Pietas homini tutiſſima virtus.* Vid. Horat. Art. Poet. 1553.
(*b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p,*) Long. Bibliothec. Sacr.

Iſaias, Italic. ex ejusd. verſione. (*a*) 4. Venet. 1537

Pſalter. Gallic. cum not. Marginal. Antonii Beliſem. (*b*) . . . . . 1537.

The Byble, which is all the holy ſcripture, in whych are conteyned the old and new Teſtament (*and the Apocrypha*) truly and purely translated into Englysh by Thomas Matthew; dedicated unto the King; *cum figuris*. (*c*) fol. 1537.

Evangelium ſecundùm Matthæum in linguâ Hebraïcâ cum verſione Latinâ atque ſuccinctis annotationibus Sebaſtiani Munſteri: *Opus antiquum, ſed jam recens ex officinâ Henrici Petri typis evulgatum*. (*d*) fol. *menſe Martio*. . . Baſil. 1537.

D. Hieronymi Opera, 3. Vol. cum Schol. Eraſmi: *typis Hieron. Frobenii & Nicol. Epiſcopii*. fol. . . . Baſil. 1537.

D. Joan. Chryſoſtomi Miſſa Græco-Latina, Eraſmo interprete: *in officinâ Chriſtiani Wecheli*. (*e*) 8. . . . Paris. 1537.

Arnob. in Pſalmos: *ex officinâ Frobenianâ per Hieron. Frobenium & Nicol. Epiſcopium*. 8. Baſil. 1537.

Jacobi Sadoleti Epiſcopi Carpentoractis in Pſalmum XCIII. interpretatio: *apud Seb. Gryphium*. 8. . . . Lugd. 1537.

Joan. Arbor. in Eccleſiaſten & Cantic. *apud Simonem Colinæum*. 4. . . Paris. 1537.

Horæ Virginis, cum aliis quibusdam officiis. Latinè: *Solerti induſtriâ largíſque expenſis* Georgii Coci *Teuthonici*. 16. *Kalendis*. *XVII*. *Aprilis*. . . . Cæſar Auguſtæ. 1537.

Juven-

(*a*, *b*,) Long. Bibliothec. Sacr.

(*c*) Jacobus le Long in ſuâ Bibliothecâ Sacrâ notat hunc Thomam Matthæum fuiſſe Johannem Rogers Friſium.

(*d*) Hujus libri initio præmittuntur tractatus quatuor Hebraïcè & Latinè per Seb. Munſterum; ſcil. fides Chriſtianorum, fides Judæorum, reſponſiones contra errores Judæorum, errores contra Chriſtianos conficti. Hunc librum Henrico VIII. Angliæ Regi dedicavit Seb. Munſterus.

(*e*) Ad calcem adduntur ex Germani Eccleſiaſticâ Hiſtoriâ nonnulla Græcè; de Eccleſiâ, Baptiſmo, Chriſmate, Sanctâ menſâ.

Juvenci presbyteri libri 3. Aratoris ſubdiaconi libri 2. Prudentii enchirid. Vet. & Nov. Teſtamenti: *apud* BARTHOLOMÆUM WESTHEMERUM *&* NICOLAUM BRYLINGERUM. 8. . . Baſil. 1537.

The Inſtruction of a Chriſten man : *in ædibus Thomæ & Bertheleti Regii impreſſoris.* 8. Lond. 1537.

Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis Sententiarum libri quatuor : *ex officinâ Joannis Roigni.* (*a*) 4. . . . Paris. 1537.

Cl. Galeni Iſagoge ſive Medicus, & ejuſd. Definitiones Medicinales, Græcè, cum Latinâ verſione illius per Jo. Guinterium, harum per Jon. Philologum: *per* THOMAM PLATTERUM *&* BALTHASAREM LASIUM. (*b*) 8. *menſe Martio.* . . Baſil. 1537.

VETERINARIÆ MEDICINÆ LIBRI DUO, nunc Græcâ linguâ primùm in lucem editi per Symonem Grynæum: *apud Joan. Walderum.* 4. . . . Baſil. 1537.

Defenſio Meſue contra Manardum & Fuchſium, Guilhelmo Puteano Blangiaco medico civéque Grationopolitano autore : *apud* GERMANUM ROSE, *excudebat* JOANNES BARBOUS. 8. . . Lugd. 1537.

Dioſco-

(*a*) *Excudebat Joannes Lodoicus Tiletanus ſumptibus Joannis Roigny. Jo. Lodoicus Tilet. Theologiæ candidatis S. Cùm ſuperioribus diebus Petri Lombardi in D. Pauli Epiſtolas Commentarii ex noſtrâ Chalcographiâ emiſſi, plauſu ingenti excepti fuiſſent, mox ad ejus ſententiarum libros animum adjeci. —— Verùm conſilium illud retardavit incredibilis & confragoſa locorum aſperitas —— ac jam propemodum abjeceram, niſi confirmâſſet vir optimùs ordinis Theologici, Joannes Aleaume* &c. *ex noſtrâ officinâ Chalcographicâ Cal. Decemb. M. D. XXXVI.* Hanc Lombard. in Epiſtol. editionem nondum vidi. Lego in Catalog. Thuan. *Pet. Lombard. in Paul. fol. Paris.* 1537. Et in Simler. Bibliothec. *Petri Lombardi in omnes D. Pauli Epiſtolas collectanea, ex Auguſtino, Ambroſio, Hieronymo, aliiſque nonnullis Scripturæ primariis interpretibus, ſummâ arte diligentiâque contexta, excuſa Pariſiis in officina Roberti Stephani; venduntur* 10. *ſolidis Gallicis.* Idem (ut puto) liber in Bibliothec. Claſſic. Draud. p. 259. occurrit impreſſus *Pariſiis* 1555.

(*b*) Sebaſtianus Singkeler Medicus & Academiæ Baſilienſis Profeſſor, qui hos libros excudi curavit, in præfixâ ſuâ Epiſtolâ fatetur ſe *invitatum Joannis Oporini ſingulari in promovendis id genus ſtudiis induſtria; quem horum editionem unà ſecum curaturum ſperabat:*

Dioſcorid. Latinè, Jo. Ruellio interprete: *apud Simonem Colinæum.* (*a*) 8. . Paris. 1537.

Syruporum univerſa ratio, ad Galeni cenſuram diligenter expolita; Michaële Villanovano authore: *ex officinâ Simonis Colinæi.* . Paris. 1537.

Ant. Muſ. de Herbâ Veronicâ, & L. Apuleius de Medicaminib. herbar. cum not. Humelbergii: *apud Chriſtoph. Froſchoverum.* 4. Tiguri. 1537.

Caroli Stephani Vinetum: *apud* FRANCISCUM STEPHANUM. 8. . Paris. 1537.

Ejusd. de re navali libellus ex Bayfii vigiliis excerptus: *apud Franciſcum Stephanum.* 8. Paris. 1537.

Commentariorum Philoſophiæ moralis libri tres, & libellus Progymnaſmatum; authore Hieronymo Metinenſi Caſtellano: *apud Franciſcum Stephanum, typis & characteribus Simonis Colinæi.* 8. . .. .. Paris. 1537.

C. Plinii Secundi Hiſtoriæ Naturalis liber ſecundus, cum Herm. Barbari caſtigationib. & annotationib. Joan. Cæſarii & Petri Joan. Olivarii: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. .. Paris. 1537.

Ariſtotelis Logica, ex tertiâ recognitione; Boëtio Severino interprete, cum paraphras. & annotat. Jacob. Fabri: *ex officinâ Simonis Colinæi.* fol. *Menſe Octobri.* . . .. Paris. 1537.

Severini Boetii de differentiis Topicis libri quatuor: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XVIII. Cal. Dec.* .. . .. Paris. 1537.

Henrici Cornelii Agrippæ ab Nettesheym de incertitudine & vanitate ſcientiarum Declamatio. 8. . . . 1537.

Procopii de Juſtiniani ædificiis libri ſex, nunc recèns Latinitate donati per Franciſcum Crane-

vel-

(*a*) Huic editioni carmina in Ruellii obitum præfixit Dionyſius Corronius, cum præfatione ad Cardinalem Franciſcum Turnonium data è *Monaſterio ſancti Germani à pratis ad Lutetiam*: in quâ notat *annos abhinc plùs minùs viginti Dioſcoridem à Johanne Ruellio linguâ Latinâ donatum.* Vide ann. 1516. Annal. Typogr. Tom. 2.

veldium cum notis Theodorici Adamæi Sualembergi: *ex officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. Paris. 1537.

Exemplaria litterarum, quibus Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Franciſcus ab adverſariorum maledictis defenditur; & controverſiarum cauſæ, ex quibus bella hodie inter ipſum & Carolum quintum Imperatorem emerſerunt, explicantur: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*a*) 4. Poſtridie Non. Auguſt. Paris. 1537.

C. Plin. Secund. de Viris Illuſtribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Jul. Obſeq. de Prodigiis: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XV. Cal. Decemb.* Paris. 1537.

Froſſardi Hiſtoriarum opus omne, jam pridem & breviter collectum & Latino Sermone redditum: *ex officinâ Simonis Colinæi.* (*b*) 8. Paris. 1537.

T. Livii Orationes ex libris de II. bello Punico Scholiis Reinhardi Lotichii Hadamarii illuſtratæ: *Excudebat Chriſtianus Hegenolphus.* 8. *Menſe Martio.* Francof. 1537.

Luciani Toxaris ſive de Amicitiâ, Græcè: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. Paris. 1537.

Æſopi Vita, ac ejus & aliorum fabulæ, Latinè: *Excudebat Robertus Stephanus.* 8. *III. Calend. Febr.* Paris. 1537.

Plutarchus de Homeri Vitâ Latinè, Joanne Rhelicano Tigurino interprete; item ejusdem Rhelicani Stockhornias, poëma à promontorii iſtius deſcriptione ſic appellatum: *per Balthaſarem Laſium & Thomam Platterum.* (*c*) 8. *Menſe Martio.* Baſil. 1537.

Ci-

(*a*) Hujus editionis duo vidi exemplaria, eodem anno, ſed tamen diverſa.

(*b*) Author. eſt Joannes Sleidanus, qui epiſtolam ad Joan. Bellaium Epiſcop. Paris. & Cardinal. præmiſit datam Lutetiæ duodecimâ Julii. 1537.

(*c*) Hanc verſionem vitæ Homericæ (cujus duntaxat initium, & hiſtoricam tantummodo partem Guarinus Veronenſis tranſtulerat) Rhelicanus dedicavit Hieronymo Fricero Bernati, ἀντίδωρον pro Roſeti Chriſto, quod poëma ab ipſo acceperat, quódque commentariolo illuſtrare decreverat.

Ciceronis opera, 4. tomis cum Comment. Petri Victorii: *ex officinâ* Lucæ-Antonii Juntæ. (*a*) fol. . . Venet. 1537.

Ciceronis Rhetorici, ſeu de Inventione libri duo: *ex officinâ Roberti Stephani*. 4. Pariſiis 1537. *Et ſeparatim expreſſi.*

M. Fabii Victorini Rhetoris doctiſſimi Commentarii in Rhetoricos Ciceronis, antea diminuti, nunc primùm veterum exemplarium ope, ſimul & ſtudioſorum hominum operâ in integrum reſtituti.

Utriusque margines notis numerorum diſtinximus, ita reſpondentibus inter ſe, ut perfacile ſit Commentariorum particulas cum Tullii verbis componere. *Ex officinâ Roberti Stephani*. 4. *VI. Cal. Maii*. . . . . Paris. 1537.

Cicer. Rhetoric. ad Herenn. Libri IIII. de Invent. libri II. Topic. & de Partit. Orator. *ex officinâ Rob. Stephani*. 12. . .. Paris. 1537.

Ejusd.

(*a*) Tomo Primo continentur Opera Rhetorica [ *M. D. XXXVII. Menſe Auguſto* ] & Caſtigationes [ *M. D. XXXVII. Menſe Januario* ]: Secundo Orationes [ *M. D. XXXIIII. Menſe Decembri* ]: Tertio, Epiſtolæ [ in initio, *M. D. XXXVI.* & in fine, *M. D. XXXV. Menſe Junio* ]: Quarto, Opera Philoſophica. [ *M. D. XXXVI. Menſe Auguſto* ] & Index [ *M. D. XXXVI.* ]

Tomi Primi titulus ſic ſe habet; *M. Tullii Ciceronis opera, omnium quæ hactenus excuſa ſunt, caſtigatiſſima, nunc primùm in lucem edita* Superiori parti adſcribuntur duæ figuræ cum his verbis *MVSIS DICATVM* & *L. A.* quæ literæ typographi nomen indicant: Inferiori parti, Lilia, typographi ſcil. inſignia; binæ ſphinges; phœnix, cum hâc ſententià, *REVIVISCO*. Hunc tomum claudunt *Petri Victorii explicationes ſuarum in Ciceronem caſtigationum. Tomus Secundus M. Tullii Ciceronis Orationes habet ab Andreâ Naugerio patritio Veneto ſummo labore ac induſtriâ in Hiſpanienſi Gallicâque legatione excuſſis permultis bibliothecis, & emendatiores multo factas & in ſuam integritatem ad exemplar codicum antiquorum longè copioſius reſtitutas. Ne autem adulterina quæpiam impreſſio, librariorum fortè avaritiâ, ſupponatur, haud ab re viſum eſt hôc cavere ſigillo; præterquam quod ſummi Pontificis, Cæſaris, Senatus Veneti, ac cæterorum Italiæ Principum decreta, nequis id per XX. annos impune faciant, vetant.* Huic tomo affigitur hæc vox *NAVCELVS*, & deus quidam fluvialis cum urnâ ſuâ appingitur. *Tertius Tomus Marci Tullii Ciceronis Epiſtolarum libros continet, ex pervetuſtis exemplaribus accuratiſſimè poſt omnes, quæ hactenus editæ ſunt, excuſiones recognitarum. Sex Epiſtolæ àd Brutum nunc primum à Germanis inventæ; quæ num M. Tullii Ciceronis ſint, legentium judicio videndum relinquitur. Cum impreſſioni adeſſe nullo pacto poſſem, provinciam hanc Antonio Francino delegavi.* ——— *Ille præcipuam operam ſe in hôc negotio præſtiturum pollicitus eſt* &c. *Quartus Tomus, in quo Marci Tullii Ciceronis opera Philoſophica, nuper ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium diligentiſſimè recognita*: & ad hujus Tomi calcem, *Index omnium, qui hactenus excuſi ſunt, locupletiſſimus & caſtigatiſſimus eorum, quæ digna notatu viſa ſunt.*

Ejuſd. Topic. cum not. Phil. Melanchth. *apud Franc. Gryphium.* 8. . . Paris. 1537.

Ejuſd. de Oratore Dialogi tres : *ex officinâ Roberti Stephani.* 12. *XV. Cal. Maii.* . Paris. 1537.

Ejuſd. Idem, à Phil. Melanchthone novâ ac locupletiore quàm antea unquam locorum inſignium enarratione illuſtrati : *apud Simonem Colinæum.* 8. . . Paris. 1572.

Ejuſd. Oratio pro Sex. Roſcio Amerino, Annotationibus Bart. Latomi illuſtrata : *apud Fran. Gryphium.* 4. . . Paris. 1527.

Ejuſd. Orat. in L. Piſonem : *apud Fran. Gryphium.* 4. . . . Paris. 1537.

Ejuſd. Philippicæ, diligentiſſimè ad exemplar fidelius repoſitæ, cum Comment. Maturantii, Beroaldi, Trapezuntii, Hegendorphini, & Schol. Aſcenſii ; & indice : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . Paris. 1537.

Ejuſd. Orationes pro Marcello, Ligario, & Deiotaro ; cum Comment. F. Sylvii : *ex offic. Mich. Vaſcoſani.* 4. *VI. Cal. Feb.* . Paris. 1537.

Ejuſd. Orat. pro Marcello, cum diſpoſitione & Paraphraſi Phil. Melanchthonis ; & tribus Epiſtolis Ciceronis ad Marcellum : *apud Joannem Steelſium, typis Joannis Graphei.* 8. . Antv. 1537.

Ejuſd. Orat. pro Archiâ poëtâ, cum diſpoſit. & paraphraſ. P. Melanchth. *apud Jo. Steelſium, typis Jo. Graphei.* 8. . Antv. 1537.

Ejuſd. Orat. pro lege Maniliâ, cum not. Sylv. &c. *ex offic. Mich. Vaſcoſani.* 4. . Paris. 1537.

Ejuſd. Orat. pro C. Rabirio Poſthumo, cum not. *ex offic. Mich. Vaſcoſani.* 4. . Paris. 1437.

L'Oraiſon de Saluſte contre Ciceron ; l'Oraiſon de Ciceron reſponſive à celle de Saluſte ; avec deux Oraiſons de Saluſte à Jules Ceſar, le

tout

tout tranſlaté nouvellement de Latin en François par Pierre Saliat; avec une Elegie nuptiale preſentée à Madame Magdalaine premiere fille de France le lendemain de ſes nopces avec le Roy d'Eſcoce: *apud Simonem Colinæum.* 8. Paris. 1537.

Cicer. Epiſtolæ Familiares, quartùm à nobis editæ: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XV. Cal. Dec.* . . Paris. 1537.

Cicer. Tuſculanæ Quæſtiones, per Eraſmum emendatæ & ſcholiis illuſtratæ : *ex offic. Rob. Stephani.* 8. *VIII. Cal. Feb.* . Paris. 1537.

Ejusd. de Finibus bonorum & malorum libri quinque, cum brevib. annotation. Petri Joannis Olivarii Valentini : *apud Simonem Colinæum.* 8. *Cal. April.* . . . Paris. 1537.

Jac. Omphalii de elocutionis imitatione ac apparatu liber: *apud Simonem Colinæum.* 8. Paris. 1537.

Heſiodi Opera Græcè, cum Scholiis Græcis: *in ædibus Bartholomæi Zanetti Caſterzagenſis, ære verò & diligentiâ Joannis Franciſci Trincaveli.* (*a*) 4: *Menſe Junio* Venet. 1537.

Euripidis Tragœdiæ octodecim, Græcè : *apud Joannem Hervagium.* (*b*) 8. *Menſe Martio.* Venet. 1537.

(*a*) *Victor Trincavelus Petro Victorio S.* ——— *Sed & eam provinciam meis forſitan viribus imparem, præſtantiora Græcorum authorum Monumenta, quæ latebant, ad interitum propè vergentia æneis litteris excuſſa edendi, ideo ſanè ſuſcepimus, ut eam, quam poſſemus, opem refloreſcentibus bonis litteris afferremus.* &c. *Nunc cùm celebriorum authorum Commentaria in Heſiodum quæcunque potuimus habere, formulis excuſſa, & ad calcem ferè perducta, ad editionem properarent,* ——— *rem mihi gratiſſimam fecit Bartholomæus noſter, qui litteras tuas humaniſſimas tradidit legendas. Ratus enim ſum occaſionem optatiſſimam mihi præſtitam, ſi tuo nomini illa dicata publicarem* &c. *Vale. Venetiis pridie Calendas Junias.* Hanc Heſiodi editionem Clariſſ. Albertus Fabricius (in Biblioth. Gr. lib. 2. c. 8. Sect. XX.) *ex codice MSto. ſuppletam* ſe *meminit vidiſſe in Bibliothecâ Gottorpienſi Sereniſſ. Holſatiæ Ducis, inter libros Wowerianos. In hâc editione* (vide pag. poſterior. folii LXXIII. lin. 26.) *quædam meliùs legi quàm in poſterioribus etiam Heinſianâ* (ann. 1603. Vid. p. 125. lin. 24.) *notatum Seldeno ad Marmora Oxonienſia* (ann. 1628. p. 139. lin. penult.)

(*b*) *Joan. Hervagius Lectori S. D. Ne nunquam* * *non officina noſtra aliquid tibi pariat* — *Euripidem inter præſtantiſſimos tra-*

* Duabus tantùm, non tribus negationibus, opus erat.

| | | |
|---|---|---|
| Ejuſd. Andromache, Græcè; cum Didaci Pyrrhi Luſitani, de remediis adversùs fortunæ impetus e tragœdiâ petendis, ad Hieronymum Franciſcum carmine Latino elegiaco: *ex officinâ Rutgerii Reſcii.* 4. *Menſe Auguſto.* | Lovan. | 1537. |
| Theognidis Sententiæ Elegiacæ, Græcè: *apud Johannem Lodoicum Tiletanum.* (*a*) 4. . | Paris. | 1537. |
| Virgilius: *apud Robertum Stephanum.* (*b*) 12. | Paris. | 1537. |
| Idem, cum XI. virorum Commentariis: *in officinâ Lucæ-Antonii Juntæ.* (*c*) *fol.* . | Venet. | 1537. |
| Ovidii Metamorphoſeon libri XV.: *apud Simonem Colinæum.* 8. . . | Paris. | 1537. |

Sym-

*tragœdorum à Priſciano connumeratum, noſtris typis publicandum ſuſcepimus.* &c. *Commentaria libenter adjeciſſemus, ſi operis idoneis & ſatis multis fuiſſemus inſtructi. Exhibebimus ea igitur diſtincto ab hôc volumine, quàm primùm id fieri poterit.* &c. Hæc ann. 1544. 8. apud Hervag. prodierunt. Vid. Fabric. Biblioth. Gr.

(*a*) *Joannes Lodoicus Tiletanus ſtudioſis S. Si apum nobis exemplum, quæ ex omnibus floſculis, quæ ſibi ſint uſui, decerpunt, imitandum cenſet Iſocrates, ut neque Poëtam neque Sophiſtam ullum negligamus, quo vitæ communis adjuvari poſſit inſtitutio; quanto majore ſunt ſtudio legendi, qui haſce partes ſolas ſibi popoſcerunt, & hanc perſonam, conſulendi vitæ mortalium, ſibi impoſuerunt. Cujus generis ſunt Heſiodus, Theognis, Phocylides, quos commemorat Iſocrates, aliique, qui libros ſuos γνώμας ſive ὑποθήκας inſcripſerunt. Theognis autem poëta pervetuſtus, Megaris Siciliæ urbe natus, verſus ſcripſit elegiacos, adeò ſuaves, adeò graves, ut iis Ariſtoteles ipſe ſua præcepta ſæpiſſime confirmet, ac velut obſignet: ut alios taceam, quorum libros hujus ſententiæ tanquam lumina quædam illuſtrant. Quamobrem nolite dubitare vobis quoque hoc lumen, quod tanti cæteris æſtimatum videtis, vitæ veſtræ præferendum eſſe: accepturi à nobis propediem * Heſiodum Commentariis accuratis & § nunquam adhuc editis inſignem, ſi noſtram voluntatem, quam temporum retardat iniquitas, veſtra juvabit benevolentia. Valete, & induſtriam noſtram, quæ vobis ſervit ac ſudat, boni conſulite. Ex chalcographeo noſtro M. D. XXXVII. menſe Junio.* Ad Theognidis calcem Pythagoræ aureos verſus Græcè excudit Lodoïcus.

(*b*) Heins. Biblioth. pars poſter. pag. 122 Num. 25. *fuit hic olim Joſephi Scaligeri, cujus manus apparet.*

(*c*) In initio, *M. D. XXXVII. Menſe Januario* In fine primi voluminis, *M. D. XXXVI. Menſe Januario.* Cum ligneis figuris; & Commentariis Chriſtoph. Landini, Ant. Mancinelli, Jo. Bad. Aſcenſii, Servii, Donati, Probi, Auguſt. Dothi, Beroaldi, Calderini, Pierii. Primo volumine continentur Bucolica & Georgica; Secundo Æneis, Maph. Veg. Supplementum, & opuſcula. Totius libri (uti & priùs, Ciceronianorum operum) initio præponuntur hæc verba, *MVSIS DICATVM.*

* Nunquam tamen novi Heſiodum à Jo. Lodoico excuſum.

§ Nondum enim Lodoicus compererat Heſiodum cum Commentariis prodiiſſe Venetiis; neque quidem poterat, nam hôc & anno eodem, & menſe eodem prodiit.

Symphoſii poëtæ veteris ænigmata, nunc primùm & inventa & excuſa; acceſſerunt ſeptem Græciæ ſapientum Sententiæ emendatiores & auctiores: *apud Jacobum Kerver.* (*a*) 8. Paris. 1537.

Cornelii Croci Aemſterodami ludimagiſtri Joſeph, Comœdia Sacra: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. . . . Paris. 1537.

Salmonii Macrini Juliodunenſis cubicularii Regii hymnorum libri ſex: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *VII. Id. Feb.* . . Paris. 1537.

Cæſaris Delphini Phyſici Parmen. matris Virginis Mariados libri tres: *in Bernardini de Vitalibus Veneti officinâ.* 4. *Die Octob.* 12. Venet. 1537.

Claudii Roſſeletti Juriſconſulti patritiíque Lugdunenſis Epigrammata: *apud Sebaſtianum Gryphium.* (*b*) 4. . . Lugd. 1537.

Joannis Vulteii Remenſis Epigrammatum libri IIII. & ejusdem xenia: *apud* MICHAELEM PARMANTERIUM *excudebat* JOANNES BARBOUS. (*c*) 8. . . Lugd. 1537.

Po-

(*a*) Hæc Symphoſii editio non prima eſt, ſed eundem titulum præ ſe fert, quem illa altera in Annal. Typogr. Tom. 2. p. 791. memorata. At tamen hæc Kerveriana priori illi in fine addidit breve corollarium, quo continentur duo ænigmata ex Varrone & Platone.

(*b*) Claud. Roſſelettus jam mortem obierat ante Nonas Decembras M. D. XXXIII. quo anno data eſt, quæ Epigrammatibus præfigitur Epiſtola Joannis Perrelli ad Franciſcum Roſſelettum Pardiani dominum, Claudii Fratrem. Inter illa Epigrammata pag. 110. habetur hoc. in Sebaſt. Gryphii Symbolum (de quo lege Annal. Typogr. Tom. 2. p. 563.) ad Fortunam.

*Cui dux eſt Virtus, nihil huic, Fortuna, muneris:*
*Illa ubi dux, parvi numen habes pretii.*
*Victrix illa tui eſt; ſequeris victricia ſigna:*
*Si longæ comitem te decet eſſe viæ.*
*Quod graphicè expendens noſter ſe tollit in altum*
*Gryphius, & multæ dat modò frugis opus:*
*Id globulus pennis ſuffultus utrinque lapiſque*
*Penſilis, hic quadrus Gryphis ab ungue, notant.*

Lubet obiter notare Roſſelettum in Iuvenal. Satyr. 15. verſu 315. (ad quem, ut puto, alluſit in ſecundo hujus Epigrammatis verſu) legiſſe, *nullum numen habes*, non (uti editiones vulgatæ habent) *abeſt.*

(*c*) Ad calcem hujus editionis apparet Vulteii ſcribentis icon laureata, cum lyrâ pendu'â; & his verbis, POETA. *Nolit, velit Invidia* & hôc diſticho;

IN INVIDUM.

*Noſtra probant docti; quid carmina, livide, temnis?*
*Vivent, ſeu nolit, ſeu velit Invidia.*

Idem hoc Adagium additur etiam in fine edi-

| | | |
|---|---|---|
| Polydor. Virgil. de rerum inventione adjectis religionum fundamentis : *apud Rob. Stephanum.* (*a*) 4. | Paris. | 1537. |
| Phil. Melanchthon de corrigendis ſtudiis Sermo ; Rodolph. Agricol. de formandis ſtudiis Epiſtola, & de miſeriis pedagogorum oratio : *ex offic. Rob. Stephani.* 8. *XIIII. Cal. Jul.* | Paris. | 1537. |
| Melanchthon. de Rhetoricâ : *ex offic. Rob. Stephani.* (*b*) 8. | Paris. | 1537. |
| Eraſm. de Civilitate morum puerilium : *apud Simonem Colinæum.* 8. | Paris. | 1537. |
| Hogendorphini Chriſtiana Inſtitutio, & Brunfelſii Paræneſis : *ex offic. Rob. Stephani.* 8. | Paris. | 1537. |
| Peculium Agathii , de litteris Hebraïcis , punctis, accentibus, quantitate & verâ linguæ Hebraïcæ pronuntiandi ratione : *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. | Paris. | 1537. |
| Hebræa, Chaldæa, Græca & Latina Nomina Propria, quæ in Bibliis leguntur ; & index rerum & ſententiarum in iisdem Bibliis : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IIII. Cal. Oct.* | Paris. | 1537. |
| Arnoldi Oridryi Summa Linguæ Græcæ : *apud Wechelum.* (*d*) 4 | | |

Mhom.

editionis Inſcriptionum , Xeniorum , & Hendecaſyllaborum, quæ prodiit in 12. ann. 1538. apud Sim. Colinæum. Inter Epigrammata ſupradicta p. 94. 134. & 282. habentur hæc:

*Ad Sebaſtianum Gryphium.*

*Scripta notata manu Gryphi dum candide mitto,*
*Hæc tibi commendo de meliore notâ.*

*De eodem:*

*Inter eos, formis libros qui cudere noſcunt,*
*Gryphius à ſummo eſt proximus artifice:*

*Ad Mich. Parmanterium:*

*Devincis tibi cùm bonos poëtas,*
*Rhetores pariter trahis diſertos,*
*Præſtans officium modò illis,*
*Eodem ſtudio deos deáſque*
*Omnes concilias: tibi quid ultrò*
*Jámque optem? nihil, aut perennitatem.*

(*a*) Almeloveen. de Vit. Stephan. p. 27.

(*b*) Cordes. Biblioth. p. 495.

(*c*) De hâc editione lege Hiſtor. Stephanor. p. 17.

(*d*) Valer. Andr. Bibliothec. p. 85. *Præfando præceptores ſuos laudat Jac. Marinum & Rutgerum Reſeium; agénsque de ſuperandâ linguæ Græcæ difficultate, tradi eam poſſe ait bimeſtri ſtudio.*

Thom. Linacr. de emendat. Structur. Latini Sermonis ; tertia editio : *ex offic. Rob. Stephani*. 4. *IIII. Id. Mart.* . . Paris. 1537.

Maturin. Corderii de ſyllabarum quantitate Regulæ ſpeciales, quas Deſpauterius in carmen non redegit : *ex officinâ Simonis Colinæi*. 8. Paris. 1537.

Libell. de octo part. Oration. conſtructione : *ex offic. Sim. Colinæi*. 8. . .. .. Paris. 1537.

Naturæ Participiorum : *ex offic. Sim. Colin*. 8 *menſe Iunio*. . . Antverp. 1537.

Joannis Coleti editio , unà cum quibusd. Gul. Lilii Grammatices Rudimentis : *apud viduam Martini Cæſaris*. 8. . .. 1537.

Rudimenta Grammatices & docendi methodus , non tam Scholæ Gypſuychianæ per Reverendiſſimum D. Thomam Cardinalem Ebor. feliciter inſtitutæ, quàm omnibus aliis totius Angliæ Scholis ſcripta. (*a*) 4. Paris. 1537.

Do-

(*a*) Hic libellus vix cum titulo implet ſeptem paginas ; quoniam tamen rarus eſt, non forſan diſplicebo , ſi eum deſcripſerim. Proxima titulo pagina continet ſequens Epigramma.

*Dicitur Auguſtus celebres foviſſe poetas,*
*Et ſemper doctos excoluiſſe viros.*
*Hunc ſibi munificum Maro ſenſit , & hunc quoque Flaccus*
*Senſit præſidium non mediocre ſuum.*
*Ætas illa quidem tanto ſub principe felix ;*
*Sed tamen hæc felix , eſtque beata magis.*
*Namque ſub Henrico clariſſima principe virtus,*
*Ingenium , mores , eloquiúmque viget.*
*Carminibus vates, rhetor ſermone diſerto ,*
*Et ſtudio floret diva Minerva ſacro.*
*Quóque foret teneris pubis ſpes ampla Britannis ,*
*Diſcere quæ poſſet verba Latina loqui ;*
*Aſpice Grammaticas normas , methodúmque docendi*
*Præſcriptam à Thomâ præſide Cardineo.*
*O felix princeps tam clari fautor alumni ,*
*Hæc coluit ſtudiis qui tua regna ſuis.*

Tertia pagina exhibet hanc Cardinalis præfationem.

*Thomas Cardinalis Eboracen. &c. Gypſuichianæ ſcholæ præceptoribus S. D. Neminem latere putamus , quanto animi conatu , ſtudio , induſtriâ , huc ſemper labores noſtros deſtinaverimus , non ut noſtris privatim commodis , ſed utì patriæ civibúsque noſtris omnibus quamplurimum conſuleremus. Quâ unâ in re ampliſſimum pietatis fructum nos aſſecuturos eſſe arbitramur ; ſi divino aliquo munere popularium noſtrorum animos exornaremus. Proinde maximo incredibilique pietatis amore erga patriam affecti , quæ nos veluti jure quodam ſibi vendicat , ludum literarium non omnino inelegantem velut amoris ſummi erga eandem noſtri clariſſimum teſtimonium dedicavimus. Verùm quoniam parum viſum eſt ludum quantumvis magnificum extruxiſſe , niſi etiam acceſſerit præceptorum peritia , modis omnibus dedimus operam , ut nos duos præceptores electos probatósque huic præficeremus ;*

*ſub-*

| | | |
|---|---|---|
| Doleti Commentariorum Epitome per Jonam Philomuſum. (*a*) 8. . . . | Baſil. | 1537. |
| Doleti de re Navali libellus: *apud Seb. Gryphium.* . . . | Lugd. | 1538. |
| Job & Daniel Hebraïcè: *apud Danielem Bombergum.* (*b*) 24. . . | Venet. | 1538. |
| Pſalmi Hebraïcè: *apud Froben.* (*c*) 16. | Baſil. | 1538. |
| Novum Teſtamentum, Græcè: *per Thomam Platterum.* 8. *menſe Martio.* . . | Baſil. | 1538. |
| Idem, Græcè: *per. Joan. Anto. de Nicolinis de Sabio, expenſis domini Melchioris Seſſæ.* (*d*) 16. | Venet. | 1538. |
| Biblia Latina: *apud Hugonem à Portâ.* (*e*) fol. | Lugd. | 1538. |
| Ead. *apud Ioan. Steelſium.* (*f*) 4. & 8. | Antverp. | 1538. |
| Ead. *apud Bernardinum Stagninium.* (*g*) 8. | Venet. | 1538. |
| Ead. juxta Vulgatam editionem, & eam quàm haberi poteſt emendatiſſimam, cui Novo Teſtamento Eraſmi verſionem appoſuimus; 2. Vol. *apud Hieronym. & Ioann. Froben.* (*h*) fol. | Baſil. | 1538. |
| Ead. Vulgat. ſed ad Hebraïcam lectionem accuratè emendata (*vel potiùs interpolata*) ſtudio | | |

Conra-

*ſub quibus Britannica pubes ſtatim à primis annis & mores & literas imbiberet: nimirum intelligentes in hâc ætate, velut herbâ, ſpem reipublicæ poſitam eſſe. Id quod ut fælicius maturiúsque conſequeretur, libello puerilis inſtitutionis methodúmque ac rationem docendi apprime huic pubi neceſſariam, omni noſtrâ curâ, ſtudio, diligentiâ, ut haberetis curavimus. Veſtræ partes erunt nunc viciſſim, qui huic novæ ſcholæ noſtræ præceptores eſtis, hîc rudimentis ac docendi ratione diligenter exercere hos pueros, deinceps cùm elegantiſſimâ literaturâ, tum optimis moribus ad majora profecturos. Ad quod ſi pari curâ enitimini, atque nos ad oculum vobis commonſtraturi ſumus, nos non tamen vobis veſtro ſtudio faventes jam demerebimini, quàm planè apud poſteros, felices reddideritis. Bene valete. Ex ædibus noſtris. Anno Domini milleſimo quingenteſimo octavo Calend. Septembris.*

Paginis reliquis quatuor continetur, methodus ſtudiorum in octo Scholæ Claſſibus obſervanda; quíque authores in ſingulis prælegendi ſunt.

(*a*) Ad finem, Minervæ pictura, cum hâc Epigraphâ, *Tu nihil invitâ dices faciésve Minervâ.* Quod eſt Symbolum Balthaſaris Laſii & Thomæ Platteri.

(*b*, *c*,) Long. Biblioth. Sacr.

(*d*) Impreſſum eſt duobus voluminibus, quorum prius tantùm vidi. Rev. Ioan. le Long in Biblioth. Sacr. ſcribit additam eſſe Eraſmi Latinam verſionem.

(*e*, *f*, *g*,) Long. Biblioth. Sacr.

(*h*) Long. Biblioth. Sacr. & Caille.

| | | |
|---|---|---|
| Conradi Pellicani cum ejus Commentariis, 7. Vol. (*a*) fol. | Tigur. | 1532--38. |
| Eccleſiaſticus Latinè juxta tranſlationem Germanicam Lutheri à Stephano Vigilio: *apud Michaelem Lotherum.* (*b*) 8. | Magdeburg. | 1531. |
| Nov. Teſtam. Latin. Eraſmi. (*c*) 8. | Tiguri. | 1538. |
| Idem. (*d*) 16. | Antverp. | 1538. |
| Idem, Anglicè & Latinè, ex editione Vulgatâ. (*e*) 4. | Lond. | 1538. |
| —— Et ex verſione Eraſmi. (*f*) 4 | Lond. | 1538. |
| Biblia Gallica gloſſata, 2. Vol. *apud Ant. Bonnemere.* (*g*) fol. | Paris. | 1538. |
| Nov. Teſtam. Gallic. Fabri: *apud Viduam Martini Lempereur.* (*h*) 12. | Antverp. | 1538. |
| Bibl. Italic. Bruccioli: *apud Barth. Zanettum.* (*i*) 4. | Venet. | 1538. |
| Ead. ex Hebraïcâ & Græcâ veritate, interprete Sancto Marmochino cum notis quibusdam textum explicantibus. Adjectus eſt liber tertius Macchabæorum nondum in Italicum Sermonem editus, cum Epiſtolâ dicatâ Georgio d'Armaignac Rutenenſi & Vabrenſi Epiſcopo: *apud hæredes Lucæ Antonii Iuntæ.* (*k*) fol. | Venet. | 1538. |
| Geneſis Italicè reddita à *Petro Aretino.* (*e*) 8. | Venet. | 1538. |
| Nov. Teſtam. Italicè, Bruccioli: *apud Graphæum.* (*l*) 16. | Antv. | 1538. |
| Bibl. Germanic. Lutheri: *apud Ioannem Lufft.* (*m*) fol. | Witteberg. | 1538. |
| Bibl. Helvetic. *apud Froſchoverum.* (*n*) 4. & 8. | Tiguri. | 1531. |
| Nov. Teſtam. Belgic. *per Matthæum Crom.* (*o*) 8. | Antv. | 1538. |

( *a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o,* ) Long. Biblioth. Sacr.

Bi-

Biblia Anglica Franciſci I. indultu edi cœpta Pariſiis & in Angliâ abſoluta : *apud Grafton & Whitechurch.* (*a*) fol. Londin. 1538.

Index in Opera D. Hieronymi : *per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium.* (*b*) parv. fol. Baſil. 1538.



(*a*) Long. Biblioth. Sacr. & Sleidan. de Stat. Religion. & Reip. Lib. XII. *Excudebantur eo tempore* (ſc. anno 1538.) *Lutetiæ Biblia Sermone Anglico, ut in Britanniam diſtribuerentur in templa, juſſu regis: Sed ubi reſcitum eſt, interdictum fuit, nec erat in nullo diſcrimine typographus.* Vide etiam Gilbert. Burnet. lib. 3. Hiſtor. Reformat. Anglic. ad ann. 1538.

(*b*) Hic index pertinet ad edition. Hieronymi, cujus mentio facta eſt anno præcedente; cujusque deſcriptionem in hunc locum diſtuli. De hâc editione in ipſius initio Lectorem ſic affantur *Hier. Frobenius* & *Nic. Epiſcopius* *Quod parens olim noſter & ſocer Jo. Frobenius in hujus operis veſtibulo dixit,* δευτέρων ἀμεινόνων, *eò quòd alterâ hujus authoris lucubrationum editione* * *priorem ſuam longè viciſſet; idem nos optimo jure hìc poſſe repetere cenſemus, qui hâc noſtrâ, quæ omnium poſtrema eſt, & eandem & eam, quam nuper* † *Gallia dedit, ſuperavimus : quæ tamen gloria non noſtræ induſtriæ, ſed venerandæ memoriæ Des. Eraſmi Roterodami indefatigabili diligentiæ eſt adſcribenda: qui quum ne in Pariſienſi quidem impreſſione, ultra quàm tunc ei operi nullam in poſterum adhibere ſtatuerat manum, ſibi ſatisfeciſſet, denuo iſtas tanti viri vigilias vigilanter recognovit, nobiſque commiſit typis evulgandas. Ibi pro noſtrâ virili dedimus operam* ——— *ut doctos præficeremus viros cùm operi caſtigando, tum indici quàm elaboratiſſime conſcribendo, tum ut Pſalterio Hebræo præter puncta accentus etiam adderentur :* ——— *cæterùm ordo tomorum idem eſt ſervatus, qui ſuperioris erat editionis, niſi quòd Gennadii Catalogus ex quarto tomo in finem primi ſub Hieronymi, quem de viris illuſtribus inſcripſit, Catalogum, propter ſimile argumentum, eſt translatus : præterea indicem, quòd creberrimè in manibus verſetur, in proprium volumen minore formâ & chartâ ob commodiorem uſum ſeorſim excudimus. Bene vale, lector benevole, & nos ama. Ex Chalcographiâ noſtrâ. Idib. Auguſti, M. D. XXXVII.* Editio hæc, præter Indicem, novem tomos complectitur. Tomo ſecundo & tertio ſubſcribitur annus M. D. XXXVI. Reliquis, M. D. XXXVII. Indici, M. D. XXXVIII. Ad noni tomi calcem, ſubſcriptio hæc eſt: *Eximia hæc Divi Hieronymi Stridonenſis opera, quibus poſtremùm recognoſcendis immenſum laborem ac diligentiam Eraſmus impendit, excuſa ſunt Baſileæ in officinâ Frobenianâ typis & ære Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii chalcographiæ ſociorum, abſolutáque menſe Auguſto. M. D. XXXVII.* Et ad indicis calcem: *Baſileæ, per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium anno M. D. XXXVIII. menſe Martio.* Initio Indicis hæc ad lectorem præmittitur admonitio: *Quam ob cauſam, benevole lector, tali formâ & chartâ Indicem Hieronymianum excudimus, Epiſtola ipſis operibus præmiſſa docet: cur verò primæ editionis elenchum maluerimus ſequi quàm quemvis alium, paucis accipe. Bis à parente & ſocero noſtro Joan. Frobenio typis æreis expreſſa ſunt univerſa Stridonenſis ſcripta quæ extant : primùm ſinè repertorio, quod tamen uno aut altero anno pòſt ſeorſum, quale nunc prodiit: ſecundum cum ſyllabo, diverſo tamen à priore. Interea & alibi duobus in locis evulgata ſunt eadem, nec ſinè tabulis. Ex his omnibus elenchis quum primus præ cæteris eſſet plauſibilis, imò ſolus placeret Theologiæ ſtudioſis ( nec injuriâ, utpote qui à viro trium linguarum exactè docto, & in veteribus Bibliorum interpretibus verſatiſſimo fuerit congeſtus ) eum erudito cuidam* ———



* Prior anno. 1516. poſterior ann. 1525.

† Paris. 1533. Fabric. Biblioth. Latin. Supplem.

Juſtini Philoſophi & Martyris admonitorius Gen-

*noſtræ poſtremæ editioni conferendum, recognoſcendúmque commiſimus; qui ipſum adhibito ſui ſimili Theſeo curâ vigilantiſſimâ revidit* —— *auxit, & in longè meliorem redegit ordinem.* —— *Quadruplex eſt hic index; primus indicat, quæ tractantur in genere per omnes tomos: Secundus, quæ in Epiſtolarum ſcholiis: tertius, voces Græcas: ultimus, Hebræas. Hic etiam admonitum velimus lectorem* —— *tertium volumen vocari ultimum* —— *ſcilicet epiſtolarum, non operum: ac indè ſuccedere quartum & reliquos usque ad nonum omnium poſtremum: quam ſeriem facile eſt nôſſe ex primo ternione, quo Catalogus omnium contentorum ſuo ordine præſcribitur.* Aliquos offendit, *non eundem annum tomis inſcriptum, ſed alios XXXVI alios XXXVII. præ ſe ferre, quaſi novum ſit ſeſquiannum in tanto opere eſſe inſumptum. Hoc offendiculum facile caviſſent, qui legum volumina ſubinde apud Gallos recudunt, quibus non inſolens eſt, eandem editionem diverſis annis inſignire, & quibusque donec diſtrahatur, pro novâ vendere: gnari nimirum homines nunc novitatis quàm bonitatis eſſe cupidiores. Bene vale, Lector candide, & noſtram diligentiam fovere perge; quibus hoc unicum eſt ſtudium, ut optimos authores, quantum licet optimè, in dies tibi proferamus. Ex chalcographiâ noſtrâ Calend Martiis. Anno M. D. XXXVIII.* Eraſmus tomum Hieronymianæ hujus editionis quartum Guilhelmo Waramo Archiepiſcopo Cantuarienſi dedicavit Epiſtolâ Baſileæ VI. Id. Octob An. M. D XXXIIII. datâ. Idem tomum primum pio Lectori inſcribit præfatione Friburgi Brisgoiæ M. D. XXXIII. Ex qua lubet nonnulla excerpere. —— *Quum primùm veniſſem Baſileam; de Novo Teſtamento vertendo ne cogitâram quidem: ſcholia modò nonnulla paucis verbis annotâram, atque his decreveram eſſe contentus. In Hieronymum ferè nihil attuleram præter animi propoſitum. Hic meâ facilitate, aut veriùs temeritate, abuſus felicis memoriæ Joannes Frobenius, utrunque opus compluribus prælis aggreſſus eſt, quum hoc corpuſculum vix quartæ laborum parti par eſſet. Atque id temporis parabam illa, non hominibus eruditis, ſed quibusdam piis quidem illis, verùm illiteratis* —— *ſupererat, ut ad proverbium confugeremus, quo poſteriores curæ dicuntur eſſe meliores* &c. *Porrò quum acciperem apud Pariſiorum Lutetiam rurſus excudi Epiſtolarum volumina, ut ex tempore licuit, quædam loca pridem à me notata recognovi, miſique in publicam ſtudiorum utilitatem* &c. *Quum hæc adornaretur editio, incomparabilis heros Guilielmus Vuaramus, Archiepiſcopus Cantuarienſis ac totius Angliæ Primas, terras reliquit, & in cœleſte contubernium emigravit, vir ex omni virtutum & ornamentorum genere concinnatus; ſive ſpectes in tanto rerum faſtigio comitatem etiam infimis obviam, ſive in tanta rerum affluentia ſpontaneam victûs ſobrietatem, ſive in tantis negotiorum undis perpetuam animi tranquillitatem* —— *ſive ſincerum erga pietatem ac religionem affectum, quam ſemper ſummo ſtudio, nullo ſupercilio tum docuit, tum præſtitit. Nemo vidit illum nihil agentem. Quis autem non facilè condonaſſet tali viro, ſiquando animum externis negotiis delaſſatum jocis aut luſibus relaxaſſet? At illi pro venatu, pro aucupio, pro alea, pro chartis, pro morionibus, próque cæteris avocamentis vulgaribus, erat aut frugifera lectio, aut cum erudito viro colloquium. Jam verò benignitatem cùm in omnes, tum præcipuè in ſtudioſos, quid referam? De me nihil dicam, qui non ita multum ab illo accepi, ídque obtruſum veriùs quàm datum: niſi quòd in acceptis numero quicquid ille obtulit: obtulit autem vera fronte fortunarum omnium communionem Sed in alios quàm non fuerit illius parca liberalitas, vel illa vox arguit, quam paulò ante mortem emiſit. Nunciantibus enim famulis in theſauro vix eſſe triginta aureos ſignatæ pecuniæ, gratulabundus dixit: Bene habet; ſic mori ſemper fuit in votis: Sat eſt viatici mox hinc emigraturo. O mentem ſummo Epiſcopo dignam! Ex tanta fortuna minimum impendit ſibi: menſa erat & pro more regionis & pro dignitate tanti præſulis ſplendida, ſed in mediis deliciis ipſe vulgaribus libentius utebatur, atque hoc ipſum parciſſimè. Cœna tam erat frugalis, ut propè nulla fuerit: vinum perquam raro guſtabat verius quàm bibebat,*

Gentium liber, Latinè *Ioanne Franciſco Pico Mirandulæ domino* interprete, nunc denuo ad exemplar Græcum collatus, & quâ licuit fide recognitus: *in ædibus Carolæ Guillardæ*. (*a*) 4. Paris. 1538.

S. Auguſtin. de ſpiritu & literâ: *apud Ioan. Roigny*. (*b*) 16. . . Paris. 1538.

Jo. Eckii homiliarum adversùs Lutherum & alios hæreticos de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ tomus quartùs: *apud Io. Roigny*. (*c*) 8. Paris. 1538.

Dominicæ Precationis explanatio (per Savonarolam) cum multis aliis; item D. Chryſoſtom. de orando Deum, & de Euchariſtiâ, Latinè: *Excudebat O. Mallardus Bibliopola regius, expenſis Galeoti à Prato & Ioannis Roigny. menſe Martio*. 16. . . Paris. 1538.

De Doctrinâ moriendi opuſculum Judoci Clichtovei: *in officinâ librariâ Oliverii Mallardi bibliopolæ regii, impenſis Galeoti Pratenſis & Ioannis Roigny Bibliopolarum; decimo quarto Calend. April*. 16. . . . Paris. 1538.

Horæ in laudem Virginis; 7. Pſalm. Pœnit. cum litania & Chryſoſt. de orando Deum, & aliis aliquot

*bibebat, contentus tenuiſſima cerviſia, quàm illi vulgò* biriam *appellant. Eadem in cultu frugalitas; nunquam holoſericis utebatur niſi rem divinam peragens: adeò ut quum ſub Caroli Cæſaris & Regis Angliæ conventum, qui fuit ante annos, ni fallor, undecim Caletii, edicto Cardinalis Eboracenſis, non Epiſcopi tantum, ſed & inferioris gradûs homines cogerentur magnis impendiis ornare ſeſe Byſſinis ac Damaſcenis, ſolus omnium ille contemto Cardinalis edicto pilum in cultu ſuo non mutarit.* &c. *Frequenter apud ſuos hanc vocem ſolebat emittere, Utinam mihi contingat, priusquam hinc emigrem, ſemel videre complectique meum Eraſmum; nunquam ſinerem illum à me divelli. Votum erat mutuum; ſed neutri contigit, quod optavit.* &c. Non eſt, ut, lector, indigneris, quòd hôc Vuarami rariſſimæque, quâ inclaruit, virtutis elogio te paulo diutius detinuerim. *Eraſmi*, cujus nomen toties in literariâ illorum temporum hiſtoriâ neceſſariò recurrit, Manibus propè injurius fuiſſem; ſi illum talem ipſius & tantum patronum, quem ferè in omnibus ſuis Theologicis lucubrationibus tam honorificè compellavit, ſilentio præteriiſſem.

(*a*) Hæc verſio primùm prodiit inter alia Pici opera Argentorati 1507. (Fabric. Biblioth. Gr. lib. 5. cap. 1. XV.) & à Pico dedicatur Zenobio Actiolo (ſive Acciaolo) quem laudat de Euſebii adversùs Hieroclem lucubratione ab ipſo paulò antè Latinè verſâ (& anno 1504. editâ.)

(*b*) Bulteil. Catalog. Tom. 1. p. 35.

(*c*) Teller. Biblioth. p. 105.

aliquot preculis, Græcè : *apud Ioan. Lodoicum* (*a*) *ſub Baſiliſco & quatuor clementis.* 12. Paris. 1538.

L'Ordre qu'on tient en adminiſtrant le Bapteſme & la Cene, en la celebration du Mariage, & en la viſitation des Malades, & es Predications; es lieux leſquels Dieu de ſa grace a viſité : *imprimé par Iehan Michel demourant en la place Sainct Pierre devant la grand' Egliſe.* 16. 1538.

Juris utriusque Vocabularius : *ex officinâ viduæ Claudii Chevalloni.* 8. . . Paris. 1538.

Juris-conſultorum vitæ noviſſimè elimatæ, & mendis non paucis, quibus ſcatebant; repurgatæ; Bernardino Rutilio autore : *apud Germanum Roſe, Ioannes Barbous excudebat.* (*b*) 8. Lugd. 1538.

Hippocratis libri omnes ad vetuſtos codices ſummo ſtudio collati & reſtaurati, Græcè : *apud Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium.* (*c*) fol. . . Baſil. 1538.

Galeni Pergameni opera, Græcè; tomis quinque diſtincta : *apud Andream Cratandrum, Michaelem Iſingrinium, Ioannem Hervagium, Ioannem Bebelium, & Ioannem Eraſmium Frobenium.* (*d*) fol. . . . Baſil. 1538.

Ga-

(*a*) Sic etiam Joannes Roigny ſubſcribere ſolebat; & inter eos conſortium erat typographicum. Vide Annal. Typogr. Tom. 2. p. 543. 544.

(*b*) Regium Privilegium Franciſco de Portâ & Germano Roſe Librariis Lugdunenſibus datum eſt XXIIII. Novemb. M. D. XXXVII. Bernardini Rutilii ad Cardinal. Nicolaum Rodulphum Epiſtola data eſt Romæ ex ipſius Cardinalis ædibus, Id. April. M. D. XXXVI.

(*c*) *Matthiæ Helt Cæſareæ Majeſtatis Cancellario ſummo Janus Cornarius Medicus Northuſenſium S. D. ——— Non tam meum beneficium apud ſtudioſos jactare volo, quàm Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii* &c. ( Vide Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 354. ) *me planè beatum, ſi beneficio tuo, Imperatoriæ Majeſtati dedicato & inſcripto illi Ætio medico Græco à nobis converſo, & aliis eidem à me deſtinatis, commendatior fiam. Northuſæ, XXVI. Martii. M. D. XXXVI.*

(*d*) Tomo primo præmittitur Franciſci Francorum regis privilegium. —— *Quum majeſtati noſtræ expoſitum fuerit, quod Andreas Cratander typographus & civis Baſilien. multos jam annos optimis omnigenæ diſciplinæ & litteraturæ autoribus imprimendis reſtituendisque magno ſumptu nec minore diligentia & labore ſtrenuè invigilaverit, & adhuc bona ſtudia indies omni conatu promovere pergat, núncque in manibus habeat egregia illa Galeni Pergameni opera* &c. *inhibemus, ne Impreſſores & Bibliopolæ* &c. *Galeni opera per ipſum Cratandrum, Joannem Hervagium & Jo. Bebelium municipes & in hôc opere ſocios excuſa per quinquennium*

Galeni de tuendâ valetudine ſecundâ libri ſex, Græcè †, cum præfatione Albani Torini Vitodurenſis ad literarum ſtudioſos Baſileæ 1538.

datâ:

*nium* &c. *Datum apud Fontem Bleaudi. XX. Decembris M. D. XXXVI. Regni noſtri XXII.* Ad Tomi primi finem, παρ' Ἀνδρέα Κρατάνδρῳ, αφλζ.

Tomum ſecundum orditur Leonardi Fuchſii ad lectorem præfatio data Tubingæ VIII. Non. Jul. M. D. XXXVII. ——— *adeò ut ex omnibus ne unus repertus ſit, qui Galenum abhinc annos propè * duodecim ſatìs infeliciter excuſum mendiſque innumeris refertum ab illatâ ſibi injuria vindicare voluerit.* &c. *Reperti ſunt tandem privati quidam viri Baſilienſes, qui tam inſignem Medicinæ ſcriptorem diutius neglectum jacere non paſſi ſint: neque contenti fuere exemplari illo, quod ex Anglia tranſmiſſum fuerat, quamvis priori multo caſtigatius eſſet; ſed adhibitis denuo eruditis viris* &c. *Ita nos geſſimus, ut neque ſtudium neque diligentia in nobis deſiderari poſſit* &c. Ad hujus Tomi finem; ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ Ἰωάννου Βεβελίου, ἔτει αφλζ βοηδρομιῶνος τετάρτῃ.

Tomi tertii initio, Typographi ſic lectorem alloquuntur: ——— *Vidimus, quando ſolæ barbarorum interpretationes extabant, quantum laudis acceperunt, qui Galenum Latinè vertendum inſtituerint. Quorum primus noſtra memoria Leonicenus auſpicatò exorſus* &c. *Eandem induſtriam æmulatus Laurentianus, etſi non parem laudem adeptus, quippe cui & brevior ætas & infeſtiora fuere numina: in eo tamen magnopere commendatur, quòd & quæ erant optima, vidit, nec ab hòc illum ſtudio aut temporis inſcitia aut quorundam in illum flagrantiſſima odia abducere unquam potuere. Poſt hos noſtri etiam* ——— *ipſorum induſtriam non infeliciter ſunt inſecuti. Nam & Gulielmus Copus Baſilienſis Galeni libros ſex de locis affectis adeò eleganter & purè vertit, ut vehementer mirarentur quidam hominem non Latinum tantum præſtitiſſe, quod ſuperiores propè æquaſſe videretur. Thomas Linacer Galeni methodum ſeu de morbis curandis libros tam felici ave Latinitate donavit, ut in opere tam abſoluto nullum calumniæ locum relictum eſſe putent. Sed quo piaculo taceamus ab Hermolao Barbaro Dioſcoridem Romanæ civitate donatum* &c. *Cujus induſtriam imitatus vir inſigni eruditione Joannes Ruellius viſus eſt non parum ornamenti Latinae medicinæ addidiſſe.* &c. *Comparaveramus exemplaria varii generis ac perquam vetuſta, quibus adjuti illi viri docti ac diligentes (quos nobis architectos ac veluti ſocios laboris adjunximus) permoleſtum ac grave illud negotium tutò & fideliter expedirent. Ex quibus debetur non parva laus Joachimo Camerario ac Leonardo Fuchſio, qui in hac fabrica extruenda plurimùm adjuvere. Debetur etiam Hieronymo Gemuſæo noſtro, qui in emendando magnam partem nihil ſibi ad induſtriam & laborem fecit reliqui, donec fabrica ad finem perduceretur.* &c.

Tomo Quarto præfatur Joachimus Camerarius ad Lectorem. In fine, *Baſileæ apud Joan. Hervagium & Joan. Eraſmium Frobenium. M. D. XXXVIII.*

Tomo Quinto præfigitur *Hieronymi Gemuſæi Doctoris Medici & Philoſophi ad Philippum Coſſeium Conſtantiæ Galliarum Epiſcopum Epiſtola.* ——— *Eodem, inquit, ſtudio, quo fabrefactus fuit Galenus, adornavi nunc ad incudem usque Paulum Æginetam, qui miris modis lacer ac fœdis vulneribus confoſſus, nunc verò ex vetuſtiſſimis exemplaribus perſanatus atque inſtauratus propediem ad tuam clementiam adferetur.* ——— *Vale. Baſileæ Calend. Martiis, M. D. XXXVIII.* Ad finem hujus adtexitur, *Galen. de Oſſibus ad tyrones* † *Latinè tantùm, Ferdinando Balamio Siculo interprete, cum oſſium humani corporis univerſi lineamentis.* Οὗτος ὁ πέμπτος τομὸς μετὰ πρώτου καὶ δευτέρου ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ πόνῳ καὶ δεξιότητι καὶ ἐπιμελείᾳ Μιχαὴλ Ἰσιγγρινίου, ἀναλώμασι δὲ Ἀνδρέου Κρατάνδρου καὶ Ἰωάννου Βεβελίου ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ, πέμπτῃ ἐλαφηβολιῶνος ἱσταμένου.

* Ann. 1525. ex Aldi officin.

† Græcè poſtea prodiit apud Vaſcoſan. 1543. 4.

datâ: *per Balthaſarem Laſium.* (*a*) 8. . Baſil. 1538.

Ejusd. de Craſib. libri tres, & de Intemperie; & Hippocrat. Jusjurand. Græcè: *per Thomam Platterum.* 8. *menſe Martio.* . Baſil. 1538.

Symphoriani Campegii Symphonia Galeni ad Hippocratem. 8. . . 1538.

Conſtantini Cæſaris ſelectarum præceptionum de Agriculturâ libri viginti, Jano Cornario Medico Phyſico interprete: *ex officinâ Frobenianâ per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium.* (*b*) 8. . Baſil. 1538.

Caroli Stephani Arbuſtum, Fonticulus, Spinetum: *apud Franciſcum Stephanum.* (*c*) 8. Baſil. 1538.

Ejusd Sylva, Frutetum, Collis: *apud Franciſcum Stephanum.* 8 . . . Paris. 1538.

Claud. Ptolemæi Μεγάλη Σύνταξις ſive Almageſtum Græcè: *apud Walderum.* (*d*) Baſil. 1538.

Textus de Sphærâ Joannis de Sacro-boſco introductoriâ additione & Commentario Fabri Stapulenſis illuſtratus; cum compoſitione annuli Aſtronomici Boneti Latenſis; & Geometriâ Euclidis: *ex ædibus Simonis Colinæi:* fol. *Tertio Idus Martias.* . . . Paris. 1538.

Pſelli Arithmetices Compendium, Græcè:

*in*

(*a*) Ad finem, *ex officinâ Balthaſaris Laſii, menſe Martio, anno M. D. XXXIX.*

(*b*) *Vuolphango Comiti Stalbergenſi ac Vuernigerodenſi, præpoſito Eccleſiæ Halberſtatenſis Janus Cornarius S. D. ——— Sive ipſe Conſtantinus Cæſar hos libros congeſſit, velut præfatio* ἀνώνυμος, *operi præmiſſa teſtatur; ſive ille ipſe, qui præfationem ſcripſit, operis author itidem fuit, atque hôc modo Cæſari nuncupare voluit; mihi ſanè juxta præfationis teſtimonium ad ipſum Conſtantinum Cæſarem hi libri referendi videntur: & propterea exemplar Græcum, quod unicum habui à veteri amico meo Matthæo Auro Gallo Boemo mihi ſuppeditatum; quum omni inſcriptione careret, & vago ac incerto autore aberraret, & haud dubiè deſpicatius ob id eſſet, ad proprium dominum velut fugitivum reduxi, & velut mancipatum in libertatem aſſerui, atque autoris ſui nomen ipſi publicè præfixi. Fuit autem hic Conſtantinus quartus cognomento Pogonatus* &c. *Vale, Stalbergæ Idib. Feb. M. D. XXXVII.*

(*c*) Huic opuſculo Carolus Stephanus inſeruit elegantiſſimum, quod ex Italiâ nuper attulerat, poëmatium de Salicis nymphæ in arborem ſui nominis transformatione.

(*d*) Fabric. Biblioth. Gr. lib. 3. c. 23. pag. 575. & Simler. Biblioth.

*in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . Paris. 1538.

Nicomachi Geraſini Arithmeticæ libri duo, Græcè, nunc primùm typis excuſi in lucem eduntur: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . Paris. 1538.

Cutheberti Tonſtalli de Arte ſupputandi libri quatuor: *ex officinâ Roberti Stephani* 4. *XVI. Cal. Nov.* . . . Paris. 1538.

Magica Zoroaſtri Oracula, Græcè; cum Græcis Plethonis Scholiis: *apud Joannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . . Paris. 1537.

Porphyrii Iſagoge, Græcè; cum P. Joan. Olivarii Valentini caſtigationibus, ex Græcis vetuſtis tum codicibus tum interpretibus Ariſtotelicis: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* (*a*) 4. Paris. 1537.

Aris-

(*a*) *Pet: Joan. Olivarius Valentinus Philoſophiæ Studioſis S. Cùm libri Ariſtotelis anteactorum ſæculorum infelicitate ac multis incommodis vel mutili vel perverſi eſſent, & noſtrorum temporum ſucceſſu tum Arabum corruptiſſimis tranſlationibus, tum Holchoti & Bricoti fœdiſſimâ barbarie ſqualidi circunferrentur;* ——— *primus (quod ſciam) Hermolaus Barbarus publicâ profeſſione nonnihil lucis excellentiſſimo Philoſopho attulit; ſed non citra invidiam eruditiſſimorum virorum. Non minore æmulatione, imò majori ſui nominis periculo, idem fecit Jacobus Faber Stapulenſis, vir tum probus, tum eruditus, quòd tum, cum hæc è politioribus authoribus colligeret, in caſtris inimicorum verſaretur: hinc eſt, ut tepidiùs ac remiſſiùs quàm pro hominis exiſtimatione negotium Philoſophicum tractaverit. Accuratiore diligentiâ rem ipſam aggreſſus eſt Auguſtinus Niphus Sueſſanus, conquiſitis variis exemplaribus Græcis, adhibitiſque Græcis Ariſtotelis interpretibus. Juvit utcunque Nicolaus Leonicus, vir (ut audio) ſummâ eruditione. Præſtitit multum Petrus Daneſius utrâque linguâ ac omni diſciplinarum genere erudititiſſimus; & poſthac præſtaturus eſt, abſolutis Commentariis quos in Ariſtotelem parturit. Ut interea dicam, quantis ſudoribus hoc idem conſtiterit Soario Medico Hiſpano, literatorum omnium & inprimis Jani Laſcaris & Theocreni judicio, in literis Græcis exercitatiſſimo, verſis nonnullis Dialecticæ libris. Egregium Symbolum dedit quoque Gineſius Sepulveda Hiſpanus Bethicus, doctis tranſlationibus, quæ paſſim Lutetiæ viſuntur. Cæterùm, cùm iſtis tam feliciter in hâc interpretatione laboratum eſſet, adeò ut nihil in hujuſmodi editionibus deſideraretur tantùm deprehendimus, non convenire inter eos in hôc genere: id effecerat varietas Græcorum codicum. Nam Hermolaus uſus fuerat exemplari Bibliothecæ Beſſarionis Cardinalis; Leonicus, eodem; Faber, Aldino mendoſiſſimo; Auguſtinus Niphus, vetuſtiſſimo, qui fuerat Pontani. Daneſius nactus erat codicem, qui olim fuit divi Hilarii Epiſcopi Pictavienſis; Soarius Medicus, alium quendam Bibliothecæ Vaticanæ, quem Leo decimus miſerat Cardinali Toletano. Itaque factum eſt, ut omnes iſti gloriolam tranſlationis ſummopere ambirent; quâ occupati, nihil promoverunt caſtigandis exemplaribus; tam erant intenti vertendis ad proprietatem Latini Sermonis libris Ariſtotelis. Quod nobis tametſi rudibus & pinguiore Minervâ occaſionem fecit, & ad reſtituendos innumeros locos invitavit.* ——— *Cùm ſtatuiſſemus vobis dare Ariſtotelem integrum & omnibus mendis purgatum, commodùm cœpimus*

Ariſtotelis Prædicamentorum liber, Græcè; permultis nitori priſtino reſtitutis, cùm ex vetuſtis codicibus, tum ex interpretibus Græcis, per P. Joan. Olivarium Valentinum: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . . Paris. 1538.

Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum libri decem, Græcè: *excudebat Joannes Lodoicus Tiletanus.* 4. *Menſe Februario.* . . Paris. 1538.

Philippi Melanchthonis de Dialecticâ libri quatuor; & de ſedibus argumentorum, Georgio Vallâ authore: *apud* CRATONEM MYLIUM. (*a*) 8. . . Argent. 1538.

Joannis Philippi Bergomatis Supplementum Chronicorum in 17. libros diviſum: *apud Sim. Colinæum.* fol. . . . Paris. 1538.

Herodoti Clio, Græcè: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . . . . Paris. 1538.

Appian. Alexandrin. Hiſtoriæ, Latinè, P. Candido interprete; & Vell. Patercul. *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani* (*b*) fol. *Cal. Febr.* . Paris. 1537.

T.

*pimus ab organo —— Cæterum ſpecimen præbuimus primum in Iſagoge Porphyrii, quæ tanquam præludium Organo præfigitur, ut ex eâ conjectaretis, nos in reliquis vel nullam perdituros operam. —— Quòd ſi fortè contigerit nobis Ariſtarchus aliquis, talari veſte, caperatâ fronte, torvis oculis, ſeveritate plusquam Catonicâ, qui noſtra rejecerit, feremus id æquo animo, modò ipſe adferat meliora. Nam hæc noſtra opera non aliud ſpectat, quàm ut vel omnium utilitati conſulatur. Id quod ex animo facit Chriſtianus Wechelus, & indies vel maximè cupit. Is enim novis & nitidiſſimis typis Græcis dat vobis Iſagogen tantâ diligentiâ* * *correctam, ut nihil correctius; nec putem eſſe aliquem tam averſum à Muſis, qui cùm Wecheli animum in ſtudioſos omnes viderit, modò habeat rationem & laborum & ſumptuum, non libenter numeret ei. Interea valete. Lutetiæ.* Ad finem adjiciuntur *Caſtigationes in Iſagogen Porphyrii ex vetuſtis exemplaribus; quibus facile erit judicare, quàm mendoſa ſint exemplaria Aldina & Bebeliana.*

(*a*) Ad finem, *Ann. M. D. XXXIX. Menſe Mart.* Præmittitur Joannis Sturmii ad Gulielmum Sturmium patrem Epiſtola Argentinæ Cal. Februariis 1538. data, quâ ſuis fratribus, qui Lovanii educabantur, hoſce libros dialecticos commendat.

(*b*) *Michael Vaſcoſanus nobiliſſimis Germanis Carolo Humierio Abbati S. Quintini & Jacobo Humierio adoleſcenti generoſiſſimo S. P. D. —— A me & Patriæ calamitas & tot locis perturbationes & clades mœrorem quodammodo & lachrymas, velut jure ſuo, flagitant.* &c. *Valete, Pariſiis, ex typographiâ noſtrâ, tertio Cal. April.* 1538. In hâc Epiſtolâ Vaſcoſanus Humeriæ familiæ claritatem laudat; & adjicit *in eandem familiam, à nominis Gentilitii etymologiâ paræneticon Ludovici Cyanei*

* Ad calcem adnotatur unicum erratum unius tantùm literæ, ὑψεϛῶτα pro ὑφεϛᾶτα.

T. Livii Hiſtoriarum Decadis primæ liber tertius: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. Paris. 1538.

Turcicarum rerum Commentarius Pauli Jovii Epiſcopi Nucerini, ex Italico Latinus factus, Franciſco Nigro Baſſiannete interprete: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. . . Paris. 1538.

Commentarius captæ Urbis, ductore Carolo Borbonio (quæ expugnatio contigit ann. 1527.), authoris innominati; cui adjecta ſunt poëmatia duo, Carolus ſive Vienna Auſtriaca, Carolus ſive Tunete, Anaſtaſii: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*a*) 8. *Non. Mart.* . Paris 1538.

Joan. Cæſarii Rhetorica: *apud Sim. Colinæum.* 8. 16. *Kal. April.* . . . Paris. 1538.

Jacobi Lodoici Strebæi de electione & oratoriâ collocatione verborum libri duo, ad Johannem Venatorem Cardinalem: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* 8. . . Paris. 1538.

Hermogenis Ars Rhetorica, Græcè.: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . . Paris. 1538.

Ejusd. Ars Rhetorica, de Inventione libri quatuor, de Formis Orationis libri duo, de methodo Gravitatis; & Aphthonii Præexercitamenta; Latinè, Antonio Bonfine Aſculano interprete, cum ejus Epiſtolâ ad Matthiam Ungariæ & Boemiæ regem: *apud Sebaſtianum Gryphium.* 8. . . . . Paris. 1538.

Demoſthenis Orationes Olynthiacæ tres, & Philippicæ duæ, Græcè; in uſum puerorum

recte

*nei carmen*; quod ſic incipit;

*Seu vos Hummerios humerus, ſeu dixerit humor,*
*Non temere hoc nomen veſtra propago refert.* &c.
*Sic veſtris humeris innixa eſt Belgica tota,* &c.
*Sic quoque ſi veſtrum veluti deſideret imbrem*
*Belgico conſilium, protinus aruerit.* &c.

Ludovicus itaque Cyaneus (de quo Annal. Typogr. Tom. 2. p. 299. & alibi paſſim) artis poëticæ non minùs quàm typographicæ gnarus fuit.

(*a*) Huic editioni præfigitur Epiſtola Joachimi Camerarii ad Danielum Stibarum Tubingæ Suevorum XV. Cal. Jun. data, quâ, *Commentarium*, ait, *ſcito illum nobis ab A. Palæoſpyro miſſum, cui nos verſus Cæſarianos adjecimus.*

rectè Græcè diſcere cupientium ſeparatim editæ: *apud Nicolaum Brylingerum.* 8. . Baſil. 1538.

Luciani Deorum dialogi viginti quatuor; Græcè: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. Paris. 1538.

Iſocratis Phraſeologia Græco-Latina, *per Michaelem Neandrum.* (*a*) 8. . . Baſil. 1538.

Iſocratis Orationum omnium Analyſis, authore Conrado Clauſero. (*b*) 8. . . Baſil. 1538.

Cicer. Orator ad Brutum, cum adnotationibus Phil. Melanchthonis: *apud Franciſcum Stephanum.* 8. . . Paris. 1538.

Ejus Topica cum Joannis Viſorii Cœnomani Commentariis nunc primum natis & excuſis: *apud Petrum Regnault.* 4. . . Paris. 1538.

Ejusd de Orator. Partition. dialogus, Jacobi Strebæi ac Georg. Vallæ Commentariis illuſtratus; & de optimo genere Oratorum: *apud Fran. Gryphium.* 4. . . Paris. 1538.

Ejusd. Orat. pro L. Murenâ, adnotationibus Bart. Latomi illuſtrata: *apud Fran. Gryphium.* 5. . . . . Paris. 1538.

Ejusd. Orat. pro M. Cœlio, cum argument. & adnotat. margin. Bart. Latomi: *apud Fran. Gryphium.* 4. . . . Paris. 1538.

Ejusdem Eadem: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* Paris. 1538.

Ejusd. Orat. pro P. Seſtio: *apud Fran. Gryphium.* 4. . . . Paris. 1538.

Ejusdem Eadem: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* 4. Paris. 1528.

Ejusd. Orat ante exilium, poſt reditum, & ad Quirites, cum argumentis ſingulis Joan. Sturmii: *apud Fran. Gryphium.* 4. . Paris. 1538.

Ejusd. Orat. in Piſonem, Q. Aſconii Pædiani Commentariis illuſtrata: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* . . . . Paris 1538.

(*a*, *b*,) Fabric. Biblioth. Græc. lib. 2, cap. 26, p. 910.

Ejusd.

Ejuſd. Orat. pro C. Rabirio perduellionis, reo, cum Franc. Sylvii Commentariis & artificio: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. Paris. 1538.

Ejuſd. de Aruſpic. reſponſis; cum not.: *apud Michaelem Vaſcoſanum:* 4. Paris. 1538.

Ejuſd. Orationum volumen primum: *apud Simonem Colinæum.* Paris. 1538.

Ejuſd. Tuſculan. Quæſtionum libri V. poſt Eraſmi emendati à Petro Bauduino Sampaulino reſtituti; cujus caſtigationes & ſcholia ſeorſim excudentur: *apud Joannem Roigny, excudebat Joannes Lodoicus.* (*a*) 8. Paris. 1538.

Ejuſd. Somn. Scipion. cum Schol. Pet. Joan. Olivarii; & Olivarii diſquiſitiones in Ciceronis Philoſophiam; & Cæl. Caloagnini diſquiſitiones in Cicer. officia; & Leon. Baptiſt. de cauſis Senatoriis; & Phil. Melanchthonis de lectione libror. de Offic. commentatiuncula: *in officinâ Robert. Winter.* 4. *Menſe Martio.* Paris. 1538.

In Ciceronis de Legibus libros tres Scholia & Caſtigationes: *apud Joannem Lodoicum Tiletanum.* (*b*) 4. Paris. 1538.

M. Fab. Quintiliani Inſtitutiones Oratoriæ cum Petri Gallandii argumentis: *apud Gervaſium* *Cheual-*

(*a*) *Generoſiſſ. adoleſcentib. Carolo Humierio Abbati D. Quintini apud Bellovacos & Jacobo Badonvillano Abbati D. Simphoriani Petrus Bauduinus S. Poſtquam inſtituendæ juventuti annos aliquot impenderam, ——— ecce rurſus ad eandem provinciam ——— revocor à Joanne Adamo qui gymnaſio noſtro præpoſitus eſt, & cujus auſpiciis tyrocinium poſui. Quum importunis amicorum precibus adductus, Ciceron. Tuſculanas Quæſtiones plurimorum exemplarium eorúmque vetuſtiſſimorum collatione emendatas: ſcholiis illuſtrare in animo haberem, vix ſcholaſticis prælectionibus tantum ſucceſſivi temporis ſuffurari licuit, ut quod orſus eram, pertexerem, editionem tamen ut præcipitarem, effecit Joannes Lodoicus chalcographus diligentiſſimus mihíque chariſſimus* &c. *Valete Pariſiis. Ex Scholâ Becodianâ. Idibus Aprilis.* 1538.

(*b*) Præmittitur huic editioni Acroſtichis verſuum Phalæciorum, quos inſcribit *Leodegarius à Quercu harùm lucubrationum Scholiaſtæ* ADRIANO TOURNEBUS. Ad finem paucæ adjiciuntur obſervatiunculæ, cum hâc monitione: *In hiſce quamlibet levibus obſervatiunculis, codicem, quem ſummâ fide paríque diligentiâ Joannes Lodoicus viri doctiſſimi operâ adjutus cæteris emendatiorem excudit, ſecutus ſum.* &c.

*Chevallonium.* fol. *Menſe Octobri.* Paris. 1538.

Ejusd. Declamationes : *apud Gerv. Chevallon.* fol. Paris. 1538.

Ejusd. Inſtitutiones, & Declamationes; cum annotat. Petri Moſellani in Inſtitutionum libros ſeptem priores, & Joach. Camerarii in primum & ſecundum ; & commentario Antonii Pini Portodemæi in tertium, nunc recèns edito : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* (*a*) fol. *Menſe Martio.* Paris. 1538.

Æſopi Vita ; & Æſopicæ Fabellæ plures quadringentis, quædam priùs etiam, multæ nunc primùm editæ, omnes pertextæ à Joachimo Camerario; Latinè; Fabulæ item Livianæ duæ & Gellianæ aliquot; nec non Politiani, Gerbelii & Eraſmi narrationes; cum (*b*) explicatione Græcorum locorum & indice : *ex officinâ Ulrici Morhardi.* 8. *Menſe Septembri.* Tubing. 1538.

Apoſtolii Bizantii Parœmiæ, Græcè : *apud Joannem Hervagium & Ioan. Eraſmium Frobenium.* 12. Baſil. 1538.

Jonæ Philologi aliquot Dialogi : *apud Simonem Colinæum.* 8. *Menſe Septembri.* Paris. 1538.

Ariſtotelis Poëtica Græcè & Latinè ſeorſim, Alexandro Paccio patritio Florentino interprete: *in officina Chriſtiani Wecheli.* (*c*) 8. Paris. 1538.

Li-

(*a*) Præfigitur Michaelis Vaſcoſani ad Johannem Morinum Proprætorem Pariſienſem rerum capitalium Epiſtola Pariſiis ſexto Calendas Junias 1538. data; quâ has Inſtitutiones Franciſco etiam Morino Johannis filio commendat.

(*b*) *Ornatiſſimo adoleſcenti Joachimo Pfintzing Vratiſlavienſi, Thomas Tilianus Sileſius S. cùm præeſſem elaborationi hujus libelli, —— placuit ad quædam loca annotare ea, quibus vel explicarentur, vel Græcis expoſitis, unde eſſent tranſlata, locupletarentur. &c. Vale, Tubingæ ex officinâ Morhardinâ. VII. Cal. Sept. M. D. XXXVIII.*

(*c*) Latinæ verſioni binæ præeunt Epiſtolæ; prior Gulielmi Paccii Alexandri filii ad Franciſcum Campanum Patavii V. Calendas Martias M. D. XXXVI. datâ, quâ indicat hanc verſionem à patre ſuo elaboratam à ſe poſt ipſius mortem, Vincentii Magii aliorúmque doctiſſimorum virorum ſuaſu, foras miſſam : poſterior Alexandri Paccii ad Nicolaum Leonicum, Venetiis V. Id. Oct. M. D. XXXVII. data; quâ ſcribit ſuæ Electræ obſervationibus Nic. Leonici illuſtratæ manum ſupremam à ſe impoſitam; miſſámque ad Leonicum Ariſtotelis Poëticam à ſe in Latinum, anno propè tertio abhinc, cùm

Ro-

Liber primus Iliados Homericæ, Græcè, cum Latinâ metricâ verſione & commentario Ioachimi Camerarii: *ex officinâ Cratonis Mylii Argentoraten.* (*a*) 4. . . Argent. 1538.

Ariſtophanis Comœdiæ undecim Latinâ proſâ ab Andreâ Divo Iuſtinopolitano tranſlatæ & Alexandro Farneſio Cardinali inſcriptæ. (*b*) 8. Venet. 1538.

Muſæi opuſculum de amoribus Herûs & Leandri, Gulielmo de Marâ paraphraſte, eruditis Ioannis Vatelli Cœnilienſis commentariis enarratum: *in officinâ Chriſtiani Wecheli* (*c*) 8. Paris. 1538.

Epigrammata Veterum poëtarum cum Epitaphiis & Epigrammatis Ioachimi Camerarii & Iacobi Micylli, Græcè; & Latinæ quædam Ioachimi Camerarii converſiones: *apud Ioannem Hervagium & Ioan. Eraſmium Frobenium.* 8. Baſil. 1538.

Perſii Satyræ ſex cum ſcholiis Ioannis Murmellii Ruremundenſis, & Hermanni Buſchii ad Murmellium Epiſtolâ prologi & primæ Satyræ explicatrice: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. Paris. 1538.

Terentii Comœdiæ; ſexta editio: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*d*) 8. *III. Non. Sept.* . Paris. 1538.

Suſſannæus de ratione componendorum verſuum.

Romæ eſſet, converſam; tribus vetuſtis admodum exemplaribus, uno præſertim ex Vaticanâ Bibliothecâ ſe adjutum; & ſuperioribus menſibus, cùm in hanc urbem Reip. ſuæ veniſſet orator, conſuluiſſe Gaſparem Contarenum, qui plurimis in locis annotavit & emendavit: ſe denique, cùm maximè vellet conſulere Leonicum, in hunc tamen diem diſtuliſſe; eo enim tempore Leonicus tragœdias illius recognoſcendas habebat. Lego in Simler. Biblioth. hanc Alexandri Paccii verſionem apud Robertum Winter ann. 1537. Baſileæ impreſſam; illúmque ſcripſiſſe quasdam tragœdias.

(*a*) Præfigitur Ioachimi Camerarii ad Bolgangum Auguſtum Severum Regiorum filiorum apud Ænipontes magiſtrum Epiſtola è Scholâ Tubingenſi III. Id. Octobr. M. D. XXXVII. datâ.

(*b*) Nugatoriæ hujus interpretationis cenſuram ab eruditis latam lege in clariſſ. Fabric. Biblioth. Gr. Lib. 2. cap. 21. p. 720.

(*c*) Habetur Ioannis Vatelli ad Ioannem Fabrum cantorem Regineum Cranotenſisque Eccleſiæ Canonicum Epiſtola Pariſiis ex Academiâ Haricuriana 15. Cal. April. 1514.

(*d*) Hæc ſexta editio eodem eſt charactere, quo quarta ann. 1534. nec omnino ab illa diſcrepat, niſi quòd illa paginas 466., hæc 455. numeret; & hæc Eraſmi Epiſtolam & de metris comicis diſſertationem in fine, illa in principio habeat.

ſuum. (*a*) 4. Paris. 1538.

Ovidii Faſtorum libri ſex, & elegia de medicamine faciei: *apud Fran. Gryphium.* 8. Paris. 1538.

Huberti Suſſannæi Legum & Medicinæ Doctoris ludorum libri nunc recèns conditi atque editi; item enodatio aliquot vocabulorum, quæ in aliis Dictionariis non reperiuntur, aut ſi forte paucula, aliter explicantur, ex collectaneis P. H. Suſſannæi; item Perona abſeſſa: *apud Simonem Colinæum.* (*b*) 8. Paris. 1538.

Catonis Diſticha de moribus, cùm Latinâ & Gallicâ interpretatione & accentibus, & Epitome Eraſmi in ſingula Diſticha; hæc in gratiam Riverii ſui curſim obibat Car. Stephanus: *Imprimebat Franciſco Steph. privigno Simon Colinæus. M. D. XXXVIII. Quinto Idus Octobris.* (*c*) Et

Dicta Sapientum Græciæ, aliis Sententiis explicata, & vulgaribus verſibus reddita: *Imprimebat Simon Colinæus pro Franciſco Stephano privigno ſuo, poſtridie nonas Octob.* (*d*) 8. Paris. 1538. Salmon.

(*a*) Bibliothec. Bigot. Part. 2. p. 149. n. 2264.

(*b*) Suſſannæus tertio ludorum libro inſeruit hoc ad Simonem Colinæum Epigramma.

*Colinæe, tuis cognomen moribus aptum*
*Refers, decúsque nobile*
*Mente agitas, & jam te animis cœleſtibus addis,*
*Relevando inopiam pauperum.*
*Divitias è theſauro dum promis in illos*
*Tuo, novum in cœlo extruis,*
*Et tibi concilias Chriſtum Chriſtique parentem.*
*Paras adhæc amiculos,*
*Non illos certè fucoſos: infimus orbis*
*Quales alit, ad fæcem cadis*
*Siccatis fugientes; te ſitienter amici*
*Stabiles tui expectant Jovis.*
*In templo: quò fata velint te ſerò redire,*
*Sororum idoneum novem*
*Inventis; quæ venturum transmittis in ævum*
*Pulcherrimis typis. Deus*
*More tuo reliquam faxit traducere vitam,*
*Suisque donis impleat.*

(*c*) *Car. Steph. Riverio ſuo S. Admonuiſti me perſæpe, ut vulgaria illa Catonis præcepta familiari quâdam interpretatione tibi etiam vulgaria facerem: nunc verò impellis, cogis* &c. *Modò ne quidam obſtrepant, adſutos hìc Corderii Commentariolos* &c. *Scripſit doctè & eruditè Corderius: quapropter ipſius interpretationem noluimus noſtris nugis labefactare.* &c.

(*d*) *Car. Steph. Riverio ſuo S. Meritò te amo, vel potiùs libertatem loquendi tuam: —— ais autem puerilibus nugis me plùs æquo inſiſtere* &c. *Ego præcepta Catonis de moribus longè graviora eſſe cenſeo, quàm ut puerilia dicantur.* &c. *Tu verò interim, ut poſthac rectiùs ſapias, Dicta Sapientum accipito* &c.

Salmon. Macrini ſeptem Pſalmi in Lyricos numeros verſi, & ejusd. Pæanum libri quatuor; *ex officinâ Marneſiorum fratrum.* 8. . Pictav. 1538.

Monodiæ Illuſtrium aliquot perſonarum Veteris atque Novi Teſtamenti : autore Franciſco Bonado Santonenſi, à Sacris Muſis Angeriæ Presbytero, in libros tres tripartitæ : *apud Simonem Colinæum.* 12. . . . Paris. 1538.

Joan. Vulteii Inſcriptionum libri duo, & Xeniorum libellus : *apud Sim. Colinæum.* 12. Paris. 1538.

Ejusd. Hendecaſyllaborum libri quatuor : *apud Sim. Colinæum.* 12. . . Paris. 1538.

Steph. Doleti Carminum libri : *apud Steph. Doletum.* . . . . . Lugd. 1538.

Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabetum, Introductio, ac legendi modus longè facillimus; Guilielmi Poſtelli Barentonii diligentiâ : *proſtant Pariſiis apud Dionyſium Leſcuier; excudebat P. Vidouæus Vernolienſis typis ac characteribus ſuis menſe Martio anno à partu Virgineo* 1538.

Ejusdem Grammatica Arabica : *væneunt Pariſiis apud Petrum Gromorſum.*

Ejusdem Guilielmi Poſtelli Baren. Dolerienſis de originibus, ſeu de Hebraicæ Linguæ ac gentis antiquitate, déque variarum linguarum affinitate liber : *proſtant apud Dionyſium Leſcuier; excudebat Petrus Vidouæus Vernolienſis typis ac characteribus ſuis vigeſimâ ſeptimâ Martii.* (*a*) 4. Paris. 1538.

Theo-

(*a*) De hac editione nonnihil priùs dictum eſt Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 111. Verùm quoniam hi tres tractatus non tantùm rariſſimè occurunt, ſed materiam etiam notabilem, curioſam nec infrugiferam continent : in horum deſcriptione & notitiâ immorari operæ pretium duco. In libri totius fronte, variarum linguarum characteribus (Latinæ, Græcæ, Hebraïcæ, Chaldaïcæ, ſive Syræ, Samaritanæ, Arabicæ, Indicæ ſive Æthiopicæ) imprimitur hæc Sententia, *In magnis voluiſſe ſat eſt.* Δυσχερῶν ἐπιθυμεῖσθαι πολύ. רב בהגדולות רצון &c. Linguæ, de quibus tractatur, ſunt hæ; *Hebraïca; Chaldaïca; Chaldaïca recentior, quam à tranſitu fluminis vocant; Samaritana, quæ priſca Hebraica eſt; Arabica vel Punica; Indica* (ſive Æthiopica); *Græca; Georgiana; Tzerviana : Hieronymiana ſive Illyrica; Armenica; Latina.* Initio habetur Guilielmi Poſtelli ad Petrum Palmerium

Theodori Gazæ Introductionis Grammaticæ libri quatuor, Græcè & Latinè: *apud Nicolaum Brylingerum.* 8. *Menſe Junio.* . . Baſil. 1538.

Johan-

merium Archiepiſcopum Viennenſem Epiſtola Non. Ianuar. 1538. data: ad quem ſic; —— *Tu aliquando mihi apud te dicebas opus eſſe iſtos varios characteres edere in lucem, ut exteris nationibus oſtenderemus, etiam Gallis ſua non deeſſe ingenia* &c. *Neceſſe fuit, characterum formatorum penuriâ, tabulis exaratis ſculptiſve omnia edere; quibus perſolvendis quum ipſe his proximè elapſis diebus non adeſſes, mihi ſinè ære alieno ſatis eſſe non poteram. Ita enim (ut ſoleo preſſus ſæpius conqueri) eram exhauſtus & rerum ob libros coemptos & peregrinationem nudus, ut parum mihi ſupereſſet, unde hanc vitam Philologicam tolerarem. Aliud & id quidem difficillimum magìs angebat animum meum, quomodo tam varii characteres, qui etiam dum rectà & pro ſuo more ſcribuntur, ſuis hominibus maximum faceſſunt negotium, poſſent omnes à me inverti, ut illos ſculptoribus nusquam quicquam tale antea expertis deſignatos traderem. Utramque tamen, ut potui, difficultatem non ſinè temporis & rerum diſpendio, ut tibi obſequendo reip. inſervirem, ſuperavi —— Malo enim me obæratum quàm in remp. parum propenſo eſſe animo.* &c. Proximè ſequitur Michaëlis Scutarii ad Antonium Patuletium Secretarium regium Epiſtola: in quâ hæc; —— *Poſtellus noſter, ubi Latinis Græca & Hebraïca conjunxiſſet, in Phyſicis & Mathematicis ſed præcipuè in Coſmographiâ diligentiſſimè verſatus, —— voluit Africæ celebria littora, Aſiæ minoris notiora, Europæ Orientales partes — diligenter perluſtrare &c. Tandem quum videret illìc ſinè interprete aut linguarum peritiâ hominibus noſtris non eſſe integrum verſari; rediens —— obſervatis linguarum differentiis, illam præcipuè perdiſcendam elegit, quam aſſerit, ſi occiduas & Arcticas Europæ partes excipias, in tota terrarum orbe communem, quæ eſt Arabica.* &c. *Quum poſt peractam peregrinationem ſe apud me pro veteri noſtrâ amicitiâ & conſuetudine recepiſſet, eſſétque aſſiduus in illis Arabicis ſeu contemnens alios tam varios litterarum, quos ſparſim attulerat, characteres, coegi hominem non ſinè multis precibus, ut illos in lucem ederet.* &c. *Hábes in hôc libro præclariſſimas hiſtorias, de diverſis Chriſtianis in variis partibus orbis agentibus, déque illorum vario ritu, lectu & auditu jucundiſſima. Vale, & Scutarium tuum ama.* &c. Deinde habes ſingulas in linguas antea memoratas introductiones; & in earum plerisque, nomina eorum, qui de Grammaticâ tractatus aliquos dederunt. Laudat *Danielem Bombergum, cujus officio debemus Hebraïcas literas; Johannem Potkenum, qui nobis Pſalmos Davidicos & Cantica Canticorum in linguâ Chaldaïcâ* (ſive Ærhiopicâ; vide Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 121.) *excudi curavit*: inter recentiores, qui de Latinâ Grammaticâ egerunt, commendat *Aldum Manutium* & *Perottum*, *Thomam Linacrum*, qui de Syntaxi ſcripſit; *Melanchthonem*, qui de Syntaxi & Quantitate; *Eraſmum*, qui de Syntaxi; *Murmelium*, qui tabulas de Quantitate; *Fabrum Stapulenſem*, qui compendium Grammatices in gratiam Regiorum liberorum: ſuadet, ut verſus illi, quos aut *Antonius Nebriſſenſis* aut *Joannes Deſpauterius* aut *Jodocus Badius* ediderunt, ediſcantur, quoad aliquis doctior rem ipſam carmine tractet: monet Diſcipulos, ut Alexandrum illum Theopagitem & ejusdem farinæ hominem Græciſmum cum ſuis interpretibus devitent; illis enim barbariem debemus. In fine hujus Tractatûs, Poſtellus lectori indicat ſe ſuum librum cui juvenis titulum de Affinitate Linguarum & Hebraïcæ linguæ Antiquitate fecerat, edere in lucem, authore Franciſco Vatablo lectore Regio, quo præceptore literarum Hebraïcarum uſus eſt. Tractatum, in quo Grammatica Arabica pertexitur, ſecundum Poſtellus inſcribit Joanni Olivario Epiſcopo Andegavenſi, cujus beneficio fatetur ſuam hanc Grammaticam nunc prodire: tertium de Originibus & Hebraïcæ linguæ antiquitate, dedicat Joanni Bellaio Tit. divæ Cæciliæ Cardinali; cujus beneficia in eruditos viros, Jovium, Rabelæſum, Bigotium alióſque commemorat; & illa

libro-

Johannis Deſpauterii Ninivitæ Commentarii Grammatici: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*a*) fol. *XIIII. Cal. April.* . . . Paris. 1538.

Deſpauterii Rudimenta, tertio edita, in tres partes

librorum Punicorum xenia, quibus ſub hôc anni principio ab eo donatus fuerat. Ad hujus tractatus calcem ſubjungit quatuor Catalogos; vocum quarundam Arabicis & Hebræis communium; vocum Indicis & Hebræis communium; vocum Latinis, Gallis & Hebræis communium; vocum Græcis & Gallis communium. Omnia claudit hôc diſticho:

*Lectori candido.*

*Si quid in hôc melius deſcripſerim, amice, libello,*
*Id Chriſto referas; ſi malè, parce precor.*

(*a*) Quo tempore ſingulæ horum Commentariorum partes primùm prodierunt, ex Epiſtolarum, quæ ſingulis præfiguntur, ſubſcriptionibus conſtabit. I. Deſpauterius nuncupat *Rudimenta* Joanni Vineano Wormholtenſi compatri ſuo, Epiſtolâ Gominii Quarto Idus Decemb. M. D. XIIII. datâ. II. *Primam Partem*, ſive Grammaticæ libros ſex, Balduino Braets Pontificii juris Doctori & Sacerdoti, Epiſtolâ Bergis apud divum Guinnocum, 17. Cal. Sept. anno ſeſquimilleſimo duodecimo datâ; in quâ Alexandri Doctrinale improbat; & celebrat Grammaticæ Artis ſcriptores, in Italiâ, *Nicolaum Perottum*, *Joannem Sulpitium*, *Antonium Mancinellum*, & *Aldum Manutium*; in Galliâ, *Gulielmum Tardivum*, *Robertum Guaguinum*, & *Jodocum Badium*; in Hiſpaniâ, doctiſſimum Hiſpanorum *Antonium Nebriſſenſem*; in Germaniâ, *Henricum Bebelium*, & *Iacobum Henrichmannum*; item præceptorem ſuum *Gerardum Cannifium* Theologiæ Baccalaureum & Archididaſcalum Boſcoducenſem; necnon *Hermannum Torrentinum* Hollandum, & *Ioannem cuſtodem Brechtanum*, juventutis Antverpianæ moderatorem ſuúmque olim præceptorem; qui ambo Alexandrinos verſus partim emendârunt, partim ſuperfluos reſecuerunt. III. *Syntaxin*, Martino Dorpio & Nicolao Boſcoducenſi Theologis; & Jodoco Læto Juris-Conſulto; Bergis apud divum Guinnocum, ſexto Idus Julias, anno ſeſquimilleſimo tertio decimo. IV. *Artem Verſificatoriam*, Georgio Haloino, Domino Haloini & Comminii, Bergis apud divum Guinnocum, feſto divi Nicaſii, anno milleſimo quingenteſimo decimo: *Artis Verſificatoriæ librum Primum*; Joanni Laurentio Haſebroucano, muſico nobili; ex Bergis XVII. Cal. Jan. M. D. X. *Secundùm*, Nevio Hondiſcotano Theologo, & apud Lovanios Lillanorum moderatori ſuóque præceptori; ex Bergis, X. Cal. Jan. M. CCCCCXI. V. *De Accentibus & Punctis*, Jacobo Bueno & Euſtathio Scoto Haſebrocanis Sacerdotibus, & Paſcaſio Valcravio Hondiſcotano muſico ac Sacerdoti; ex Bergis, divi Guinnoci, Cal. Maii. 1511. VI *De Carminum generibus*, Martino Dorpio Maldiceno Theologiæ baccalaureo oratori & poëtæ atque Jacobo Papæ ſummo Inſulenſis ludimagiſtro ac poëtæ; Bergis, apud divum Guinnocum, Non. Maii. VII. *De Figuris*, Joanni Molino Canonico Tornacenſi & Nerviorum decori; ex muſæo noſtro Comminienſi, 4. Non. Feb. anno ſeſquimilleſimo XIX. VIII. *Artem Epiſtolicam*: IX. *Orthographiam*, Barptolomæo Nicolao Bybliographo. De hôc ultimo Orthographiæ libello ſic ſtudioſos alloquitur Levinus Crucius Aldinardinus: ——— *Ecce quam annis ſuperioribus primus ego & ſolus quidem propitiâ venatus ſum Deliâ, felicitérque captavi prædam, Orthographiam videlicet Johannis Deſpauterii, artem quidem à paucis tractatam, paucioribus cognitam, pauciſſimis obſervatam* &c. *Eſt autem, ut, quod res eſt, ingenuè fateamur, manca, imperfecta, & indubiè craſſiori Minervâ, quàm decreverat Ninivita, conſcripta: cæterum haud quaquam hoc fraudi debebit eſſe authori* &c. *Ex muſæo noſtro Græco-Latino Becepen. ipſis Nicolai feriis. M. D. XXVIII.*

partes diviſa; cum quæſtiunculis de Pœnitentiâ: *apud Simonem Colinæum.* 8. . Paris. 1538.

Laurent. Vall. de Elegant. Ling. Lat. & Reciproc. & Epitom. Jodoc. Bad. & Anton. Mancinell. Limâ: *apud Simonem Colinæum.* 4. *menſe Februario.* . . Paris. 1538.

Rudimenta Tho. Linacri Latinè, Georg. Buchanano interprete: *ex officinâ Roberti Stephani* 4. Prid. Id. Decemb. . . Paris. 1538.

Eraſm. de dupl. Copiâ Commentarii duo: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. . . Paris. 1538.

Eorundem Epitome: *in officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. . . . . Paris. 1538.

Iidem, cum Commentariis M. Weltkirchii Oratoriæ Profeſſoris in Scholâ Wittenbergenſi: *apud Joannem Gymnicum.* (*a*) 8. . Colon. 1538.

Andreæ Salernitani Bellum Grammaticale: *ex officinâ Nicolai Buffet.* 8. . . Paris. 1538.

Eraſm. de Conſtructione libellus Scholiis Petri Primæi illuſtratus; & Gerard. Liſtr. de octo figur. conſtructionis; & acceſſione ex Deſpauterio: *apud Michaelem Hillenium.* 8. . Paris. 1538.

De octo partium Orationis conſtructione libellus, cum Commentariis Junii Rabirii: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IIII. Cal. Junii.* Paris. 1538.

Idem, cum iisdem: *apud Guilielmum le Bret.* 8. . . . . Paris 1538.

Naturæ Infinitivorum, Gerundiorum, & Supinorum: *apud Franciſcum Stephanum; imprimebat Franciſco Stephano privigno Simon Colinæus.* 8. *Pridie Cal. Auguſti.* . . . Paris. 1538.

De rectâ Latini Sermonis pronuntiatione: *apud Franciſcum Stephanum.* 8. . Paris. 1538.

Bar-

(a) Phil. Melanchthon in Epiſtolâ ad Petrum typographum Haganoenſem datâ indicat Weltkirchium huic Commentario propter immaturam mortem addere manum ſupremam non potuiſſe.

Bartholomæi Trehernii Angli ad Thomam fratrem paræneſis, ut Chriſtum illiúsque doctrinam, quæ noſtro ſæculo è Sophiſtarum latebris feliciter erupit, amplectatur: *Chriſtianus Egenolphus excudebat.* 8. — Francof. 1538.

Commentariorum Linguæ Latinæ Tomus ſecundus, Stephano Doleto authore: *apud Sebaſtianum Gryphium.* — Lugd. 1538.

Roberti Stephani Dictionarium Latino-Gallicum (*a*) Theſauro noſtro ita ex adverſo reſpondens, ut extra pauca quædam aut obſoleta, aut minùs in uſu neceſſaria vocabula, & quas conſultò prætermiſimus, authorum appellationes, in hôc eadem ſint omnia, eodem ordine, ſermone patrio explicata: *excudebat Robertus Stephanus in ſuâ officinâ.* (*b*) *IIII. Non. Sept.* — Paris. 1538.

Biblia Latina, 4. vol. (*c*) 16. — Paris. 1538.

Eadem ex Hebræo, operâ Seb. Munſteri: *apud Froſchoverum* (*d*) 4. — Tigur. 1539.

Novum Teſtam. Lat. *typis Franciſci Gryphii.* (*e*) 16. — Paris. 1539.

D. Paul Epiſtol. Latin. cum Schol. Joan. Gagnæi: *apud Simonem Colinæum & Galliotum à Prato.* 8. — Paris. 1539.

Biblia

(*a*) Scil. ann. M. D. XXXVI.

(*b*) *Rob. Stephanus lectoribus. Habent à nobis munus noſtri cives. Quàm magnum, nihil dico. Unum hoc dico, novum & inuſitatum. Quod quum jam eſſet pridem à nobis inſtitutum, poſtea intermiſſum diu, deinde repetitum, aliquando tandem abſolutum & confectum eſt.* &c. *Quid aut ad meorum civium excitanda in literis ſtudia majus; aut ad conſequendi facultatem, explicandíque ſcientiam difficilius; aut àd inſignem erga meos beneficentiam præclarius & illuſtrius hôc tempore excogitari potuit, quàm Latini Sermonis velut opes ad domeſticos uſus traducere? latentem adhuc linguæ noſtræ gazam exponere? ornamenta ejus proferre? copias explicare? denique propemodum efficere (nondum enim ipſe mihi ſatisfeci) ſed tamen magnâ ex parte conſequi, ut noſtra hæc, quam inopem vulgò credebant, neque, ſi cum illâ comparetur, multo pauperior; neque minùs multo ornata eſſe videatur? Quâ in re nos mediocri, aut multo etiam minore ingenio, ſed magno tamen labore magnâque induſtriâ uſi ſumus: cujus ſunt optimi teſtes ii, qui nos ſuâ in his ſuſcipiendis authoritate & conſilio, explicandis ſcientiâ & judicio adjuverunt.* &c.

(*c*) Hæc editio eſt in Long. Biblioth. Sacr. ſed ſinè nomine typographi.

(*d*, *e*,) Long. Biblioth. Sacr.

Biblia Italica Bruccioli : *apud Barth. Zanettum* (*a*) 4. . . Venet. 1539.

Pſalmi ſeptem pœnitentiales Italic. ex verſione Petri Aretini. (*b*) 8. . . Venet. 1539.

Biblia Germanica Lutheri : *apud Joan. Lufft* (*c*) fol. . . . Witteberg. 1539.

Nov. Teſtam. Saxonic. ex verſione Jo. Bugenhagii. (*d*) 4. . . . Magdeb. 1539.

Idem, Gallicè : *ſub inſigni gladii.* (*e*) 12. 1539.

Biblia Anglica recognita per Richardum Tavernier : *apud Biddel.* (*f*) fol. . . Lond. 1539.

Precatio Dominica in ſeptem portiones diſtributa, per Eraſmum : *apud Chriſtianum Wechelum.* 8. . . . . Paris. 1539.

D. Dionyſii Areopagitæ ad Timotheum de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ Oratio, Græcè & Latinè; cum Græcis Scholiis, & Latinâ Dionyſii ad Polycarpum Epiſtolâ : *in officinâ Hervagianâ.* 8. . . . . Baſil. 1539.

D. Juſtini admonitorius ad gentes liber, Græcè : *in ædibus Carolæ Guillard ; excudebat Joannes Lodoicus.* 4 . . . . Paris. 1539.

D. Joan. Chryſoſtomi Homilia, quòd nemo læditur, niſi à ſe ipſo; Græcè : *ex officinâ Rutgeri Reſcii.* 8 . . . Lovan. 1539.

D. Ambroſii Opera : *apud Gervaſium Chevallonium.* fol. . . . Paris. 1539.

Durand in Sententias : *apud Joan Roigny.* (*g*) fol. . . . . Paris. 1539.

Eraſmi Eccleſiaſticæ ſive de ratione concionandi libri quatuor : *væneunt ſub interſignio rubri caſtri*; *typis* Gulielmi Montani. 8. Antverp. 1539.

Ejusd. Modus orandi Deum : *apud Chriſtianum*

( *a, b, c, d, e, f,* ) Long. Biblioth. Sac. (*g*) Cordes. Bibliothec. pag. 42.

*num Wechelum.* 8. . . Paris. 1539.

Confeſſio Theologica tribus partibus abſoluta: *apud Vaſcoſanum.* (*a*) 8. . . Paris. 1539.

Guerrici Abbatis Igniacenſis Sermones, per Joannem de Gaigny Pariſinum Theologum, Regis Doctorem ac primum eleemoſynarium nuper in lucem editi: *apud Gervaſium Chevallonium.* (*b*) 8. . . . Paris. 1539.

Zoroaſtri Oracula, cum Comm. Plethonis Latinè, Jacobo Marthano Pictavienſi interprete: *apud Ioan. Lodoicum.* 4. . . Paris. 1538.

Galeni de affectorum locorum notitiâ Libri ſex, Latinè, Guilielmo Copo Baſilienſi interprete; poſt tertiam recognitionem iterum emendati: *apud Simonem Colinæum.* fol. . Paris. 1539.

Actuarius de Medicamentorum compoſitione, Latinè, Ruellio interprete: *per* CONRADUM NEOBARIUM (*c*) 12. *primâ Martii.* Paris. 1539.

Leonharti Fuchſii de medendi methodo libri quatuor; Hippocratis de Medicamentis purgantibus Libellus Latinè, nunquam priùs in lucem editus, Junio Paulo Craſſo interprete: *per Conradum Neobarium.* 12. . . Paris. 1539.

Compendium de victûs ratione, pro anni & ætatis partibus; ac de alimentorum facultatibus, authore Nicolao Pletio Vimaco: *apud Carolam Guillart.* 8. . . . Paris. 1539.

GEOPONICA; De Re ruſticâ ſelectorum li-

bri

(*a*) Cordes Bibliothec. pag. 92.

(*b*) Sinè anno eos omnes (paucis exceptis) Sermones vidi in Gallicum Sermonem verſos; *Sermons de Guerricus Abbé d'Igny tranſlatez de Latin en Langue Francoiſe, par Jehan de Gaigny, Docteur, Conſeiller, & premier Aulmonier du Roy: imprimé à Paris par Simon de Colines.* 8. *avec privilege pour cinq ans.*

(*c*) *Regi Franciſco Valeſio Dionyſius Corronius S. P. D. Compoſitiones Medicamentorum Actuarii, quas Joannes Ruellius Sueſſio annis aliquot, antequam è vitâ diſceſiſſet, Latinas fecerat, nuper recognovi, ſingulas authoris ſententias ad Græcum perpendens exemplar,* &c. *ex ædibus tui Cardinalis Turnonii, apud ſanctum Germanum à pratis.* 17. *Calendas Martias.*

bri XX. Græci, Conſtantino quidem Cæſari nuncupati, Io. Alexandri Braſſiacani operâ in lucem editi; item Ariſtotelis de Plantis libri duo Græci nuper ab interitu liberati, ac hâc primùm editione reſtituti: *impreſſi ſumptibus Roberti Winter.* ( Χειμερινοῦ ) (*a*) μουνυχιῶνος μηνός. . . . Baſil. 1539.

Caroli Stephani de re hortenſi libellus; item alius de cultu & ſatione hortorum: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Non. Decemb.* . Paris. 1539.

Artemidori Daldiani Philoſophi de ſomniorum interpretatione libri quinque, jam primùm à Jano Cornaro Medico Phyſico Francofordenſi Latina *linguâ conſcripti: per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium.* 8. *menſe Septembri.* . . . Baſil. 1539.

Ocelli Lucani de Univerſi naturâ, brevis & abſoluta qualitatum elementarium enarratio, Græcè: *per Conradum Neobarium regium typographum* (*b*) 4. . . . Paris. 1539.

Cleomedis Cyclicorum libri duo, nunc primùm typis excuſi: *per Conradum Neobarium regium in Græcis typographum; vaneunt partim Ioanni Lodoico, partim in cruce alba vici Divi Iacobi.* 4. *Maii* 30. . . . Paris. 1539.

Para-

(*a*) *Jano Suollæ Simon Grynæus S. D. Voluit Io, Alex. Braſſicanus noſter, liber hic beneficio fidêque ipſius ab inferis poſt tanta temporum intervalla erutus —— tui potiùs quàm ipſius nominis auſpiciis iret in publicum* &c. *Ariſtotelis de plantarum naturâ libros duos —— ad hoc usque tempus preſſos, cum iſtis Geoponicis exire in lucem voluit.* &c. *Eſſe Ariſtotelicum opus hoc ejus quid è Latio in Græciam retulit, ſive is (ut mihi videtur) Gaza, ſive Muſurus, ſive Laſcaris, ſive denique Planudes eſt, ex ipſius præfatione liquidè hìc apparet. Ipſum autem autoris nomen, cum aliquot primæ paginæ verſibus, obliteratum detritúmque fortè in noſtro exemplari deſiderabatur, qualiter ferè frontes librorum vetuſtorum minio præſertim ſcribi ſolent.* &c. *Vale; ac Oporini noſtri, cui in horum editione plurimum debemus, ſingularem in conquirendis & uſui ſtudioſorum publico conſecrandis veterum monumentis diligentiam, quàm plurimos iſtinc à tineis fide veſtrâ liberatos autores nobis ſuppeditando, tu & Braſſicanus noſter, ſic ut cœpiſtis, alere fovereque pergite.* &c. *Poſtridie Calen. Martii, M. D. XXXIX.* Ex Anonymi præfatione conſtat, libros duos illos, à neſcio quo Celto ( τις Κελτός ) ex Arabico in Latinum verſos, dein ex Latino in Græcum ab illo Anonymo tralatos. Hinc Latiniſmos paſſim obvios notat clariſſ. Alb. Fabricius, Biblioth. Græc. lib. 3. cap. 6. pag. 136.

(*b*) Fini additur πίναξ qualitatum ſedecim à Philoſophis Elementis quatuor aſſignatorum.

Paraphraſes Philoſophiæ naturalis à Fr. Vatablo recognitæ: *apud Io. Roigny & Io. Parvum, typis P. Vidouæi.* fol. . . . Paris. 1539.

Cebetis Thebani Tabula in Latinam linguam converſa, per Theodoricum Adamæum Suallembergum; & Pythagoræ Aurea Carmina Latinâ proſâ: *ex officinâ Chriſtiani Wecheli.* 8. Paris. 1539.

Jo. Ferrer. Pedemont. de animorum immortalitate: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. . Paris. 1539.

Ejusd. Auditum viſu præſtare: *apud Mich. Vaſcoſanum.* - . . Paris. 1539.

Pompon. Mel. cum not. Pet. Joan. Olivarii: *apud Sim. Colinæum.* . . Paris. 1539.

Xenophontis libri quatuor Cyri pædiæ poſteriores; ſcil. 5us. 6us. 7us. 8us. Græcè: *ex officinâ Chriſtiani Wecheli.* 4. . . Paris. 1539.

Libellus de tractandis equis; item Xenoph. de re equeſtri; Latinè; & Hiſtoriola rei nummariæ, ſive de nomiſmatis Græcorum & Latinorum; authore Joachimo Camerario: *ab Ulricho Morhardo.* 8. . . Tubing. Suev. 1539.

Herodian. Hiſtor. Latinè, Politiano interprete, cum Epitomis Jacobi Omphalii: *ex offic. Simonis Colinæi.* 8. . . Paris. 1539.

Salluſt. cum Comment. Laur. Vallæ; Omnib. Leoniceni, Aſcenſii, & Chrys. Soldi Brixiani: *in ædibus Ioannis Iacuini de Tridino.* fol. . Paris. 1539.

Cæſaris Commentarii: *apud Ioannem Lodoicum.* 8. . . . . Paris. 1539.

Florus cum annot. Jo. Pamertis; & Sext. Ruf. & Meſſal. Corvin. *Ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4 . . . . Paris. 1539.

Eutropius: *ex officinâ Simon. Colinæi.* 8. Paris. 1539.

Juſtini Hiſtoria, cum Commentariolo: *apud Michaelem Iſingrinium.* 4. . . Baſil. 1539.

| | | |
|---|---|---|
| Plin. de Vir. Illuſtrib. & Sueton. de Grammatic & Rhetorib. & Jul. Obſeq. de prodigiis: *in officinâ Roberti Stephani.* 8. *XI. Cal. Jan.* | Paris. | 1539. |
| Feneſtell. & Pompon. Læt. de Roman. Magiſtrat Sacerdot. & Legib. *Ex officinâ Simonis Colinæi.* 8. . . . | Paris. | 1539. |
| Paul. Æmil. de Geſt. Francor. cum Chronico: *Imprimebat Michael Vaſcoſanus ſibi & Galeoto à Prato.* (*a*). fol. . . . | Paris. | 1539. |
| Turcicarum rerum Commentarius &c. [ idem liber, qui priùs 1538 Sed tamen editio diverſa ]: *ex officinâ Roberti Stephani* 8. | Paris. | 1539. |
| Commentarius captæ urbis, cui adjecta ſunt poëmatia duo, Vienna Auſtriaca & Tunete [ utì & priùs ann. 1538 ] & de origine Turcarum Io. Bapt. Egnatii Libellus: *ex officinâ Roberti Stephani* 8. *Idibus Febr.* . | Paris. | 1539. |
| Claudii Coteræi Turonenſis de jure & privilegiis militum libri tres; & de officio Imperatoris liber unus: *apud Steph. Doletum.* fol. | Lugd. | 1539. |
| Alexandri ab Alexandro Neapolitani Genialium librorum libri ſex: *væneunt apud Ioannem Roigny*; *excudebantur in ædibus Carolæ Guillard.* (*b*) fol. . . . . | Paris. | 1539. |

Vita D. Petri Cæleſtini quinti Pont. Max. conſcripta primùm à Cardinale Cameracenſi Petro ab Aliaco, poſtremò locupletata & limatiori ſtylo donata à Dionyſio Fabro Cæleſtinorum

Pari-

(*a*) *Franciſco Valeſio Galliarum Regi Michael Vaſcoſanus felicitatem.* ——— *Acceſſit liber decimus ad nos nuper ex Italiâ miſſus à Petro Daneſio* &c. *Lutetiæ Pariſiorum III. Non. Maii, M. D. XXXIX.*

(*b*) Huic editioni præmittitur brevis mentio Authoris ex ipſius hiſce Commentariis collecta: & Gerardi Morrhii Campenſis nuncupatoria ad Marcum à Weze, Eccleſiæ Elſtens. & Culemburgens. præpoſitum ac Trajectens. canonicum Epiſtola Lutetiæ, Cal. Januar. M. D. XXXII. data: in quâ ſcribit ſe *in hunc autherem, annis abhinc plus minus duobus, cùm eſſet Francfordiæ, neglectum atque in angulum detruſum incidiſſe*; & deinde, *collatis hinc indè authorum locis, unde ſua depromſit, pro viribus adniſum fuiſſe, ut priſtino nitori reſtitutus, in manus hominum veniret.* Ad finem libri Ioachimus Polites Zelandus addidit poëmation, in quo Morrhius editor laudatur.

Pariſiens. Priore: *apud Franciſcum Stephanum.* 4. Paris. 1539.

Commentarii Anonymi in Ariſtotelis Rhetoricam, Græcè: *per Conradum Neobarium regium typographum.* fol. . . Paris. 1539.

Quintiliani Inſtitutiones Oratoriæ ad fidem optimorum exemplarium caſtigatæ cum adnotationibus marginalibus; & ejusdem Declamationes: *apud Franciſcum Gryphium.* 4. . Paris. 1539.

Quintiliani Epitome, authore Jonâ Philologo: *apud Simonem Colinæum.* 8 . Paris. 1539.

Ciceronis Opera, ex Petri Victorii codicibus maximâ ex parte deſcripta; viri docti & in recenſendis authoris hujus ſcriptis cauti & perdiligentis; quem nos induſtriâ, quantâ potuimus, conſequuti, quasdam orationes redintegratas, tres libros de Legibus multo quàm antea meliores, & reliquias de Commentariis, qui de Republica inſcripti erant, magno labore collectas undique, deſcriptásque libris, vobis exhibemus; cum Victorii explicationibus; ac indice rerum ac verborum: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*a*) fol. . . . Paris. 1539.

Ciceronis Rhetoric ad Herenn. & de Inventione: *ex officinâ Simonis Colinæi.* 8 *Nonis Martii.* . . . Paris. 1539.

Ejusd. Oratio pro lege Maniliâ, cum argumento & adnotationibus Barth. Latomi: *apud Franciſcum Gryphium.* 4. . . Paris. 1539.

Ejusd Orat. pro Milone, additis argumento, partitione & Scholiis Barth Latomi: *apud Fran. Gryphium.* 4. . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Syllâ, cum argumento: *apud Fran. Gryphium.* . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Marcello, cum not. Sylv.

&

(*a*) Elegantis hujus operis partes ſic diſtinguuntur. *Epiſtolæ præfatoriæ & elogia.* 1539. *Ciceronis Rhetorica,* 1538. *Orationes.* 1539. *Idib. Aug. Epiſtolæ.* 1538. *Philoſophiæ.* 1538. *Victorii Caſtigationes:* & *Index.* 1540.

& Latom. & paraphr. Melanchthonis: *apud Ioannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Planco cum Comment. Sylvii & Latomi: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Archiâ poëtâ, cum not. Sylvii, Latomi, Martini Boleri, & Melanchthonis: *ex officinâ Mich. Vaſcoſani.* 4. . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Domo ſuâ, ad Pontifices; cum Scholiis Jacobi Bugelii: *apud Vaſcoſanum.* 4. . . . . . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. de Provinciis Conſularibus: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. . . Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Archiâ, Fonteio, & antequam iret in exilium: *apud Rob: Stephanum.* 8. Paris. 1539.

Ejusd. Orat. pro Deiotaro, cum Lucubrationib. Sylvii, Latomi, & Ant. Luſchi: *ex officinâ Mich. Vaſcoſani.* 4. . . . . Paris. 1539.

Ejusd. Actionum in Verrem libri quatuor priores, cum comment. Pædiani, Sylvii, Hegendorphini, & Latomi: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. . . . . Paris. 1539.

Ejusd. Dialogus de Partitione Oratoriâ cum comment. Stobæi: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. Paris. 1539.

Johan. Sturmii in Partition. Orator. Ciceronis Dialogi duo: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. Paris. 1539.

Iohan. Sturmii in Partition. Orator. Ciceronis Dialogi duo; & ejusd. Sturmii libri de amiſſâ & recuperandâ dicendi ratione: *Excudebat Theodoſius Rihelius.* 8. . . . Argentor. 1539.

Cicer. Offic. Læl. Cat. Paradox. Somn. cum notis: *apud Ioh. Roigny; excudeb. Io. Lodoic. Tiletan.* 4. . . Paris. 1539.

Homeri Iliadis & Odyſſeæ Interpres Græcus, cum Græco indice, operâ Iacobi Bedroti: *per*

*Wen-*

*Wendelinum Rihelium.* (*a*) 8 *Menſe Septembri.* Paris. 1539.

Heſiodi Opera & Dies Græcè, cum Ulpii Franekerenſis Friſii Scholiis & Latinâ verſione metricâ; additis antiquâ Nicolai Vallæ tranſlatione metricâ, & Angeli Politiani Ruſtico: *apud Iſingrinium.* (*b*) 8. . . Baſil. 1539.

Theocrit. Græcè, cum Scholiis Græcis: *in ædibus Bartholomæi de Zanettis à Caſterzago* (*c*) 8. Venet. 1539.

Pho-

(*a*) *Jacob. Bedrotus Græcæ linguæ ſtudioſis S.* ——— *Scholia ea licèt ab Aldo ac aliis excuſa ſint, caſtigatiora tamen in lucem modò prodire ſtudioſi minimo negotio deprehendent. Caſtigatiſſima quidem affirmare vix auſim, ea maximè, quæ in Odyſſeam conſcripta ſunt. Habent enim* πλείω καὶ ἀγροικότερα ἁμαρτήματα, *quàm ut ſinè exemplaris emendatioris beneficio reſtitui poſſint.* ——— *Novum indicem adjici præterea curavimus* &c. *Accedit & alia commoditas ex numeris in margine paginarum adjectis, qui non ſolùm Homero ab Aldo olim, ſed & his annis Argentorati non ſemel edito reſpondent.* &c, *Hiſce frui tibi datur, donec Euſtathius aliive in lucem prodeant. Sed penè exciderat de authore annotationum iſtarum, quem etſi alii Didymum faciant, ego tamen incertum* καὶ ἀνώνυμον *arbitror, quòd non raro in his citatur Didymus, niſi forſan alius ab iſto, qui* χαλκέντερος *eſt cognominatus, & ter mille & quingentos libros ab Athenæo elucubrâſſe dicitur, hunc ipſum citet.* &c. *Argentorati, Cal. Septemb.* 1539. Sequitur deinde Joannis Sturmii ad Græcæ linguæ ſtudioſos Epiſtola, in quâ ſcribit, *Euſtathium Homeri interpretem magnum nondum prodiiſſe; ſed, etiamſi extaret, tamen propter brevitatem etiam hos Commentarios non ſolùm utiles ſed & neceſſarios videri debere.* Sturmius & Bedrotus *operam à Joachimo Camerario in duos Iliados libros navatam* laudant.

(*b*) *Stemmate & moribus ornato juveni Sixto Grumbach Ulpius Franekerenſis Friſius S. D.* —— *Sunt anni plus minus decem, ex quo relictâ patriâ ad extras Scholas me contulerim* ——— *Didici Harlemi & Lovanii, docui Coloniæ & Erphurdiæ; quò juvenis vocabar ad profeſſionem litterariam* &c. *Græcos authores, quos enarravi, totos in Latinam Linguam transfudi. Id a me factum eſt in Cyro Theodoro Prodromo Poëta Eccleſiaſtico, quem proximis nundinis ex officinâ Iſingrinii Latinum unà cum Euripidis Phœniſſis exhibebimus. Id etiam factum eſt in Heſiodo, quem ex tempore vertimus* &c. *Quod quidem non tentâſſem, ſi quicquam de Nicolai Vallæ verſione ſciviſſem.* — *Non derogo Vallæ: hoc tamen ſcio illum omnibus doctis non ſatisfacere. Si illum in nullâ aliâ re, certè in hôc ſuperavimus, quòd verſus verſui reſpondeat.* &c. *Datum Francofordiæ, pridie Cal. April. M. D. XXXIX.*

(*c*) *Venetiis apud Salamandram*, cum hâc Epigraphâ: *Sopra ogn'uſo mortal m'è dato albergo*; quæ verba Salamandræ coronatæ in mediis flammis poſitæ ſignum cingunt. *Labanus Torinus divinæ indolis puero Polycarpo Cratandro S. D. Typographicam quidem artem divino quodam munere in hunc terrarum orbem cœlitus manâſſe quis non videat, niſi plerique iſtorum, qui typis excudunt libros, vel ſtupiditate quâdam inopiâque judicii peſſimos authores pro optimis imprimendos ſuſciperent, vel lucri aviditate eum primas tenere putarent, unde quàmplurimum operæ pretii rediturum ſperarent.* ——— *Duplici itaque nomine mihi commendandum videtur parens ille tuus* [ Andreas Cratander, cujus mentio facta eſt in Annal. Typogr. Tom. 2. pag 116. ] *immortale Chalcographorum decus: primùm, quòd pro ſuâ ſingulari induſtriâ excuſſóque judicio eos cumprimis ſcriptores ſelegit, qui ad veram eruditionem ſincerámque pietatem juxtà conferunt. Deinde quòd ingenuo quodam in politiores litteras conatus ſuos omnes, omnia*

*vitæ*

Phocylid. Græcè & Latinè: *apud Chriſtianum Wechelum.* 8. . . . . Paris. 1539.

P. Virg. Maronis opera omnia, diligentiâ P. H. Suſſannæi quàm emendatiſſimè excuſa & ab innumeris, quibus ſcatebant, mendis repurgata: *apud Joannem Macæum.* (*a*) 4. Paris. 1539.

Virgilii Bucolica, cum Joannis Vivis Valentini in easdem allegoriis: *per Minicium* (*b*) *Calvum.* 8. . . Mediolani. 1539.

Virgilii Eclogæ decem, Calphurnii ſeptem, Nemeſiani quatuor, Sannaſarii quinque: *apud Chriſtianum Egenolphum.* 8. . . Francof. 1539.

Virgilii opera cum Nic. Erythræi adnotationibus: *informabat Jo. Antonius Sabius.* 8. Venet. 1539.

Terentii

*vitæ ſtudia ſemper huc deſtinârit, non ut ſuis privatum ſcriniis conſuleret, ſed utì patriæ publiciſque ſtudiis noſtris quàmplurimùm prodeſſet: in hoc unum pro virili incumbens, ut authores claſſicos, antiquos & ethographos, quàm emunctiſſimè excuſos in lucem edat. Quo quidem inſtituto Theocriti τὰ εἰδύλλια publicaturus* [ anno ſcilicet 1530. Baſil. in 8. ] *communem ſtudioſorum potiùs utilitatem quàm privatum commodum ſpectans ——— nobis eam provinciam ſuis flagitiis injunxit* &c. *Succiſivis & paucis admodum horis Theocritum à confeſſis aliquot mendis vindicavimus; quibusdam verò & bene multis fidem noſtram noluimus interponere: ſunt enim, quæ Oedipo conjectore egeant, nonnulla. Caſtigatiorem tamen, quàm hactenus, prodire liquebit iis, qui exemplaria conferre non dedignabuntur. Geſtiebam autem te, Polycarpe mellitiſſime, ſtrenâ quapiam Saturnali pro felici ineuntis anni auſpicio ſalutare* &c.

(*a*) Bucolica & Æneis ann. 1539. Sed Georgica, 1540.

(*b*) *Franciſco Ferdinando Avalo Piſcariæ Principi F. Minitius Calvus S. P. D. Multa ſanè me impulerunt, ut Virgiliana Bucolica, nunc meâ primùm operâ Mediolani impreſſa, Amplitudini tuæ conſecrarem: mea in antiquam Avalorum domum obſervantia; ætas iſta puerilis, quæ paſtoralibus collocutionibus affici ſolet; eruditiſſimæ Vivis allegoriæ; cupiditas, quâ teneor, poſt hujusmodi laborum meorum primitias, alia ejusdem poëtæ monumenta ſub nomine tuo excudendi, ut in illâ Æneide Franciſci Ferdinandi patrui tui heroica geſta legas* &c. *Te obteſtor, ut hilari fronte libellum excipias, characteribus noſtris applaudas, ac inprimis diligentiam in corrigendis mendis exactiſſimam probes. Hoc enim mihi propoſitum eſt dare operam, ut quicquid imprimi mandâro, quàm caſtigatiſſimum prodeat. Sexcenta exemplaria conferam, nemini fidam, locum accuratiſſimè perpendam, ad multam noctem, & ſi ita res exiget, integram pervigilabo, Lynceum denique pro viribus agam, ut vel Momo ſatisfacere poſſim. Idem enim eſſe non me præterit librum mendoſum vendere, quod corruptas fruges. Nec ignoro, quàm odioſum ſit depravatâ lectione torquere lectorem. Oculos non minùs intendam, & in orthographiam, quam à multis negligi & miror & doleo. Delectum etiam quendam ſemper habebo, ut ea tantùm proferam, quæ luce digna judicabuntur. Eruam profectò è tenebris multas multorum utriusque linguæ lucubrationes, quas in ſummâ expectatione eſſe jam pridem ſcio. Et quoniam publicæ utilitati inſervire decrevi, nec impenſæ parcam, nec labori,* &c.

Terentii Comœdiæ, adjectis in adoleſcentulorum gratiam accentibus, & breviſſimis argumentis ex Donato: Andria & Eunuchus, *apud Franciſcum Stephanum*, cum ejus inſigni; 1538. Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, Phormio, *apud Simonem Colinæum & Franciſcum Stephanum*, cum Colinæi inſigni. 4. . Paris. 1539.

Horatii Opera, cum annotatiunculis marginalibus, & Nic. Perotti libello de metris odarum Horatianarum: *apud Simonem Colinæum*. 8. Paris. 1539.

Ovidii Elegia de Nuce, & Prudentii Hymni duo de Jeſu Natali & Epiphaniâ; cum Commentariis Eraſmi: *apud Simonem Colinæum*. (*a*) 8. . . . Paris. 1539.

Martialis Epigrammata: *apud Simonem Colinæum*. 8. . . Paris. 1539.

Claudian. de raptu Proſerpinæ, cum Commentario Iani Parrhaſii Neapolitani: *in officinâ Roberti Winter*. 4. *Menſe Martio*. . Baſil. 1539.

Franciſci Bonadi Pathe lugentis Eccleſiæ; & Paraphraſis in Cantica Canticorum, & in Threnos Hieremiæ; & in novem lectiones elegiarum Iobi. 12. . . . . Paris. 1539.

Trium poëtarum, Porcelii, Baſinii & Trebanii opuſcula, nunc primùm diligentia Chriſtophori Preudhomme Barroducani edita: *apud Sim. Colinæum*. 8. . . . Paris. 1539.

Franciſci Valeſii Gallorum Regis Fata; Stephano Doleto authore: *apud eundem Doletum*. 4. Lugdun. 1539.

L'Avantnaiſſance de Claude Dolet Filz de Eſtienne Dolet: *chez Eſtienne Dolet*. 4. . Lyon. 1539.

Nicolai Borbonii Vandoperani Lingonis poëtæ Tabellæ elementariæ, pueris ingenuis per- neceſſa-

(*a*) Eraſmus inſcripſit illam Ioanni Moro, Thomæ Mori filio; hos, Margaretæ Roperæ Thomæ Mori filiæ, Epiſtolâ datâ Baſileæ ad Chriſti natalem, M. D. XXIIII.

neceſſariæ: *apud Simonem Colinæum.* 8. . Paris. 1539.

Martini Theodorici Bellovaci Epigrammata: *apud Hieronymum Gormontium.* 8. . Paris. 1539.

Pub. Fauſti Andrelini Forolivienſis Hecatodiſtichon, Ioanne Vatello caſtigatore & paraphraſte: *ex officinâ Prigentii Calvarini.* 8. Paris. 1539.

Phil. Beroaldi carmen lugubre de Dominicâ Paſſione, diligentiâ Renati Corvali repurgatum: *apud Mauricium de Portâ.* 8. . . Paris. 1539.

Grammatica Hebrææ Chaldææque Linguæ à Matthæo Aurogallo in lucem edita: *apud Henricum Petrum.* 8. . . . Paris. 1539.

Grammaticæ Hebraïcæ Inſtitutiones, editæ per Agathium Guidacerium: *in Collegio Italorum.* 8. . . . . Baſil. 1539.

Agathii Guidacerii Alphabetum Hebraïcum: *in Collegio Italorum.* 8. . . Paris. 1539.

Alphabetum Hebraïcum & Græcum: *ex officinâ Roberti Stephani typographi Regii.* 8. *XI. Cal. Decemb.* . . . . Paris. 1539.

Emanuelis Chryſoloræ Byzantini Græcæ Grammaticæ inſtitutiones, Græcè cum Latinâ verſione, Dominico Sylvio interprete: *apud Chriſtianum Wechelum.* (*a*). 8. . . Paris. 1539.

Ælii Donati de octo partibus orationis prima editio: *apud Simonem Colinæum* 8. . Paris. 1539.

Laur. Vallæ de linguæ Latinæ elegantiâ Librij, & de *ſui* & *ſuus*; cum Epitomis Badii,

necnon

(*a*) *Gerardo Sukerodio Medicinæ Doctori, ad divum Petrum Canonico Trajectenſi, Dominicus Sylvius S. P. D. Multis modis contenderunt à Chriſtiano Wechelo haud aſpernando typographo viri aliquot ſanè quàm eruditi, ut* ἐρωτήματα *Chryſoloræ ad recognitum exemplar caſtigata ſuis caſtis typis excuderet* &c. *Et è regione Latina verſio opponeretur.* &c. *Placuit conſilium tum Chriſtiano, tum aliis doctis amicis, præſertim Gerardo Morrhio Campenſi, ut ad me iretur* &c. *Maluiſſem hoc otium inſumere in medicinam* &c. *Quòd ſi ſenſero hunc laborem meum tibi non ingratum fuiſſe, incipiam tentare nonnihil Galeni aut Hippocratis* &c. *Vale Lutetiæ,* 4. *Idus Auguſti, M. D. XXXIIII.*

necnon Ant. Mancinelli limâ : *apud Franciſcum Gryphium.* 4. . . . Paris. 1539.

Eraſm. de duplici copiâ verborum ac rerum : *apud Simonem Colinæum.* 8. . . Paris. 1539.

In Eraſmi Copiam Ioannis Velcurionis Commentarii : *per Conradum Neobarium, apud Ioan. Lodoicum Tiletanum.* . . . Paris. 1539.

In eandem commentarius M. Veltkirchii oratoriæ profeſſoris in Scholâ Wittenbergenſi : *apud Chriſtianum Wechelum.* (*a*). . Paris. 1539.

Eraſm. de conſcribendis Epiſtolis : *apud Simonem Colinæum.* 8. (*b*) . . Paris. 1539

Bellaria Epiſtolarum Eraſmi & Ambroſii Pelargi : *apud Heronem Alopecium* 8. . Colon. 1539

Moſellani Pædologia, & Hegendorphini Dialogi : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. . Paris. 1539.

De octo Orationis partium conſtructione libellus, cum Commentariis Junii Rabirii : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Idib. Octob.* . Paris. 1539.

Andreæ Guarnæ Bellum Grammaticale : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IIII. Id. Sept.* Paris. 1539.

Guil. Lilii, Grammatici & poëtæ, Paulinæ Scholæ olim moderatoris, de generibus nominum ac verborum præteritis ac ſupinis regulæ ; opus recognitum & adauctum per Joannem Vituiſſum Scholæ Paulinæ præceptorem primarium : *excudebat vidua Martini Cæſaris, impenſis Joannis Coccii.* 8. *Ultimo Februarii.* . Antverp. 1539.

Petri Daſypodii Lexicon Græco-Latinum : *in officinâ Wendelini Rihelii.* 4. *Menſe Martio.* Argent. 1539.

Lexicon Græco-Latinum, editore Simone Grynæo :

(*a*) Hunc librum à Petro quodam typographo Hagenoenſi antè excuſum conſtat ex Phil. Melanchthonis præfixâ ad illum Petrum Epiſtolâ, quâ hunc Eraſmi tractatum laudat ; ſcribitque huic Commentario ſupremam manum addere Veltkirchium propter immaturam mortem non potuiſſe.

(*b*) In fine, *M. D. XL. menſe Februario.*

| | | |
|---|---|---|
| Grynæo: *apud Joannem Walder.* (*a*). 4. | Baſil. | 1539. |
| Biblia Latina: *apud Robertum Stephanum* (*b*) fol. . . . . | Paris. | 1540. |
| Eadem, cum duplici tranſlatione & ſcholiis: *apud Petrum Regnault.* (*c*) fol. . . | Paris. | 1540. |
| Eadem: *apud Petrum Regnault.* (*d*) 8. | Paris. | 1540. |
| Eadem, cum annotat. Roberti Stephani: *apud Antonium Goinum.* (*e*) fol. . . | Antverp. | 1540. |
| Eadem: *in officinâ Frobenianâ.* (*f*) fol. | Baſil. | 1540. |
| Eadem: *apud Jac. & Ægid. Huguetan.* (*g*) fol. . . . | Lugd. | 1540. |
| Eadem: *in ædibus Ant. Vincentii.* (*h*) 8. | Lugd. | 1540. |
| Eadem, octo volum. *apud Sim. Colinæum* (*i*) 16. . . . | Paris. | 1540. |
| Nov. Teſtam. Græc. Lat. *apud Hieron. Frobenium & Nic. Epiſcopium.* (*k*) fol. . | Baſil. | 1540. |
| Nov. Teſtam. Latin. *apud Joannem Barbou.* (*l*) 16. . . . . | Lugd. | 1540. |
| Idem, Eraſmi. (*m*) 8. & 12. . | Antv. | 1540. |
| Pſalter. è collatione Pſalterii quadruplâ translatum à Jo. Draconitide. (*n*) 8. . . | Marpurg. | 1540. |

Biblia

(*a*) *Simon Grynæus adoleſcenti Græcæ linguæ ſtudioſo S. P. Lexicon hoc Græcum ad ſummum, quantum maxime fieri poteſt, perfectum habes* &c. *Graſſante Turcâ, Chryſoloram primùm & Laſcarim, Gazam deinde & Trapezontium, & vix unum inſuper quendam, Providentia profugos in Latium ſervavit.* —— *In his paucis ſuperſtes Græcia fuit. At magiſtris his & monumentis tam raris nulli niſi principes viri compotes fieri poterant: & iterum ruinam lingua Græca minabatur, ni typographicum inventum apud Germanos ſuſcitatum primò, Venetiis deinde cultum perductúmque ad ſummum huic malo ſuccurriſſet. Eruta paſſim è buſtis Græciæ Græca monumenta, in Italiam per Aldum primùm, mox apud nos totum in orbem diffuſa cudendo ſunt.* &c.

(*b*) Opus hoc in quatuor partes diverſis annis ſignatas diſtribuitur. *Hebr. Chald. Græc. Latin. Nomin. Proprior. interpretat. & Index* 1538. *Novum Teſtamentum* 1539: *Pentateuch.* &c. 1540. *Prophetæ* 1540. De hac Bibliorum editione lege Long. Biblioth. Sacr. tom. 1. pag. 593. & Stephanor. Hiſtor. p. 37.

( *c, d, e, f, g, h,* ) Long. Biblioth. Sacr.

(*i*) Long. Biblioth. Sacr. 1539, 1540. Ego quidem has Bibliorum Sim. Colin. partes vidi; *Pentateuch. Joſ. Judic. Ruth.* 1539. *Reg. Paralip. Eſdr. Tob. Judith. Eſther. Job.* 1540. *Pſalm.* 1540.

( *k, l, m, n,* ) Long. Biblioth. Sacr.

| | | |
|---|---|---|
| Biblia Germanica: *apud Froſchoverum.* (*a*) fol. | Tigur. | 1540. |
| Nov. Teſtam. Germanic. Lutheri. (*b*) 8. | Witteb. | 1540. |
| Idem. (*c*) 4. . . . | Lipſ. | 1540. |
| Bibl. Italic. Bruccioli: *apud Barth. Zanettum.* (*d*) fol. . . | Venet. | 1540. |
| Bibl. Latin. & Belgic. (*e*) fol. | Antv. | 1540. |
| Bibl. Gallic. *apud I. G.* ( id eſt *Ioannem Gerard* ) *ſub inſigni gladii.* (*f*) 4. . | Genev. | 1540. |
| The Byble in Englyshe, that is to ſay the contend of the holy Scripture both of the old and New Teſtament ( *with the Apocrypha* ) with a prologue thereunto made by the Reverend Father in God Thomas Archbyshop of Cantorbury: *cum figuris.* fol. . . | | 1540. |
| Concordantiæ Majores Sacræ Bibliæ, ſummis vigiliis jam denuo ultra omnes editiones caſtigatæ: *apud Sebaſt. Gryphium.* 4. . | Lugd. | 1540. |
| Apoſtolorum & Sanctorum Conciliorum Decreta, Græcè: *per Conradum Neobarium.* (*g*) 4. | Paris. | 1540. |
| Miſſa D. Joan. Chryſoſtomi, Latinè; à Leone Tuſco Emanuelis Imperatoris Conſtantinopolitani Ioannis F. Latinarum Epiſtolarum Magiſtro jam olim converſa; eadem recentiùs ab Eraſmo in gratiam Epiſcopi Roffenſis ſupra complures annos tralata, hìc autem adjecta; quòd diverſum uterque exemplar ſit ſecutus: *excus. per Bartholomeum Gryeningerum.* (*h*) 4. | Colmariæ. | 1540. |
| Jo. Arborei Theoſophiæ tomi duo complectentes expoſitionem difficilium locorum Veter. & Nov. Teſtamenti: *apud Sim. Colinæum.* fol. | Paris. | 1540. |

Ludo-

( *a, b, c, d, e, f,* ) Long. Biblioth. Sacr.

(*g*) Præmittitur Iohannis Tilii Engoliſmenſis ad Franciſcum Turnonium Cardinalem Epiſtola, Paris. 6. Id. Mai. 1540. data.

(*h*) Præmittitur Beati Rhenani ad Joan. Hofmeiſter Priorem Auguſtinenſium apud Colubariam Epiſtola Seletſtadii nono Calendas Februarias, ann. 1540. data, quâ ſcribit ſe illam Tuſci verſionem in illius cœnobii Bibliothecâ inveniſſe.

Ludovicus Fidelis de militiâ ſpirituali : *apud Joannem Lodoicum.* (*a*) fol. . . Paris. 1540.

Titelmanus in Pſalmos : *apud Iohannem Roigny.* (*b*) fol. . . . . . . Paris. 1540.

Alfonſi de Herrera diſceptatio adversùs Lutheranos de valore operum bonorum : *apud Simonem Colinæum.* (*c*). . . Paris. 1540.

Proſperi Aquitanici, Epiſcopi Regienſis opera, accuratâ vetuſtorum exemplarium collatione per viros eruditos recognita : *ex officinâ Heronis Alopecii.* (*d*) 8. . . . Colon. 1540.

Hippocratis de Hæmorrhoidibus libellus ; & Galeni de Locis affectis libri ſex, Græcè : *per Thomam Platterum.* 8. *Menſe Septemb.* . Baſil. 1540.

De Melancholiâ ex Galeni, Rufi, & Ætii Sicamii voluminibus collectanea, unà cum Stephani Medici, cognomento Magiſtri, oculari collyrio, nunc primùm Latinè edita, Matthiâ Theodoro Melanelio medico Antverpien. interprete : *Impenſis Antonii Dumæi.* 4. . Antv. 1540.

Leonardi Jacchini Medici Emporienſis de acutorum morborum curatione diſputatio ; ejusdem Quæſtionum naturalium libellus : *apud Sebaſtianum Gryphium.* 4. . . . Lugd. 1540.

De ligno ſancto non permiſcendo, Antonio

Gallo

(*a*) Biblioth. Cordeſian. pag. 80.

(*b*) Caille, pag. 97.

(*c*) Hanc Alfonſus de Herrera Ordin. Prædicat. dedicavit Catherinæ Luſitaniæ & Algarabiorum reginæ.

(*d*) In libri hujus fronte apponuntur inſignia Coloniæ, cum Arnoldi Birkman typographico ſigno & nomine. Præmittitur etiam ad Senatum populumque Aggripinatem Epiſtola Heronis Alopecii ; in quâ, *Cùm multos jam annos*, ait, *formulis noſtris eos potiſſimùm ſcriptores excuderimus, ex quorum lectione hujus noſtræ Academiæ juventus ( cui labor meus usque deſudat ) caſtam ſibi Latini Sermonis facultatem conciliaret, viſi ſumus tandem rem licet minus quæſtuoſam, Deo tamen vobisque gratiſſimam facturi, ſi & Orthodoxos, & cumprimis eos, qui non eruditione minus quàm vitæ ſanctimoniâ commendabiles forent, ſcriptores officina noſtra in publicum emitteret.* &c. *Nacti non ita nuper fuimus per virum aliquem ( cui hoc unicè ſtudio eſt, ut id genus autores per vetuſtas bibliothecas indaget ) præter alia quædam, quicquid usquam etiamnum extat D. Proſperi Aquitanici lucubrationum. Exempla verò partim manu exarata, partim erant excuſa : ſed ita ut autorem ne vulgariter quidem doctum præ ſe ferrent : tantum aberat, ut Epiſcopi tot nominibus venerandi titulo digna videri potuiſſent. Quin irrepſerant librariorum ſimul & typographorum incuriâ errores tam manifeſti.* &c.

Gallo Medico autore ; idem in imperitos ſuca-tóſque Medicos : *apud Simonem Colinæum.* 8. Paris. 1540.

Mariani Sancti Barolitani de lapide renum opuſculum, & de lapide per inciſionem extrahendo : *apud Chriſtianum Wechelum* 4. Paris. 1540.

Car. Stephani Seminarium & Plantarium denuo auctum & locupletatum ; cum alio libello de conſerendis arboribus in ſeminario & in plantarium transferendis : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. . . Paris. 1540.

Q. Seren. Samonic. de re Medic. cum Commentar. Humelbergii : *per Chriſtoph. Froſchover.* 4. . . . Tigur. 1540.

Alexandri Aphrodis. Medicinalia Problemata, Græcè : *Sumptibus Emondæ Tuſanæ Viduæ Conradi Neobarii.* 12. 12. Θαργηλιῶνος μηνός. Paris. 1540.

Adamantii Sophiſtæ Physionomonica Græcè : *per Regium in Græcis typographum.* (*a*) 12. . . . Paris. 1540.

Ariſtotel. & Philon. de Mundo, Græcè : *per Conradum Neobar. Regium typographum.* (*b*). 12. Paris. 1540.

Ariſtotel. Ethic. ad Nicomach Græcè : *apud Ioannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . Paris. 1540.

Ejusd. Politic. Græcæ : *apud Ioannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . . . Paris. 1540.

Expoſitiones Magni Auguſtini Niphi Medicis, Philoſophi Sueſſani, in libros de Sophiſticis elenchis Ariſtotelis, cum textu [ Latinè ] recognito & ab ipſo auctore interpretato : *apud Ioannem Roigny ; excudebat Ioannes Lodoicus.* fol. . . . Paris. 1540. Georg.

(*a*) Scil. Conradum Neobarium, licèt nomen non addatur. *Proficiſcitur hic libellus ex Epiſcopi Vaurenſis bibliothecâ.*

(*b*) In ipſo libri titulo erravit typographus, imprimendo M. D. LX. pro M. D. XL. Præmittitur Græca Jacobi Tuſani Epiſtola data 1525. in quâ metaphraſin hujus libri, quam Budæus edidit, laudat.

| | | |
|---|---|---|
| Georg. Gemiſt. ſive Plethon; περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται: *ſumptibus Emondæ Tuſanæ viduæ Conradi Neobarii.* 12. Μουνυχιῶνος μηνός. . . . . | Paris. | 1540. |
| Platonis Apologia Socratis, Græcè: *per Wendelinum Rihelium.* 4. . . | Argent. | 1540. |
| Epicteti Enchiridium, Græcè, mille in locis caſtigatum: *per Conrad. Neobarium, Regi à Græcâ typographiâ.* 4. . . | Paris. | 1540. |
| Idem, Latinè, Politiano interprete: *per Conradum Neobarium.* 4. . . . | Paris. | 1540. |
| Ioachimi Perionii Benedict. Cormœriaceni de optimo genere interpretandi Commentarii: *apud Simonem Colinæum; excudebat Ioannes Lodoicus Tiletanus.* (*a*) 4. . . | Paris. | 1539. |
| Aurelii Caſſiodori de quatuor Mathematicis diſciplinis compendium; adjectus eſt vetuſtus author ἀνώνυμος de Architecturâ compendioſiſſimè tractans: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* 4. | Paris. | 1540. |
| Luc. Ann. Senecæ Naturalium Quæſtionum Libri ſeptem, à Matthæo Fortunato, Eraſmo, & Lodoico Strebæo diligentiſſimè recogniti: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* (*b*) 4. . | Paris. | 1540. |
| Plin. Natural. Hiſtor tomis tribus: *in ædibus hæredum Aldi & Andreæ Soceri.* (*c*) 8. | Venet. | 1540. |

Pom-

(*a*) Hi Commentarii tres libros complectuntur. 1. Annotationes in Ariſtotelis Ethicos libros ad Nicomachum. 2. Leont. de conſtitutione Arateæ Sphæræ; Arati Phænomena Græcè, verſione Latinâ Ciceronis è regione poſitâ, & ex Vergilii, Germanici, & Avieni carminibus ſuppletâ; cum Perionii obſervationibus. 3. Ex Platonis Timæo Particula [ Græcè ] Ciceronis de Univerſitate libro ( Latinè ) reſpondens; cum Perionii obſervationibus. Ex Perionii Epiſtolâ his Commentariis præfixa conſtat Ethicorum illorum verſionem Latinam à Perionio factam prodiiſſe; nempe 1540. 4. utì comperimus ex Alb. Fabric. Biblioth. Græc. lib, 3. cap. 6. pag. 154.

(*b*) *Jacobus Lodoicus Strebæus ad Lectores.* ——— *Explicavi dilucidè, quæ C. Plinius ſecundo naturalis hiſtoriæ libro de univerſâ naturâ & partibus ejus poſteris reliquit. Et precibus impetravi ab optimo Lutetiæ Parrhiſiorum Librario Michaele Vaſcoſano, ut Naturales Quæſtiones Annei Senecæ de cæteris ejus operibus eximeret, in literarias formulas conjiceret, ut expeditius à nobis palàm tractari exponique poſſent. Hinc non minus fructûs ſtudioſi percipient, quàm ex illo C. Plinii libro ſecundo.* &c.

(*c*) Tomus 1. 1536. Tom. 2. & 3. 1540. Index 1538.

Pomp. Mel. cum Comment. Joachimi Vadiani Helvetii; item loca, in quibus Joanni Camerti Minoritano, ſuis in Solinum enarrationibus, cum Joachimo Vadiano non admodum convenit: *apud Joannem Roigny.* (*a*) . Paris. 1540.

Xenophont. opera Græcè, trib. Voluminib. cum indice locuplete; ex recenſione Seb. Caſtellionis: *apud Brubachium.* (*b*) 8. . Halæ Suevor. 1540.

Flor. cum not. Camertis; & Sext. Ruf. Epitome; & Meſſalæ Corvini de progenie Auguſti libellus nunc primùm editus: *Joannes Gymnicus excudebat.* 8. . . Colon. 1540.

Chriſtoph. Richerii Thorignei Senonis de rebus Turcarum libri quinque: *ex officinâ Roberti Stephani Hebraïcarum & Latinarum literarum regii typographi* 4. *III. Non Mart.* . . Paris. 1540.

Des couſtumes & manieres de vivre des Turcs, faict en Latin par Chriſtofle Richer, & par iceluy Richer traduict en langue Francoiſe: *de l'Imprimerie de Robert Eſtienne Imprimeur du Roy en Hebrieu & Latin.* (*c*) 4. *au mois de Janvier.* Paris. 1540.

Torelli Saraynæ Veronenſis de origine & amplitudine Veronæ: *ex officinâ Antonii Putelleti.* fol. . . . . . Veron. 1540.

G. Budæi Vita per Lodoicum Regium: *apud Joannem Roigny.* 4. . . . Paris. 1540.

Rhenani Epiſtola ad Carol. V. de vitâ Erasmi: *apud Ioan. Steelſium; excud. Martinus Meranus.* 8. . . . . Paris. 1540.

Joan.

(*a*) Hunc librum à Chriſtiano Wechelo excuſum fuiſſe (ſcil. impenſis Joannis Roigny) conſtat ex monitione, quam ad lectorem Wechelus in imâ tabulæ Geographicæ præfixæ orâ dedit. Joach. Vadianus in ſuâ ad Joannem Fabrum Epiſcopi Conſtantienſis vicarium Epiſtola, ex imperiali civitate apud Divum Gallum, Idibus Aprilis, M. D. XXI. datâ, ſuorum Commentariorum denuo curâ & expenſis Lucæ Alantſei bibliopolæ excuſorum mentionem facit.

(*b*) Præmittitur Phil. Melanchthonis ad Bellaium Langæum regis Galliæ conſiliarium Epiſtola, anno M D. XL. data.

(*c*) Hic liber eſt ſecundus illorum librorum quinque, quos præcedens tractatus de rebus Turcarum continet.

Joan. Boem. Auban. mores omnium gentim: *excud. Ioannes Faber Emmeus Iuliacenſis*. 8. Friburg. Bris. 1540.

Deſcriptio pacis inter Carol. V. & Franciſc. I. & aggratulatio Carolo V. per Cornel. Scrib. Grapheum: *imprimebat Ioan. Coccius*. 8. . Antv. 1540.

Ariſtotel. Rhetoric. ad Theodecten, Georgio Trapezuntio interprete, libri tres; & ejusd. Rhetoric. ad Alexandrum, Franciſco Philelpho interprete, liber unus; nunc recèns ad Græcam veritatem recogniti: *apud Simonem Colinæum*. 8. . . . . . Paris. 1540.

Jacob. Lodoici Strebæi Rhemenſis de electione & oratoriâ collocatione verborum libri duo ad Johannem Venatorem Cardinalem: *apud Michaelem Vaſcoſanum*. 4. . . . Paris. 1540.

Ciceronis Rhetoric. ad Herennium; & de Inventione: *apud Fran. Gryphium*. . Paris. 1540.

Ejusd. Topica, cum Boetii Commentario: *ex officinâ Roberti Stephani*. 8. *XVI. Cal. Sept.* Paris. 1540.

Ejusd. de Oratore Dialogi tres, Jac. Lod. Strebæi copioſis & nunquam antea excuſis Commentariis illuſtrati: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani*. fol. . . . . Paris. 1540.

Ciceronis ad M. Brutum Orator, Jac. Lod Strebæi Commentariis ab authore ipſo recognitis illuſtratus: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani*. 4. Paris. 1540.

Ejusd. de Partition. Orator. Dialogus, Jac. Lod. Strebæi Commentariis ab authore ipſo recognitis illuſtratus: *apud Michaelem Vaſcoſanum*. 4. . . . . . Paris. 1540.

Ejusd. Oratio pro Cecinnâ, diducta in ſuas partes, atque explicata Petro Pellitario Ambaſiano: *ex officinâ Simonis Colinæi*. 4. . Paris. 1540.

Ejusd. Orationes Catilinariæ cum Franc. Sylvii Commentariis; & Q. Aſconii Pediani Commentatio in Ciceron. Orationem contra

Anton.

Anton & Catilin. *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. Paris. 1540.

Ejusd. de lege Agrariâ Orationes tres, cum Schol. Jacobi Bugelii & Leodegarii à Quercu in primam, & Eubuli Dynateri in ſecundam & tertiam: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. Paris. 1540.

Ejusd. Orationes tres; ante exilium, ad populum & equites, cum not Myliandri Tigurini; poſt reditum, in Senatu, cum Schol. Jac. Bugelii; item altera, ad Quirites, cum Schol. Barth. Latomi; additis Xichonis Palentoni Patavini & Johannis Sturmii argumentis: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . Paris. 1540.

Ejusd: de Offic. (*a*) de Amicit. de Seneƈt. Paradox. Somn. cum Eraſm. Melanchthon. & Latom. annotationibus: *apud Fran. Gryphium.* 4. Paris. 1540.

Homeri Ilias jam recèns Latino carmine reddita, Helio Eobano Heſſo interprete; *in officinâ Roberti Winter.* 8. *menſe Septembri.* . Baſil. 1540.

Homericæ Iliadis liber ſecundus Græcè, cum Latinâ metricâ verſione, & Commentariis Ioachimi Camerarii: *in officinâ Cratonis. Mylii.* 4. *menſe Februario.* . . . Argentor. 1540.

Perion. de fabular. Ludor Theatror &c. antiquâ conſuetudine: *Franciſco Stephano excudebat Simon. Colinæus.* 4. . . . Paris. 1540.

Sophoclis Antigone, Græcè, *apud Ioan. Lodoic. Tiletanum.* 4. . . Paris. 1540.

Ariſtophanis Comœdiæ undecim, Græcè: *apud Chriſtianum Wechelum.* (*b*) 4. . Paris. 1540.

(*a*) De amic. Seneƈt. & Somn. 1539. ſed paradox. 1538.

(*b*) *Chriſtianus Wechelus candido lectori S. Cum deſtinaſſemus prælo noſtro committere Ariſtophanis Comœdias, operæ pretium duximus in illorum gratiam, qui omnes emere, aut nolunt, aut præ rei tenuitate non poſſunt, ſingulos Comœdias ſeorſim imprimere; eo tamen modo, ut ſiquis eas à nobis excuſas omnes cupiverit, comparare poſſit: ſi quamlibet ſeparatim, hic quoque non fruſtretur.* &c *Præterea quantâ potuimus diligentiâ, hunc facetiſſimum poëtam collatis diverſis exemplaribus excudimus, atque ad * Germanicum, tum † Aldinum exemplar non parvo labore emendavimus.* &c.

* Francof. 1532. 4. † Ann. 1498. fol.

Ejusd. Plutus, Nebulæ, Ranæ; Græcè: *per Conradum Neobarium.* 4. . . Paris. 1540.

Γνῶμαι μονόϛιχοι κατὰ ϛοιχεῖον ἐκ διαφόρων ποιητῶν. Sententiæ ſingulis verſibus contentæ juxta ordinem literarum ex diverſis poëtis; adjecta eſt ad finem Latina interpretatio: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. 3. *Non. Sept.* . . Paris. 1540.

Vincentii Obſopœi in Græcorum Epigrammatum libros quatuor (ſcil. primum, ſecundum, tertium & ſeptimum) Annotationes jam primùm in lucem editæ: *in officinâ Nicolai Brylingeri.* 8. *menſe Septembri.* . . Baſil. 1540.

Virgilii opera: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XI. Cal. Iun.* . . . Paris. 1540.

Ejusd. eadem: *apud Sim. Colinæum.* 12.

Horatius: *apud Sim. Colinæum.* 12. Paris. 1540.

Ejusd. Liber de Arte Poëticâ: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . Paris. 1540.

Terentii Comœdiæ cum Comment. Donati, Guid. Juvenalis, Servii, Aſcenſii, & Calphurnii: *ex typis, ære & induſtriâ Brandini & Octaviani Scoti fratrum.* fol. . . Venet. 1540.

Martialis Epigrammata: *apud Simonem Colinæum.* 12. . . Paris. 1540.

Aurel. Prudentii opera, cum Æl. Anton. Nebriſſ. Commentariis, & Joan Sichardi Scholiis: *apud Ioannem Steelſium.* (*a*) 8. . Antverp. 1540.

Pet. Apollonius de excidio Hieroſolymitano: *apud Ioan. Lodoicum & Nic. Divitem.* (*b*). . Paris. 1540.

Antonii Goveani Epigrammata & Epiſtolæ: *apud*

(*a*) *Martino Goliæ Decano Aſchaffenburgenſi Joannes Sichardus S. D,* —— *Priſtino nitori reſtituimus, non ingenio freti, quod eſt genus emendandi ſatìs lubricum, ne dicam interim peſtilens, ſed ex codicibus vetuſtioribus, quorum ad me unum ex Argentorato ſubmiſit vir conſularis Werinherus Woſlinus vir eruditus* &c. *Vale, Baſileæ, ex ædibus noſtris, anno milleſimo quingenteſimo triceſimo ſeptimo, menſe Martio.*

(*b*) Biblioth. Cordeſian. pag. 502.

| | | |
|---|---|---|
| *apud Seb. Gryphium.* (*c*) 8. . . | Lugdun. | 1540. |
| Genethliacum Claudii Doleti, Stephani Doleti filii, authore patre: *apud eundem Doletum.* 4. | Lugdun. | 1540. |
| Salmonii Macrini Hymnorum ſelectorum libri tres: *apud Robertum Stephanum Hebraicarum & Latinarum literarum typographum regium.* 8. *XVI. Cal. Iul.* . . . | Paris. | 1540. |
| Didaſcalus, autore Iacobo Zovitio apud Brædanos ludimagiſtro: *imprim. Antonio Dumæo Ægidius Copenius.* 8. . . . | Antverp. | 1540. |
| Joan. Ferrer. Pedemontan. de verâ Cometæ ſignificatione: *apud Michaelem Vaſcoſanum.* 4. | Paris. | 1540. |
| Ejusd. Diſſertatio, quâ Cicero poëta elegans aſſeritur: *apud Mich. Vaſcoſanum.* 4. . | Paris. | 1540. |
| Joan. Langi Sileſii Elegia ad Jeſum pro Chriſtianis contra Turcas; & de fœdere inter Garol V. & Franciſc. I. *apud Gymnicum excud. Ioan. Crinitus* 8. . . | Antverp. | 1540. |
| Methodus conſcribendi Epiſtolas per Chriſtoph. Hogendorphinum; & de locis dialecticis & rhetoricis: *apud Simonem Colinæum.* 8. | Paris. | 1540. |
| G. Budæi Græcè Epiſtolæ, ab ipſo nuper tum locupletiores tum emendatiores redditæ: *apud Chriſtianum Wechelum.* . . | Paris. | 1540. |
| Joan. Lorichii Hadamarii libellus ænigmatum: *excud. Chriſtianus Egenolphus.* 8. . | Marpurg. | 1540. |
| Joanni Gigantis Northuſiani Sylvarum libri quatuor: *impreſſ. per Georgium Rhau.* 8. | Viteberg. | 1540. |

Les

(*a*) Inter hujus Epigrammata leguntur hæc de tribus temporis illius typographis. p. 9. 11. 16.

*Sebaſtiano Gryphio libellus.*

*Quòd tegor, & vivo, ſtudiòrum fida bonorum*
*Lima Gryphi, ſanè gratia multa tibi.*
*Nam mihi Semianimi præſtò niſi fortè fuiſſes,*
*Crede mihi, poteram non periiſſe ſemel.*

*D. M.*
*Aldi Manutii Romani.*

*Si neſcis, cur quæ cinerem tegit urna Manuti,*
*Hæc eadem Muſas non tegat urna novem;*
*Ignoras, ſtudio quanto profecerit ille,*
*Incolumes poſſent ut ſupereſſe patri.*

*Stephano Doleto.*

*Te quid non laudem forſan, Dolete, requiras:*
*Id me tu melius facis.*

Les Geſtes de François de Valois par Eſtienne Dolet : *chez le méme Dolet.* 4. . A Lyon. 1540.

Seb. Munſteri Iſagoge Elementalis in Hebraicam linguam : *per Hier. Frobenium , & Nic. Epiſcopium.* 8. . . Baſil. 1540.

Michlol. R. Dav. Kimhi, interprete Agathio Guidacerio : *In Gollegio Italorum.* 8. . Paris. 1540.

Manuel. Moſchopuli Græc. Grammatica ; & Theodor. Gazæ Grammat. libri duo ; Græcè : *ex officinâ Ioan. Walder.* (*a*) 4. . Baſil. 1540.

Parabolæ ſive Similia Eraſmi : *apud Simonem Colinæum.* 8. *Prid Non. April.* . Paris. 1540.

Ionæ Philologi Dialogi : *apud Simonem Colinæum.* 8. *Menſe Decembri.* . Paris. 1540.

Jul. Cæſ. Scaligeri libri tredecim de cauſis linguæ Latinæ : *apud Seb. Gryphium.* 4. Lugd. 1540.

Laur. Vall. de Elegant ling. Lat. & de *Sui* ac *Suus* ; cum Epitom. Bad. & Mancinell. lim. & Theodoric. annotat. *apud Sim. Colinæum.* 4. Paris. 1540

Tho. Linacri Grammatica Latinè verſa per Georg Buchananum : *ex officina Roberti Stephani.* 4. *XIII. Cal. Dec.* . . . Paris. 1540.

Tho. Linacri de emendatâ Latini Sermonis ſtructurâ libri ſex cum indice copioſiſſimo : *ex officinâ Roberti Stephani.* 4. *VI. Cal. Novemb.* Paris. 1540.

De *mihi* & *nihil* tum ſcribendis tum proferendis aſſertio Ioannis Theodorici Bellovaci : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Calendis Aprilibus.* Paris. 1540.

Naturæ Nominum [ 3. Non. Sept. ] ; Pronominum [ 3. Non. Sept. ] ; Verborum [ 15. Cal. Oct. ] infinitivorum, gerundiorum & ſupinorum [ 8. Cal. Oct. ] ; Participiorum ; Præpoſitionum & Interjectionum [ 17. Cal. Oct. ]

Con-

(*a*) Huic editioni præfigitur Joannis Walderi ad pueros doctrinæ ſtudioſos Epiſtola.

| | | |
|---|---|---|
| Conjunctionum [3. Non. Sept.]; omnes ex Priſciano in gratiam Henriculi Stephani à Carolo Stephano collectæ: *imprimeb. Franciſco Stephano privigno Simon Colinæus.* 8. | Paris. | 1540. |
| La maniere de tourner toutes eſpeces de noms Latins en noſtre langue Francoiſe. *apud Franciſcum Stephanum.* 8. | Paris. | 1540. |
| Lexicon Græco-Latinum jam recens in lucem editum: *apud Fran. Gryphium.* 4. | Paris. | 1540. |
| Dictionarium Poëticum Elucidarius carminum, vulgò inſcriptum: *apud Seb. Gryphium.* 8. | Lugd. | 1540. |
| L'Accord de la Langue Francoiſe avec la Latine: *excud. Sim. Colinæus impenſis Reginaldi Chaudiere.* 8. | Paris. | 1540. |
| Pſalmi XXIV. priores Hebr. Lat. Agath. Guidacerii: *in Collegio Italorum.* (*a*) 8. | Paris. | 1541. |
| Nov. Teſtament. Gr. Lat. Eraſmi: *apud Hieron. Froben. & Nicol. Epiſcopium.* (*b*) 8. | Baſil. | 1541. |
| Biblia Latina ex Hebræo, Xant. Pagnini: *ex officinâ Melchioris Noveſiani.* (*c*) fol. | Colon. | 1541. |
| Biblia Latina Vulgat. operâ Jo. Benedicti edita, cum notis marginalibus, & annorum computo à mundo creato ad Chriſtum natum, & indicibus tam propriorum nominum quàm rerum ac ſententiarum: *in officinâ Simonis Colinæi; pro Galioto Pratenſe Librario jurato Univerſitatis Pariſienſis & Antonio Vincentino Librario Lugdunenſi, quibus privilegium regium conceſſum eſt.* fol. *Menſe Octob. & Novemb.* | Paris. | 1541. |
| Biblia Lat. juxta veter. edit. Eccleſiæ Latinæ. (*d*) fol. | Paris. & Lugd. | 1541. |
| Ead. cum figurarum ſimulachris: *excudebat Franciſcus Gryphius.* (*e*) 8. | Paris. | 1541. |

Biblia

(*a*) Long. Bibliothec. Sacr. Tom. 1. p. 136.
(*b*, *c*, *d*, *e*,) Long. Bibliothec. Sacr.

| | | |
|---|---|---|
| Biblia Lat. juxta veter. tranſlationem. (*a*) fol. | Lugd. | 1541. |
| Libri Moyſi quinque, Latinè, cum annotationibus & obſervationibus Hebraicis: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*b*) 4. *XII. Cal. Mart.* | Paris. | 1541. |
| Nov. Teſtam. Latinè, cum brevibus variarum tralationum annotationibus, duob. volum. *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IIII. Id. Octob.* | Paris. | 1541. |
| Nov. Teſtam. Latinè, cum ſpatiis interlinearibus: *in officinâ Adami Saulnier, ex impenſis Simonis Colinæi.* 4. [ & Idem, iiſdem typis. 16. (*c*) ] . . . . | Paris. | 1541. |
| Nov. Teſtam. Lat. *apud Ambroſium Girault.* (*d*) 16. . . . | Paris. | 1541. |
| Idem: *apud Doletum.* (*e*) 16. | Lugdun. | 1541. |
| Idem adjectis Scholiis, authore Iſidoro Clario: *apud Petrum Schoiffer.* (*f*) 8. | Venet. | 1541. |
| Idem Eraſmi: (*g*) 8. | Baſil & Mogunt. | 1541. |
| Summa totius Sacræ Scripturæ; decem Dei præcepta: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Nonis Octob.* . . . | Paris. | 1541. |
| Biblia Gallica, gloſſata. (*h*) fol. | Paris. | 1541. |
| Biblia Gallica Jacobi Fabri cum notis: *per Antonium de la Haye.* (*i*) fol. . . | Antverp. | 1541. |
| Biblia Gallica Calvini, *apud Antonium Conſtantinum.* (*k*) 4. . . | Lugd. | 1541. |
| Epiſtolæ & Evangelia totius anni Gallicè verſa à Stephano Dolet: *typis ejusdem.* (*l*) 8. | | 1541. |
| Biblia Italica Antonii Bruccioli: *apud Fran. Bruccioliurn.* (*m*) fol. . . | Venet. | 1541. |

Nov.

(*a*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*b*) Rob. Stephanus in ſuâ præfatione ad lectores ſcribit illas annotationes eſſe, quas profeſſorum regiorum auditores exceperant.

( *c, d, e. f, g, h, i, k, l, m,* ) Long. Bibliothec. Sacr.

| | | |
|---|---|---|
| Nov. Teſtam. Italic. Ant. Bruccioli : *apud Bendonum.* (*a*) 16. | Vent. | 1541. |
| Geneſis Italicè à Petro Aretino reddita. (*b*) 8. | Venet. | 1541. |
| Biblia Germanica Lutheri, juſſu Henrici Saxoniæ Ducis : *apud Nicolaum Wolrabium.* (*c*) fol. | Lipſ. | 1541. |
| Biblia Saxonica. (*d*) fol. | Witteb. | 1541. |
| Biblia Belgica : *per Henricum Peeter.* (*e*) fol. | Antv. | 1541. |
| Biblia Suecica : *apud Georgium Kicholf.* (*f*) fol. | Holmiæ. | 1541. |
| Jeſus Sirach, & Sapientia Salomonis Danicè ex verſione Joannis Tauſani. (*g*) 8. | Magdeb. | 1541. |
| Biblia Anglica. fol. | Lond. | 1541. |
| Conſonantiæ Jeſu Chriſti & Prophetarum ; authore F. Antonio Marinario Carmelitano : *apud Oudinum Petit, typis Nicolai Barbou.* 8. | Paris. | 1541. |
| Athenagor. de Reſurrectione Mortuor. Græcè & Latinè, Petro Nannio Alecmariano interprete, Lovanii in Collegio trilingui Latinarum literarum Profeſſore : *apud Bartholomæum Gravium.* (*h*) 4. | Lovan. | 1541. |
| D. Baſilii de agendis Deo gratiis Sermo, & in Julittam martyrem ; Latinè, interprete Huberto Barlando Philiatrio : *ex officinâ Rutgeri Reſcii.* (*i*) 8. *Menſe Junio.* | Lovan. | 1541. |
| D Auguſtini Opera, 5. Voluminib. *in ædibus Carolæ Guillard.* fol. | Paris. | 1541. |
| D. Auguſtin. de Doctrinâ Chriſtianâ libri quatuor : *ex officinâ* LUCÆ CHALLON- | | |

NEAU,

( *a, b, c, d, e, f, g.* ) Long. Bibliothec. Sacr.

(*h*) *Antonio à Granvellâ Epiſcopo Atrebatenſi Petrus Nannius S. P. D.* —— *Nobis non niſi unicum exemplar fuit, à Doctiſſimo quidem viro deſcriptum, ſed tamen non paucis vitiis infectum ;* —— *non enim meliora mihi poterat tradere, quàm in archetypo invenerat, quod unum ſupereſſe aiunt in univerſâ Europâ* &c. *Lovanii,* 13. *Calendas Maias.* 1541.

(*i*) Barlandus, in ſuâ ad Maximilianum à Burgundiâ Epiſtolâ, ſuæ uxoris, & Adolphi Maximiliani patris, obitum deflet.

NEAU, *ſub interſignio ſedis ligneæ, prope ſanctum Hilarium.* 12. . . Paris. 1541.

Fratris Alfonſi de Caſtro Zamorenſis Minoritæ adversùs omnes hæreſes libri XIIII. poſtremùm ſummâ curâ aucti & recogniti: *Typis imprimebat Michael Vaſcoſanus.* fol. *Menſe Januario.* Paris. 1541.

Modus legendi abbreviaturas Juris: *ex officinâ Carolæ Guillard.* 8. . . Paris. 1541.

Praxis Criminis perſequendi, elegantibus figuris illuſtrata, Ioanne Millæo Boio Sylvianiaco authore: *apud Simonem Colinæum, Arnoldum & Carolum les Angeliers, ad primam & ſecundam columnas poſitas juxta ſacellum præſidum.* fol. Paris. 1541.

Galen. de Elementis ex Hippocratis ſententiâ, Latinè, Guinterio interprete: *apud Colinæum; impreſſus per Guilielmum Boſſozelum impenſis Reginaldi Chalderini.* 8. . . Paris. 1541.

Caſſii Medici de Animalibus Quæſtiones Medicinales, Græcè; ex Vaurenſis Epiſcopi Bibliothecâ: *impenſis Emondæ Tuſanæ viduæ Conradi Neobarii regii typographi.* 12. Σκιρροφοριῶνος μηνός. . . . Paris. 1541.

Conradi Geſneri Hiſtoria Plantarum & earum virium ex Dioſcoride, Paulo Æginetâ, Theophraſto, Plinio, & recentioribus Græcis, juxta elementorum ordinem: *apud Joannem Lodoicum Tiletanum.* 12. . . . Paris. 1541.

Georgii Agricolæ Medici Bermannus, ſive de re Metallicâ, *apud Hieronymum Gormontium.* 8. Paris. 1541.

Sir Thom. Elyot's Caſtel of Helth: *in ædibus Thomæ Bertheleti.* 4. . . Lond. 1541.

Ariſtotelis Oeconomicorum libri duo, Græcè (*a*) 8. Μεταγειτνιῶνος μηνός. . Paris. 1541.

Ariſtotelis iidem, Latinè, Bernardino Donato Ve-

(*a*) Sinè typographi nomine: habet autem Neobarii inſigne typographicum, quod & Jacobo Bogardo cum illo commune fuit.

Veronenſi interprete: *apud Jacobum Bohardum.* 8. Paris. 1541.

Alexandri Aphrodiſii ἰατρικὰ ἀπορήματα καὶ φυσικὰ προβλήματα Latinè, Joannis Divionis ſtudio illuſtrata. 8. . . Paris. 1541.

Gilberti Porretani liber de ſex principiis ſive ult. prædicamentis, Hermolao Barbaro interprete: *ex officinâ Prigentii Calvarini.* 8. . Paris. 1541.

Catonis Diſticha de moribus, Latinè & Gallicè; & dicta Sapientum Græciæ; & libellus de moribus ac vitæ inſtitutione: *apud Simonem Colinæum & Franciſcum Stephanum.* 8. Paris. 1541.

Joannis Geneſii Sepulvedæ Cordubenſis opera; ſcil. de fato & libero arbitrio; de appetendâ gloriâ; de nuptiarum ritu & diſpenſatione; pro Alberto Pio in Eraſmum; de honeſtate rei militaris; de ratione dicendi teſtimonium in cauſis occultis criminum: *ex officinâ Simonis Colinæi.* 8. Paris. 1541.

Lil. Greg. Gyrald. de annis & menſibus: *apud Michaelem Iſingrinium.* 8. . Baſil. 1541.

Authores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, Latinè, ex diverſis interpretibus: *apud Petrum Regnault; excuſi ſummâ diligentiâ à Michaele Fezendat, ſumptibus Galeoti à Prato & Petri Regnault.* fol. Paris. 1541.

Xenophont. Ἀπομνημονευμάτων libri quatuor, de factis & dictis Socratis memoratu dignis; ad fidem vetuſti & manuſcripti codicis emendati: *proſtant apud Jacobum Bogardum.* 4. . Paris. 1541.

Herodot. & Georg Gemiſt. Plet. Græcè, cum Joach. Camerarii præfatione & annotationibus: *in officinâ Hervegianâ.* fol. *Menſe Martio.* Baſil. 1541.

Plin. de Vir. Illuſtrib. & Sueton. de clar. gramm. ac rhetor. & Obſeq. de prodig. *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *V. Id. Junii.* Paris. 1541.

Suetonius: *apud Stephanum Doletum* 8. Lugdun. 1541.

Stephani Doleti liber de legati officio & im-

munitate, & de Joannis Langiaci legationibus. 4. . . . . Lugdun. 1541.

In Corn. Taciti Annales Æmylii Ferretti juriſconſulti annotatiunculæ: *apud Seb. Gryphium.* 8. . . . . . . Lugdun. 1541.

De Tungris & Eburonibus aliíſque inferioris Germaniæ populis, Huberti Thomæ Leodii Commentarius, utilis omnibus, qui Cæſaris de bello Gallico hiſtoriam rectè intelligere cupiunt: *apud Vendelinum Richelium.* 8. *Menſe Martio.* Argentor. 1541.

Plutarchi opera Moralia, Latinè: *apud Michaelem Iſingrinum.* fol. . . . Baſil. 1541.

De Magiſtratibus Athenienſium liber, Gulielmo Poſtello Barentonio, mathematum profeſſore regio, authore: *apud Michaelem Vaſcoſanum & Galeotum à Prato.* . . Paris. 1541.

Theonis Sophiſtæ Progymnaſmata, Græcè & Latinè, Joachimo Camerario interprete: *ſumptu & curâ Joannis Oporini.* (*a*) 8. *Menſe Septembri.* . . . . Baſil. 1541.

De figuris Sententiarum ac verborum P. Rutilii Lupi Rhetoris antiquiſſimi libri duo; Aquilæ Romani liber unus; Julii Rufiniani de iis, quæ ab Aquilâ prætermiſſa erant, libellus, & præterea ejusdem libri duo: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*b*) 8. *XVI. Cal. Oct.* . Paris. 1541.

Quintiliani Inſtitutiones Oratoriæ: *apud Joannem*

(*a*) *Andreæ Franco Camiciano Juriſconſulto Ioachimus Camerarius S. D.* —— *Incidimus olim in* [ Theonis ] *libellum editum Romæ, neque poſtea unquam aliud exemplum adipiſci licuit. Sed in Romano cùm ſunt plurima & turpiſſima errata, tum ſcriptionis ſeries confuſa eſt, & ordo turbatus, atque libellus in multis locis mutilus. Nos autem innumerabilibus correctis, & ſuſpecta quædam notavimus, & de reliquis, quod potuimus, id fecimus.* &c. *Tubingâ Sueviæ, III. Cal. Sextil. Anno M. D. XLI.*

(*b*) *Robertus Stephanus Lectori S.* —— *Magno certè Dei beneficio factum eſſe judico, ut authores hi, quos tibi nunc damus, noſtrâ denique ætate ſint in* * *Germaniâ inventi* &c. *Rutilius egregius author ita corruptè editus adhuc erat, ut nemo eſſet* —— *qui eum diſcipulis ſuis interpretari auderet.* —— *nos* —— *uſi amicorum operâ, ita reſtituendum curavimus* &c.

* Edit. Froben. 1521. 4.

*nem Roigny; excudebat Jo. Lodoicus Tiletanus.* (*a*) fol. . . . Paris. 1541.

Ejuſdem eædem, caſtigatæ ad fidem optimorum exemplarium, inſignitâque lectionis diſtinctione, & additis in marginem adnotationibus percommodè illuſtratæ: *apud Simonem Colinæum.* 4. . . . . . . Paris. 1541.

Ciceron. Rhetoric. & de Inventione: *ex officinâ Simonis Colinæi.* 8. . . Paris. 1541.

Ejuſd. Oratio, antequam iret in exilium: *ex officinâ Prigantii Calvarini.* . . Paris. 1541.

Ejuſd. Orat. pro A. Licinio Archiâ poëta, cum Comment. Sylv. Latom. Boler. & Melanchth. *ex officinâ Michael. Vaſcoſani.* (*b*) 4. . Paris. 1541.

Ejuſd Orat. pro Sex. Roſcio Amerino, Guarini Veronenſis, Fran. Sylvii commentariis, Phil. Melanchtonis & Barthol. Latomi Scholiis & artificio rhetorico illuſtrata: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . Paris. 1541.

Ejuſd. Orat. pro T. Annio Milone, Q. Aſconii Pediani & Fr Sylvii commentariis, Bart. Latomi Scholiis, & Ph. Melanchthonis diſpoſitione illuſtrata: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. Paris. 1541.

Ejuſd. Orat. pro lege Maniliâ Agricolæ Scholiis, Fr. Sylvii & Jac. Omphalii commentariis, Bart. Latomi annotationibus, & Ant. Luſchi artificio illuſtrata: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . . . . Paris. 1541.

Ejuſd. Orationes tres; ante exilium, poſt reditum in Senatu, & altera ad Quirites; cum argumentis ſingulis Joan. Sturmii: *impreſſæ apud Simo-*

(*a*) *Joannes Lodoicus Lectori S. En tibi —— Quintiliani Oratoriæ Inſtitutiones —— ex vetuſtiſſimorum collatione exemplarium, multò quàm antè integriores &c. Dabimus propediem in omnes ejuſdem ipſius authoris libros Annotationes, breves illas quidem* &c. *quod ſanè* * *ſuperiori editione eramus polliciti* &c.

* Scil. ann. 1536.

(*b*) Hæc editio eadem eſt ac illa, quæ anno 1539. ex Vaſcoſani etiam officinâ prodiit.

*Simonem Colinæum*, *impenſis verò Nicolai Billequo.* 4. *Menſe Auguſto.* . . Paris. 1541.

C. Criſp. Salluſtii in Ciceronem Oratio invectiva, & Ciceronis in eundem reſponſio, cum Fr. Sylvii Commentariis : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . . Paris. 1541.

Cicer. Epiſtolæ Familiares, cum argumentis, Scholiis, & Græcorum interpretatione : *apud Franciſcum Gryphium.* 8. . . Paris. 1541.

Ejusd. eædem [ *Non. April.* 1540. ] cum Pet. Victorii explicationibus, & Paul. Manutii Scholiis : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Calendis Aprilibus.* 1540. ] . Paris. 1541.

Ejusd. Epiſtola ad Octavium, Jacobi Lodoici Rhemi Commentariis illuſtrata : *apud Michaelem Vaſcoſanum.* 4. . . . Paris. 1541.

Ejusd. Tuſculan. Quæſtiones : *excudebat Jo. Lodoicus Tiletanus.* 4. . . Paris. 1541.

Homeri Iliadis libri tres priores Græcè , Latinis carminibus redditi Helio Eobano Heſſo interprete : *Excudebat Iacobus Bogardus.* 8. . Paris. 1543.

Batrachomyomachia Homeri à Græco in Latinum carmen verſa per Franciſcum Villerium Continiacum : *apud Simonem Colinæum.* 8. Paris. 1543.

Heſiodi opuſcula inſcripta Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Latinis carminibus reddita , Ulpio Franekerenſi Friſio authore , cum ejus Scholiis ; item antiqua Nicolai Vallæ tranſlatio : *apud Iacobum Bogardum.* 8. . . . Paris. 1543.

In

(*a*) Conradi Clauſeri ad Chriſtophorum Clauſerum apud Tigurinos Archiatrum , conſanguineum ſuum , Epiſtola data eſt , *ex Thoſſâ*, 4. *Januarii* , *anno* 1543.

In Heſiodi Opera & Dies, Enarrationes Philippi Melanchthonis: *ex officinâ Jacobi Bogardi.* 8. Paris. 1543.

Theognidis Sententiæ, Græcè & Latinè, cum Eliæ Vineti Santonis Scholiis: *Excudebat. Joannes Lodoicus Tiletanus.* (*a*) 4. . . Paris. 1543.

Theocriti Idyllia; Epigrammata; Bipennis & Ala; Græcè: *apud Chriſtianum Wechelum ſub ſcuto Baſilienſi in vico Jacobæa, & ſub Pegaſo in vico Bellovacenſi.* . . . . Paris. 1543.

Anthologiæ Græcorum Epigrammatum liber primus univerſus per Franciſcum Bellicarium Pequilionem in Latinum Sermonem metricum converſus: *Excudeb. Ludovicus Grandinus.* 4. *IX. Calend. Martii.* . . . . Paris. 1543.

Terentii Phormio, ab Antonio Goveano denuo caſtigata, locis difficilioribus explicata, actibus, ſcenis verſibúsque diſtincta: *apud Guillelmum le Bret.* 4. . . . Paris. 1543.

Steph. Doleti Obſervationes in Terentii Andriam & Eunuchum: *apud eundem Doletum.* 8. Paris. 1543.

Horatii Poëmata, Scholiis brevibus iíſque breviſſimis illuſtrata: *apud Joannem Roigny; excudeb. Jo. Lodoicus Tiletanus.* 4. . Paris. 1543.

Horatius: *apud Simonem Colinæum.* 12. Paris. 1543.

Horatii Opera, cum Commentariis Acronis,

Por-

(*a*) *Elias Vinetus Santo Lectori. —— diligenter omnia adhibui, cujusmodi ſunt cùm variorum codicum locorúmque ex eodem autore ab aliis ſcriptoribus citatorum diligens collatio, tum ſyncerum & acre amicorum meorum virorum doctorum unà cum meo judicium; inter quos Petrus Panatius & Jacobus Gupylus facilè principes. Quâ diligentiâ —— tandem effectum eſt, ut eorum, quæ in bono poëta corrupta erant, magnam partem obiter caſtigaverim: Cœterùm cùm in eo totus eſſem, Ioanni Lodoico Tiletano typographo diligentiſſimo rem patefeci, cùm in ejus Bibliopolium quærendi ex eo exemplaris gratiâ aliquando me contuliſſem: quam ubi intellexiſſet, rogavit vehementer, ut ſiquid haberem in eum authorem, quem eſſet brevi excuſurus, communicarem* &c. *Id impetravit ille —— cui publicandum tradidi, quicquid fuit noſtri in Theognidem laboris: quem authorem utinam tam totum reſtituere omnino potuiſſem, quàm cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nullâ diligentiâ —— id præſtare potuerim: quæ res in cauſâ eſt, ut in Latinum ſermonem à me converſum non habueris.* &c. *Vale, Lutetiæ, Cal. Sextil.* 1543.

Porphyrionis, Ant. Mancinelli, Jod. Badii anno 1543. repoſitis; & adnotationibus Matthæi Bonfinis & Aldi Manutii à Philologo recognitis; & Henrici Glareani Helvetii: *in ædibus Oudini Petit.* fol. . . . . Paris. 1543.

Ovidii Metamorphos. cum Comment. Regii & Micylli: *per Joannem Hervagium.* fol. Baſil. 1543.

Ejusd. Opuſcula de Nuce, Philomela, Pulice: *apud Petrum Gromorſum.* 4. . Paris. 1543.

Catullus, Tibullus, Propertius: *ex officinâ Simonis Colinæi.* 12. . . . Paris. 1543.

Perſii Satyræ: *apud Petrum Gromorſum.* 4. Paris. 1543.

Lucanus: *apud Simonem Colinæum.* 12. Paris. 1543.

Sententiæ ex optimis authoribus petitæ: *apud Nicolaum Buffet.* 8. . . . Paris. 1543.

Joan. Lodovici Vivis linguæ Latinæ exercitatio: *apud Ioannem & Franciſcum Frellonios fratres.* 8. . . . . Lugdun. 1543.

Car. Stephan de Vaſcul. ex Bayſio: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XIII. Cal. Oct.* Paris. 1543.

Primus ludus Petri Alitis Carnotenſis in puerorum verſiculos: *apud P. Vidovæum.* 8. Paris. 1543.

Pugna porcorum per P. Portium Poëtam: *apud Nicolaum Buffet.* 8. . . . Paris. 1543.

Petri Roſſeti poëtæ laureati Chriſtus: *apud Simonem Colinæum. menſe Octobri.* . Paris. 1543.

Petri Artopœi Latinæ, Græcæ, & Hebraïcæ linguæ Grammatica; item Jonas Propheta & Pſalmus I Hebraïcè, Græcè & Latinè, cum Schol. ejusd. Artopœi: *apud Henricum Petrum.* 8. Baſil. 1543.

Sebaſtiani Munſteri Dictionarium trilingue; in quo Latinis vocabulis in ordinem alphabeticum digeſtis reſpondent Græca & Hebraïca; Hebraïcis adjecta ſunt magiſtralia & Chaldaïca;

 item

item Matthæi Aurogalli liber de Hebræis urbium, regionum, populorum, fluminum, montium & aliorum locorum nominibus : *apud Henricum Petrum.* fol. *Menſe Martio.* . . . Baſil. 1543.

Nicolai Clenardi in linguam Græcam Inſtitutiones, cum Renati Guillonii adnotatiunculis : *apud Chriſtianum Wechelum ſub ſcuto Baſilienſi, & ſub Pegaſo in vico Bellovacenſi.* 8. . Paris. 1543

Lexicopator Joannis Chæredami : *apud Guil. Rolant & Hieron. Garmontium.* fol. . Paris. 1543.

Ælii Donati Commentarii Grammatici tres ; Ars prima ; Ars ſecunda ; de Barbariſmo, Solœciſmo, Metaplaſmo, Tropis ; Commentarii Sergii in utramque Donati artem, & Servii Honorati in ſecundam : *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *XI. Cal. Nov.* . . . Paris. 1543.

Joannis Deſpauterii Grammaticæ pars prima : *ex officinâ Roberti Stephani.* 4. *Nonis Octob.* Paris. 1543.

Valer. Prob. de ſcriptur antiq. *apud Simonem Colinæum.* 8. . . . . Paris. 1543.

Huberti Suſſannæi annotiones in artem Deſpauterii Verſificatoriam ; iem Epithalamium Michaelis Hoſpitalis & Mariæ Morinæ ; ecloga Sylvius inſcripta, & carminum farrago : *apud Simonem Colinæum.* 8. . . . Paris. 1543.

Pathelinus Comœdia, alias Veterator, è Gallicâ linguâ in Latinam traducta per Alexandrum Connibertum : *apud Simonem Colinæum.* (*a*) 8. Paris. 1543.

Laurentii Vallæ Opera : *apud Henricum Petrum.* fol. . . . . Baſil. 1543.

Ejuſd. Elegantiarum Adeps per Bonum Accurſium : *apud Simonem Colinæum.* 8. . Paris. 1543.

Tho. Linacri de emendatâ ſtructurâ Latini Sermonis libri ſex : & ejuſd. Rudimenta Latinè, Buchanano interprete : *apud Mauricium de*

(*a*) Biblioth. Verdier. 1080.

*Porta.*

*Portâ.* 8. . . . . . . Paris. 1543.

De octo partibus Orationis cum Comment. Jun. Rabirii: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. Paris. 1543.

Phil. Melanchthon. Grammat. Latin. à Micyllo emendata: *ex offic. Rob. Stephani.* 8. *IX. Cal. Dec.* . . . . Paris. 1543.

Theſaurus linguæ Latinæ: *ex officinâ Roberti Stephani.* fol. *XII. Cal. Iul.* . . . Paris. 1543.

Biblia Hebraïca quintò impreſſa, operâ Cornelii Adelkind: *in domo Danielis Bombergi.* (*a*) 4. Venet. 1544.

Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum; Hebraïcè: *apud Danielem Bombergum.* (*b*) 24. Venet. 1544.

Biblia Hebraïca: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*c*) 4. . . . . Paris. 1544.

Nov. Teſtament. Græcè ex caſtigatione Eraſmi cum Schol. Jo. Gaſtii: *apud Tho. Platterum.* (*d*) 8. . . . Baſil. 1544.

Biblia Latina. (*e*) fol. . . . Lugd. 1544.

Eadem: *apud Hug. à Portâ* (*f*) 8. . Lugd. & Paris. 1544.

Eadem: *apud Guill. Vorteſman.* (*g*) Antv. 1544.

Eadem: *Bart. de Albertis, ad inſigne ſpei.* (*h*) 8. . . . . . . Venet. 1544.

Biblia Latina Proteſtantium, cum Nov. Teſt. Eraſmi:

(*a, b,*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*c*) Hoc opus non integrum uno eodem anno prodiit. *Duodecim Prophetæ cum Commentariis R. Dav. à Franc. Vatablo emendatis & illuſtratis*; viz. *Oſee* 1539. *Sophonias, Jun.* 1539. *Michæas, Iul.* 1539. *Nahum, Aggæus, Aug.* 1539. *Habaccuc, Nov.* 1539. *Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Ian.* 1540. *Zacharias, Feb.* 1540. *Malachias, Mart.* 1540. *Prophetia Iſaiæ, Sept.* 1539. *Ieremiæ, Aug.* 1540. *Daniel,* 1540. *Cantic. Ruth. Lament. Eccles. Eſth. Iul.* 1540. *Proverb. Aug.* 1540. *Pſalter. Octob.* 1540. *Eſdras, Iob.,* 1541. *Ezechiel* 1542. *Pentateuch. Paralipom* 1543. *Ioſue, Iud. Sam. Reg.* 1544. Vidi aliquas horum Bibliorum partes eâdem formâ, eodem charactere excuſas, quæ in tituli paginâ cum præcedentibus (licèt conveniant in reliquis) diſcrepant. viz. *Nahum.* 1539. *Sophonias.* 1539. *Aggæus.* 1540. Hanc Bibliorum editionem à Roberto Stephano datam culpant nonnulli, utpote minùs accuratam. Lege Long. Bibliothec. Sacr. pag. 106.

(*d, e, f, g, h,*) Long. Bibliothec. Sacr.

Eraſmi & præfatione Jo. Brentii : *apud Volrabium.* (*a*) fol. . . . . Lipſ. 1544.

Eadem : *apud Nicol. Brylingerum.* (*b*) 8. Baſil. 1544.

Eadem ex Hebræo & Græco : *apud Chriſtoph. Froſchoverum.* (*c*) 4. & 8. . . Tigur. 1544.

Daniel, Latinè, ex verſione Joan. Draconitidis cum Comment. (*d*) 8. . . Marpurg. 1544.

Nov. Teſtam. Latinè : *apud Sim. Colinæum.* (*e*) 16. . . . Paris. 1544.

Idem, cum Schol. Iſidori Clarii : *apud Joannem Steelſium.* (*f*) 8. . . . Antverp. 1544.

Biblia Italica Bruccioli cum Comment. *apud Barthol. Zanettum.* (*g*) fol. . . . Venet. 1544.

Nov. Teſtam. Italic. ex Græco per Anton. Brucciol. *apud Fr. Bruccioli.* (*h*) 16. . Venet. 1544.

Biblia Germanica Lutheri : *apud Wolfium Kophelil.* (*i*) fol. . . . . Argent. 1544.

Pentateuchus & quinque parva volumina Germanicè ex Hebræo literis Hebraïcis, interprete Michaele Adamo curâ Pauli Fagii. (*k*) 4. Conſtantiæ Helvetiorum. . . . 1544.

Epiſtolæ & Evangelia totius anni Hiſpanicè, ex verſione Ambroſii de Monteſino. (*l*) 8. Antverp. 1544.

Concordantiæ breviores. (*m*) 8. . Paris. 1544.

Precationes aliquot celebriores è Sacris Bibliis deſumptæ; item Decalogus, & Pſalmi ſeptem pœnitentiales; Hebraïcè, Græcè, & Latinè; unà cum Calendario; omnia in enchiridii formulam redacta : *apud Jacobum Gazellum, ſub inſigni Invidiæ, è regione gymnaſii Cameracenſium.* 16. Paris. 1544.

S. Epiphanii Conſtantiæ Epiſcopi Opera Græce : *ſumptibus & curâ Joannis Hervagii.* fol. 17. *Martii.* . . . Baſil. 1544.

(*a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m,*) Long. Bibliothec. Sacr.

Ejus-

Ejuſdem eadem Latinè, per Janum Cornarium Medicum verſa, atque Baſileæ (*a*) excuſa; quibus acceſſit ejuſdem Epiphanii Hiſtoria de prophetarum vitâ & interitu, Latinè, Albano Torino interprete (*b*); & ejuſdem Epiſtola ad Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Latinè, D. Hieronymo interprete: *ſub ſigno hominis ſylveſtris, viâ ad D. Jacobum.* (*c*) fol. *Abſolutum eſt hoc inſigne opus Menſe Martio.* Paris. 1544.

D. Baſilii magni de inſtituendâ ſtudiorum ratione, & quæ utilitas capi queat ex Gentilium librorum lectione, oratio parænetica ad nepotes ſuos; locis quamplurimis è Græco reſtitutis, ab aliis partim corruptis, partim omiſſis; Latinè: *apud Matthæum Davidem è regione gymnaſii ab Ave Mariâ.* (*d*) 8. *Menſe Auguſto.* Paris. 1544.

D.

(*a*) Anno 1543. fol. edente Oporino. Conſule Fabric. Bibliothec. Græc. Lib. V. cap. 11. pag. 418.

(*b*) Prodiit Græcè & Latinè apud Andr. Cratandrum. Baſileæ. 1529. 4.

(*c*) *D. Joanni Fridericho Saxoniæ Duci* &c. *Janus Cornarius Medicus Phyſicus Francoforden. S. D. Quum Deus ita voluerit, ut jam biennium D. Baſilium Latinis hominibus legendum converterim, & intrà unius anni ſpatium totum opus abſolverim, trium uſus exemplarium collatione* &c. *inſignem item Theologum Epiphanium aggreſſus, etiam ipſum in Latinam linguam tranſtuli.* ——— *propter operis raritatem, quod in hunc diem neque Græcè neque Latinè typis excuſum eſt.* &c. *Unicum exemplar ſecuti, quod potuimus, præſtitimus, ut Epiphanius Latinè legatur.* &c. *Philippus Melanchthon, quo & præceptore & amico per multos jam annos uſus ſum, opus hoc* [Epiphanii de Hæreſibus] *ita probavit, ut id primum à Joanne Langio Erfordienſi impetrârit. Deinde ad induſtrium virum Ioannem Oporinum utrâque linguâ Profeſſorem clarum miſerit, quò illius & Roberti Chimerini induſtrii typographi operâ Græcè ederetur. At hi ambo ut meliùs de Latinâ linguâ & de ſtudioſis Græca non aſſequentibus mererentur, perſuaſerunt mihi, ut poſt Baſilii converſionem à me factam etiam hoc Epiphanii opus aggreſſus ſim, & intrà nonum menſem in Latinam linguam tranſtulerim. Atque hoc extra profeſſionis Medicæ, in quâ jam per viginti annos verſor, rationem.* &c. *Hæc omnia recenſenda putavi, ut declarem, quàm vellem omnino Celſitudine tuâ dignum hoc opus videri, quod poſt inſcriptum eidem C. T. Græcum* * *Dioſcoridem, poſt tredecim jam annorum tempus tandem C. T offerre ſtatui. Non quòd nihil interim ſit à me editum: ſed quòd quum multa à nobis ſint è Græcis ad Latinos converſa, quàm multa nemo unus ab hominum memoria in Latinam linguam de Græcis tranſtulit, atque hæc è diverſis doctrinarum generibus, Philoſophiâ, Phyſicâ, Medicinâ, ac Theologiâ, nullum opus æquè C. T. decere viſum eſt, velut hoc Epiphanii ſcriptum. Quum enim acerrimus ſis in opprimendis recens enatis hæreſibus* &c. *Francofordiæ ad Mœnum. Calen. Novem. M. D. XLIIII.*

(*d*) Hæc editio diverſa eſt ab illâ quæ in 8 1543. Pariſiis prodiit *apud Ludovicum Grandinum juxta D. Stephanum Montanum*

* Dioſcorid. Græc. apud Jo. Bebelium, Baſil. 1529. 4. curâ Jani Cornarii. *Fabric. Biblioth. Græc. lib. 4. cap. 3. pag. 96.*

D. Hilarii Pictavorum Epiſcopi Lucubrationes: *ex officinâ Carolæ Guillard.* (*a*) fol. . Paris. 1544.

D. Clementis Opera, quæ ad hunc uſque diem extare comperta ſunt; ſcil. Recognitionum libri decem, & quinque Epiſtolæ, interprete Rufino Torano Aquileienſe; item Canones Apoſtolorum, Græcè, cum duabus Latinis verſionibus, alterâ Gregorii Haloandri; item ſelectiſſimæ vetuſtisſimorum præſulum Epiſtolæ ad fidem veterum exemplarium Victorinorum reſtitutæ : *apud Ioannem Roigny ; excudebat Carola Guillard.* (*b*) fol. . . . . . . . . Paris. 1544.

Euſebii Præparatio Evangelica, Græcè : *ex officinâ Roberti Stephani.* fol. . . . Paris. 1544.

Ejusdem

*tanum in Signo galli , è regione gymnaſii de l'Ave Maria.* At Matthæus David ſuæ editioni præfixit idem inſigne , idémque lemma typographicum, quod Ludovicus Grandinus; ſitu tamen tum hujus , tum illius nonnihil mutato.

(*e*) Hanc editionem rariùs obviam eſſe obſervat clariſſ. Fabricius in Biblioth. Latin. Vol. 3. pag. 414. Hanc curavit Ludovicus Miræus, in cujus ad Michaelem Scutarium Epiſtola leguntur hæc: *affirmare tibi poſſe videor elaborâſſe me magnopere, ut hic noſter Hilarius omnium , qui hactenus typis excuſi ſunt, emaculatiſſimus prodiret collatis multis variiſque exemplaribus manuſcriptis ( quibus plus autoritatis ob antiquitatem, an fidei ob ſynceram priſcámque illam ſcribendi rationem paſſim & conſtanter obſervatam ineſſe tu dubites ) præterquam quòd librariorum vulnera ſexcenta, quæ fuerant ab Eraſmo curata , ſed quæ recrudeſcere poſſe viderentur , novâ iterum ceu cicatrice aut ſplenio contexuimus. Adhæc librum de eſſentiâ Patris & Filii adversùs hæreticos , quem nobis ſuppeditavit illa inſtruct. vetuſtiſſimâque D Victoris ad muros Pariſien Bibliotheca, jam primùm typis excuſum attexuimus. Huic ſucceſſerunt ejusdem Hilarii ad D. Auguſtinum Epiſtolæ duæ; altera de reliquiis Pelagianæ hæreſeos; altera de aliquot quæſtionibus. Item carmen in Geneſim , quanquam nonnullis locis depravatum non potuerimus reſtituere, quoniam unicum nobis erat exemplar. Neque verò integram authoris hujus reſtitutionem ſpondemus; id quod & ſingularis ac divinæ propè mentis , nedum noſtri inexhauſti laboris eſt. Hoc ſanè tantùm à monachis, canonicis collegiatis , cœnobiis , quorum peculiare munus eſt juvare rem Eccleſiaſticam, quibúsque inſtructiſſimæ omne genus autorum Bibliothecæ à majoribus ſuis relictæ ſunt, poſtulamus, ut ſi qui integriora exemplaria apud ſe, cum tineis, blattis, ſitu, ſqualore neglecta deliteſcant, prodant.* &c.

(*b*) Præmittitur in tituli paginâ hæc monitio; *lege, ſi libet, ô θρησκειομάστιξ , & fateberis non nudius tertius natas cæremonias, ſed jam indè ab Apoſtolis ad nos uſque per manus deveniſſe.* Deinde Jo. Sichardi ad Bernardum Tridentinum Epiſcopum Epiſtola: ——— *Quæ hodie in vetuſtiſſ. Bibliothecis ſuperſunt exemplaria, quorum duo omnino licuit per ſesquimeſtrem illam excurſionem videre , unum Baſileæ , quo uſi ſumus commodato , alterum Schonaugiæ, nullas habebant capitum ſectiones , & Clemens ipſe in X. libros totum volumen digeſſerat, id quod ex fine tertii libri facile eſt videre.* &c. *Mihi non videtur veriſimile Rufinum virum , nequid addam præterea , magnum potuiſſe adduci, ut Latio donaret librum, quem vidiſſet parum dextre ab eruditioribus accipi, aut cui dignitatis ſuæ ratio non jam antè conſtaret.* &c.

| | | |
|---|---|---|
| Ejusdem, ac Socratis, Theodoriti, Theodori, Sozomeni, Evagrii, Hiſtoria Eccleſiaſtica Græcè: *ex offic. Roberti Stephani.* fol. *Prid. Cal. Iul.* . . . . . | Paris. | 1544. |
| Raban. Maurus in Eccleſiaſticum: *apud Simonem Colinæum.* (*a*) fol. . . . . | Paris. | 1544. |
| Le Miroüir de la vraye Religion, par Antoine Caracciolo, natif de Melphe, Abbé de S. Victor à Paris: *chez Simon de Colines.* (*b*). 16. | Paris. | 1544. |
| Phraſes divinæ Scripturæ, per Bartholomæum Weſtmerum: *apud Joannem Roigny.* (*c*) 1. | Paris. | 1544. |
| Alberti Patavini Eremit. Auguſtin. Sermones à dominica in Paſſione usque ad dominic. prim. poſt Paſcha: *apud Audoënum Parvum.* 8. | Paris. | 1544. |
| Venerabilis Bedæ operum tomi tres: *apud Audoënum Parvum: excudebat. Antonius Jurianus.* fol. . . . . | Paris. | 1544. |
| Joan. Royardi ordin. Minor. Homiliæ in omnes Epiſtolas feriales Quadrageſimæ juxta literam: *apud Audoënum Parvum; typis Renati Aprilis.* 8. . . . . | Paris. | 1544. |
| Ejusd. Enarratio Paſſionis Chriſti ſecundùm utriusque Teſtamenti Scripturas: *apud Aud. Parvum; typis Ren. Aprilis.* 8. . . | Paris. | 1544. |
| Vitæ Patrum per Georgium Majorem: *per Petrum Scitz.* 8. . . . | Wittenberg. | 1544. |
| Budæi Forenſia: *ex officinâ Roberti Stephani.* fol. . . . . | Paris. | 1544. |
| Hippocratis Jusjurandum; de arte; de antiquâ Medicinâ; medico; Græcè & Latinè; interprete Joanne Gorræo, cum ejus brevibus Scholiis: *apud Chriſtianum Wechelum, ſub ſcuto* *Ba-* | | |

(*a*) Bibliothec. Cordeſian. p. 4.
(*b*) Bibliothec. Tellerian. p. 92. & laCroix du Maine: ſed du Verdier, ſans datte.
(*c*) Bibliothec. Cordeſian. p. 25.

*Baſilienſi*, *in vico Jacobæo ; & ſub pegaſo* , *in vico Bellovacenſi.* (*a*) 4. . . . Paris. 1542.

Galen. de purgantium medicaminum facultate; de his quos purgare oporteat ; de ptiſanâ ; Latinè; interprete Joanne Pollto : *apud Chriſtianum Wechelum.* 4. . . . Paris. 1544.

Galen. de motu muſculorum libri duo cum Scholiis; ſeptimi libri de uſu partium pars in impreſſis omiſſâ ; & Hippocrat. de pharmacis liber unus; Græcè, curâ Joannis Baii Britanni : *apud Hieron. Frobenium & Nicol. Epiſcopium.* (*b*) 4. Baſil. 1544.

Galen. de placitis Hippocratis & Platonis ; de comate apud Hippocratem ; de Medicinis ſuccedaneis; de Anatomicis adminiſtrationibus ; Græcè; curâ Joannis Caii Britanni : *apud Hieron. Frobenium & Nic. Epiſcopium.* (*c*) 4. Baſil. 1544.

De arborum, fruticum, herbarumque nominibus, tam Latinis quàm Græcis, ex variis & receptis authoribus, cum Gallicâ eorum appellatione :

(*a*) *Petro Caſtellano Tutelenſium Epiſcopo Jo. Gorræus S. P. D.* —— *à prioribus libris exorſus ſum, qui veluti proœmium ſunt reliquorum omnium: atque in iis periclitari malui, quàm aliis qui ad morborum curationem pertinent.* —— *Nec verò iis priùs manus admovere decrevi, quàm nactus ſim codices magìs emendatos, quos tu facilè potes ſuppeditare ex regis Chriſtianiſſ. Bibliothecâ* &c. *Si verſionem iſtam à te probari intellexero, non priùs ab incepto opere deſiſtam, quàm præcipuam librorum Hippocratis partem in Latinam linguam convertero. Vale.*

(*b*) *Antonio Denneo Regi Britanniæ à ſecretiori cubiculo Joannes Caius S. D.* —— *Nihil æquè cupiam atque* —— tuum *animum tantâ virtute donatum , quem Gualterus Buclerus reginæ noſtræ Secretarius, vir ad virtutem atque literas natus , magnificè prædicare ſolet, perſpectum cognitúmque habere, præſénsque venerari.* &c. *Tuo ſtudioſo nomini addicimus hos Galeni & Hippocratis libros, quorum alios noſtrum ſæculum nunquam vidit, alios non niſi depravatos & corruptos vidit.* &c. *Quo animo optârim eſſe eósque optimos Galeni & Hippocratis libros apud ſe aſſervant : ut planè abſcondant & ſepeliant* &c. *Buclero noſtro ex me ſalutem dicito; jubetóque ut literarum illa ornamenta Henricum Knollum, Richardos Moroſinum & Scelleum meo ſalutet nomine. Vale. Baſileæ, 6. Cal. Julias.* 1544.

(*c*) Joan. Caii de libris propriis, in 12. Londin. 1570 pag. 6. ] *Conſcripſimus Commentarios in Galeni libros Græcos novem* περὶ ἐγχειρήσεων ἀνατομικῶν *& duos* περὶ μυῶν κινήσεως, *quos in Italiâ caſtigavimus ad vetuſtum quendam librum , cujus mihi copiam fecit Lazarus Bonamicus per ea tempora humaniorum literarum Græcæ & Latinæ linguæ Patavii Profeſſor publicus.* —— *Inquirendo inveni aliud exemplar Beſſarionis Græcum in Bibliothecâ S Marti Venetiis , quod aliquot locis juvit.* pag. 7. *Poſtquam in Britanniam venerim , nactus ſum aliud exemplar* περὶ ἐγχειρήσεων *Joannis Clementis Angli, probi viri & ſingularis Medici, & alterum Thomæ Linacri, hominis præcellentis judicii* &c.

latione: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *VIII. Id. Aug.* . . . . . Paris 1544.

Platonis Timæus, vel de Naturâ, Latinè, Marſilio Ficino interprete: *apud Jacobum Bogardum.* 4. . . . . Paris. 1544.

Ejusdem Epiſtolæ, Græcè, & Latinè ſeorſim, eodem interprete: *apud Jacobum Bogardum.* 4. . . . . Paris. 1544.

Ariſtotelis, περὶ ἑρμηνείας libri duo, Latinè: *apud Simonem Colinæum.* 8. . . Paris. 1544.

Ejusd. Topicorum libri octo cum duobus Elenchorum, Boetio Severino interprete; *apud Simonem Colinæum.* (*a*) 8. . . Paris. 1544.

Ejusd. de cœlo liber primus, Græcè: *apud Chriſt. Wechelum.* 4. . . . Paris. 1544.

Porphyrii Prædicabilium liber, Latinè; & Ariſtotelis Categoriæ, Latinè; Boetio Severino interprete: *apud Simonem Colinæum.* 8. . Paris. 1544.

Simplicii Commentarii in VIII. Ariſtotelis libros de Phyſico auditu, Latinè: *apud Joannem Roigny.* (*b*) fol. . . . . Paris. 1544.

Joannis Grammatici Philopini Commentarii in poſteriora Ariſtotelis Analytica, Latinè: *apud Ioannem Roigny.* (*c*) fol. . . Paris. 1544.

Platonis Axiochus & Hipparchus, Gallicè, Stephano Doleto interprete. (*d*) 12. . Lugdun. 1544.

Eusd. Apologia Socratis, Græcè: *apud Iacobum Bogardum.* 4. . . . Paris. 1544.

Plutarchi de placitis philoſophorum libri quinque, Græcè; ad Aldinam editionem codicémque vetuſtiſſimum manuſcriptum emendati; addita

eſt

(*a*) Ad calcem, *excudeb. Sim. Colinæus* 1545.
(*b*, *c*,) Bibliothec. Cordeſian. p. 388. 389.
(*d*) Fabric. Bibliothec. Græc. lib. 3. cap. 1. pag. 39.

eſt Gulielmi Budæi interpretatio Latina : *apud Iacobum Bogardum.* 4. . . . Paris. 1544.

ARCHIMEDIS Opera, quæ extant, omnia, nunc primùm & GRÆCE & LATINE in lucem edita, cum EUTOCII Aſcalonitæ Commentariis Græcè & Latinè nunquam antea excuſis: *per Ioannem Hervagium.* (*a*) fol. . Baſil. 1544.

Oront. Fin. Quadratura Circuli; de Circuli menſurâ & ratione Circumferent ad Diametr. de multangul. & regular. fig. de inveniend. longitud. different. & planiſphær. geographic. *apud Simonem Colinæum.* fol. . . . Paris. 1544.

Ejusd. Arithmetica Practica, in compendium per authorem ipſum redacta, multísque acceſſionibus locupletata: *apud Simonem Colinæum.* 8. Paris. 1544.

Ejusdem in ſex priores Euclidis elementorum libros demonſtrationes, recèns auctæ & emendatæ; unà cum ipſius Euclidis textu Græco, & Latinâ Barthol. Zamberti Veneti interpretatione: *apud Simonem Colinæum.* fol. . Paris. 1544.

Georgii Trapezontii Dialectica: *in officinâ Simonis Colinæi.* 8. *XXII. Aprilis.* . . Paris. 1544.

Dialecticæ methodus Patritio Todæo Scoto authore: *proſtat in ædibus Simonis Colinæi.* (*b*) 4. *Menſe Octob.* . . . . Paris. 1544.

Petri Ruffi Druydæ Dialectica, nuper ab authore eodem emendata; ſecunda editio: *apud Petrum Gromorſum.* (*c*) 8. . . Paris. 1544.

Joannis Noviomagi de Numeris libri duo: *Excudebat Ioannes Gymnicus.* 8. . . Colon. 1544

Flavii JOSEPHI Opera, GRÆCE: *apud*

*Hieronym.*

(*a*) De hâc editione dictum eſt priùs; Annal. Typographic. Tom. 2. pag. 375.

(*b*) Ad calcem, *Excudebat Pariſiis Gulielmus Boſſozelus impenſis Reginaldi Calderini anno* 1544.

(*c*) Ruffi Epiſtola D. I. Gelidæ Gymnaſiarchæ Scholarum Cardinalis inſcripta ex Remeis ædibus 1544. Nonas Oct. datur.

*Hieronym. Frobenium & Nicol. Epiſcopium.* (*a*). fol. Paris. 1544.

Herodoti Clio & Euterpe, Græcè: *apud Chriſtianum Wechelum.* 4. . . . Paris. 1544.

Salluſtius de conjurat Catilin. & bello Jugurth. & Porc. Latr. contra Catilin. & fragment. ex hiſtor. Salluſtii: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. Paris. 1544.

Herodian Hiſtor. Latinè, Politiano interprete: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IX. Cal. Iun.* Paris. 1544.

Cæſar. Commentar. cum picturis Galliæ ac Pontis in Rheno &c. cum deſcriptione veterum Galliæ locorum: *ex officinâ Roberti Stephani.* (*b*) 8. Paris. 1544.

Eutropii Epitome belli Gallici; cum Henr. Glareani in Commentarios Cæſar. de bell. Gallic. & Civil. annotationibus; & nominibus Gall.

popu-

(*a*) *Ad Diegum Hurtadum Mendozam, apud Senatum Venetum, Legatum Cæſarium, Arnoldi Peraxyli Arlenii præfatio.* —— *Labores infinitos ac ſumptus maximos in exquiſitiſſimos inventûque rariſſimos codices inſumpſiſti: quos tum in Italiâ tum in Græciâ defoſſos quaſi theſauros aliquos eruendos ac in tuam pulcherrimam Bibliothecam deferendos curâſti: quam* —— *cum omnibus etiam ſtudioſis piiſque hominibus cupis habere communem* &c. *operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi ex egregiâ illâ tuâ Bibliothecâ alios quidem aliàs, nunc Flavium Joſephum clariſſimum ac præſtantiſſimum hiſtoricum quaſi floſculum ex amœniſſimo quodam horto delibarem.* &c. *Poſterior pars* ἀρχαιολογίας *ita multis mendis confuſa & incuriâ quâdam librarii vel imperitiâ deformata erat, ut ad veram præſtruendam lectionem nullum laborem ſufficere experti fuiſſemus, niſi epitomen, quam ante annos aliquot Romæ mecum comportaveram, adhibuiſſemus; è cujus collatione multa ſuæ dignitati reddita, nonnulla quæ prætermiſſa fuerunt reſtituta, beneficio inprimis ac operâ Sigiſmundi Galenii; qui vir humanitate, & virtute, & mirâ ingenii laude præditus, & diſciplinâ exquiſitarum literarum eruditiſſimus, aſſiduitate, labore ac omni diligentiâ perfecit, ut omnia prodirent castigatiſſima. In bello Iudaïco ac reliquis minus negotii habuimus, propterea quod & noſtra exemplaria accuratiùs erant deſcripta, & alia inſuper nobis ſuppeditata à præſtantiſſimis doctiſſimiſque viris Ioanne Croto ac Petro Gillio; quâ in re & ſtudium ſuum nobis probaverunt, & ſummum erga literas amorem declaraverunt.* &c. *Venetiis, quarto Nonas Mart. M. D. XLIIII.* Huic editioni præfixum Caroli V. Imper. privilegium laudat Hieron. Frobenium & Nicol: Epiſcopium, quod hanc *Ioſephi hiſtoriam Græcam ſuis impenſis diligenter & accuratè procudendam ſuſceperint, nonnullóſque alios ejusdem linguæ authores hactenus nunquam evulgatos, quos magnâ parte deſcribendos curârunt, in lucem proſere ſtatuerint.*

(*b*) *Rob. Stephanus lectori. Ne fortè ſilentio noſtro nihil præter aliorum editionem attuliſſe videamur, hoc tantum teſtari ſatìs viſum eſt, veterum codicum auxilio, & amicorum, eorúmque non quorumlibet, ſed qui in emendandis veteribus tum Græcis tum Latinis judicio polleant, quíve nobis, Reip. nomine ſiquid illis otii à ſuis datur negotiis, in ejusmodi rebus operam dare ſolent, multa eſſe in hóc quoque auctore reſtituta, quæ illis ſunt aliquando nominatim edito libello indicaturi. Vale: & nos juva, quantum potes.*

populor. urb. fluvior. mont. vulgari linguâ redditis: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. . Paris. 1544.

Dionis Caſſii Nicæi Cocceius Nerva, Trajanus Nerva, Adrianus, Conflagratio Veſevi, Latinè, Georg. Merulâ interprete; Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus; cum Jo. Bapt. Egnatii annotationibus: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *Idibus Iun.* . . . . Paris. 1544.

Trebellius Pollio, Flavius Vopiſcus, cum Egnatii annotationibus; Sext. Aurel. Victor; Pomp. Læti compend. hiſtoriæ Romanæ; Egnatius de principibus Romanorum: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *VI. Id. Iul.* . . Paris. 1544.

Sext. Aurel. Victor: *apud Simonem Colinæum.* 8. . . . . . . Paris. 1544.

Plin de Vir. illuſtrib. & Sueton. de claris Grammatic. & Rhetor. & Jul. Obſeq. de prodigiis: *ex officinâ Roberti Stephani* 8. . Paris. 1544.

Flor. de geſt. Romanorum; Sext. Ruffi Epitom de hiſtor. Romanâ; Meſſal. Corvin. de progenie Auguſti: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . . . Paris. 1544.

Ammiani Marcellini libri, à decimo quarto ad trigeſimum primùm, nam XIII. priores deſiderantur; Quanto verò caſtigatior hic ſcriptor nunc prodeat ex Hieronymi Frobenii (*a*) Epi-

ſtola,

(*a*) *Hier. Frobenius Philologis omnibus S. D. Ioannes Frobenius pater felicis memoriæ meus, quanto animi ardore totus huc incubuerit, ut authores lectu dignos vel ab interitu revocaret, vel à mendis, quibus ætas illa rudior contaminarat omnia, vindicaret, arbitror nemini ſtudioſorum ignotum eſſe: quare factum eſt, ut hæredibus ſuis plus famæ reliquerit, quàm pecuniæ. Hujus animum atque induſtriam nos non ſolùm æquare, verùm etiam ſuperare pro noſtra quidem virili conamur. Dedit ille * tum, ut licuit, Ammiani Marcellini rerum geſtarum libros tredecim. Nos caſtigavimus, lacunas aliquot explevimus ſcribarum incuria prætermiſſas, & in his verſus interdum integros reſtituimus, Græca omnia, quæ vel prorſus aberant, vel ſic aderant, ut fruſtra adeſſent, quum vix à Sibylla quid eſſet ſcriptum divinari poſſet, repoſuimus. Nihil autem horum ex inani conjectura, quæ ſæpe fallit, dum in ſuo quiſque commento ſibi pulcher eſt,*

*ſed*

* Anno 1518.

ſtola, quam hâc de cauſâ addidimus, cognoſces; librum trigeſimum primum, qui in exemplari Fröbeniano non habetur, adjecimus ex codice Mariangeli Accurſii: *ex officinâ Roberti Stephani.*

8. *XVI. Cal Iun.* . . . Paris. 1544.

Corn.

*ſed ex fide vetuſti codicis. Non fugit nos, ab utriſque peccari, tum ab iis, qui nimiùm fidunt manu deſcriptis codicibus, quaſi protinus rectum ſit, quicquid in illis invenitur; tum ab his, qui de ſuo capite mutant, adimunt, addunt, quod libet. Nos, quanquam inter Scyllam & Charybdim medium curſum tenere ſtuduimus, tamen in priorem partem maluimus eſſe proniores. Excuſatiùs enim peccat, qui ductu labitur alieno, quàm qui ſeducit alios. Sed de his eſto docti lectoris judicium. Illud mihi videor meo jure bonâque conſcientiâ pollicere poſſe, hactenus Ammianum nunquam editum fuiſſe caſtigatius. His adjunximus libros quatuor à vigeſimo ſexto usque ad trigeſimum, antehac à nemine typis excuſos.* &c. *In hâc provinciâ ſtrenuam ac fidelem operam novis navavit vir utriusque literaturæ non vulgariter callens emunctæque naris Sigismundus Galenius. Exemplar manu deſcriptum gratìs & alacriter ſuppeditavit egregius princeps Abbas Hirsfelden.* &c. *ex ædibus noſtris Baſileæ Calen. Julii. Anno M. D. XXXIII.* Audiamus jam, quid Henricus Valeſius hujus hiſtorici editor anno 1536. in ſuâ ad lectorem præfatione dixit. *Prima Marcellini editio Romæ prodiit M. CCCC. LXXXIV. cui præfuit A. Sabinus poëta laureatus. Hæc, utpote nondum exortâ Criticorum natione, omnium fideliſſima eſt. Nævos enim exemplaris ſui & lacunas ſervat omnes. Hanc ſecuta eſt Bononienſis anno 1517. quam curavit P. Caſtellus vir nec ingenio nec judicio ullo præditus. Ac neſcias, utrùm ſtuporem hominis mirari magìs an audaciam atque impudentiam debeas. Nam neque ullum codicem manuſcriptum conſuluit; & conjecturæ adeò infœliciter indulſit, ut monſtra quædam ac deliria in Marcellini libros intruſerit. Denique lacunas omnes, quæ in editione Romanâ fideliter expreſſæ fuerant, ipſe inſertis vocabulis explevit, aut ita coire fecit, nullum ut veſtigium lectoribus relinqueretur. Itaque hæc editio omnium ferè errorum, qui in Marcellini libris occurrunt, ſeminarium meritò dici poteſt.* ——— *Huic, anno poſt, ſucceſſit editio Baſilienſis à Joanne Frobenio excuſa, quæ Bononienſem illam duntaxat expreſſit. Tandem verò anno M. D. XXXIII. editiones duæ prodiere: prior Auguſtæ Vindelicorum, menſe Maio, emendata à Mariangelo Accurſio; poſterior Baſileæ apud Hier. Frobenium, Calendis Julii, cui præfuit Sig. Galenius. Utraque porrò ex ſcriptorum codicum fide & emendata & aucta. Nam Accurſius libros quinque poſtremos, qui in ſuperioribus editionibus deerant, ex ſuo codice primus adjecit. In editione verò Gelenii, qui Hirsfeldenſi MS. exemplari uſus eſt, ultimus liber cum extremâ triceſimi paginâ deſideratur.* ——— *Erat in utroque horum virorum magna doctrina: ſed in Gelenio major quædam ingenii vis, & judicium acrius fuit. Quod cùm multi præclari labores illius viri teſtantur, tum maximè interpretationes Latinæ Dionyſii Hallicarnaſſei, Appiani, Philonis, Joſephi, Origenis, & aliorum. Sed & Ammiani Marcellini hiſtoriæ ab eo editæ id ipſum abunde teſtantur. In quibus plurima acutè & ingenioſè emendavit; & inſignem paginarum tranſpoſitionem, quæ in MSS. omnibus codicibus reperitur, & in editione extat Accurſii, mirâ dexteritate reſtituit. Quamobrem ejus viri nomini libenter hoc laudis impertimus, neminem adhuc extitiſſe, qui de hiſtoriâ Marcellini meliùs meritus ſit. Editio Roberti Stephani ( 1544 ) ad exemplar Gelenianæ expreſſa eſt. Has ſecuta eſt Editio Frobenii anno M. D. XLVI. in quà ultimus liber adjectus, & quidam loci à neſcio quo emendati ſunt, ope editionis Auguſtanæ, ut equidem cenſeo. Hanc editionem Baſilienſem anni 1546. Henrici Stephani ( 1568. ) Gryphiique ( 1552. ) editiones inſtar archetypi ſecutæ ſunt.* Valeſius tamen aliquoties multa à Sig. Gelenio fuiſſe addita ( *conjecturâne an ex fide codicis ſcripti, incompertum habet* ) conqueritur. Lege, ejus notas in initio libri vigeſimi ſecundi.

Corn. Taciti Annales, ex editione Rhenani: *in officinâ Frobeniana.* fol. . . Baſil. 1544.

Feneſtell. de Magiſtratib. & Sacerdot. Roman. *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. . . Paris. 1544.

Paul. Æmyl. de geſtis Francorum : *Imprimeb. Michael Vaſcoſanus ſibi & Iohanni Roigny.* fol. Paris. 1544.

Cl. Martii Aretii patricii Syracuſani Cæſar. Majeſt. Hiſtoriographi Chorographia Siciliæ ; Dialogi, & elegiæ: *apud Henric. Petrum.* 8. Baſil. 1544.

Deſcriptio breviſſima priſcæ Romæ : *apud Cominum de Tridino Montisferrati.* 8. . Venet. 1544.

Vie des Hommes Illuſtres, les opuſcules Morales de Plutarque; quatre volumes: *par Michel Vaſcoſan.* (*a*) fol. . . . Paris. 1544.

Oratio de Sententiâ Chriſtianiſſimi Regis ſcripta ad imperii ordines Spiræ; item adversùs Jacobi Omphalii maledicta pro Rege Chriſtianiſſimo defenſio ; utraque Latinè & Gallicè ; hæc Simone Brunello interprete ; Reſponſe à une Epiſtre envoyée de Spire, par un Secretaire Alemand à ung Serviteur du Roy Tres Chreſtien, avec une aultre Epiſtre des choſes faictes puis quatre ans en l'Europe; ſingula hæc ſeorſim excuſa: *in officinâ Roberti Stephani.* 4. Paris. 1544.

(*a*) Caille. pag. 102. Ubi tamen vitium ſuſpicor eſſe typographicum: nam Vaſcoſanus Gallicè impreſſit ter Plutarchi vitas anno 1559 in fol. anno 1565. in fol. & anno 1567. in 8 quæ vocatur editio tertia; ter itidem Plutarchi Moralia, anno 1572 in fol. anno 1574 in 8. quæ vocatur editio ſecunda; & anno 1575. in fol. quæ editio vocatur tertia. Nullus ergo vel horum vel illarum editioni anno 1544 relinquitur locus. Præterea Jacobus Amyot interpres ſuam tranſlationem illarum dedicavit Regi Henrico II. anno 1558. & horum, Carolo IX. duodecim pòſt vel tredecim annis; (utì ex Epiſtolis dedicatoriis conſtat); at anno 1544. regnabat adhuc Franciſcus I. Henrici II. pater. Alius porrò locus eſt in paginâ 102. ſupradictâ, ubi typographum lapſum fuiſſe puto, [ *Vaſcoſan —— l'un des plus celebres & des plus renommez Libraires & Imprimeurs de Paris; tant pour ſon ſçavoir, que pour le choix qu'il faiſoit des bons livres, qu'il imprimoit en leur derniere perfection, comme on le peut voir par Diodore Sicilien, & par beaucoup d'autres de l'année* 1530. ] nam Gallica Diodori Siculi verſio à Jacobo Amyot Henrico II. dedicata ex Vaſcoſani prœlo anno 1554. prodiit; nec ullum adhuc librum à Vaſcoſano ante annum 1532. excuſum comperi.

Ciceronis Opera : *ex officinâ Roberti Stephani.* (*a*) 8. . . . . Paris. 1544.

Ciceronis de Oratore Dialogi tres : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* (*b*) 4. . . Paris. 1544.

Ejuſd. Oratio in L. Piſonem, Q. Aſconii Pædiani, & Jacobi Omphalii Commentariis illuſtrata : *apud Joannem Roigny.* 4. . Paris. 1544.

Ejuſd. Oratio pro M. Cælio, Joannis Tiſlini, Barth. Latomi, & Phil. Melanchthonis Commentariis illuſtrata : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . . . . . Paris. 1544.

Ejuſdem Actionum in C. Verrem liber III. IIII. V. VI. VII. ſinguli libri ſeorſim excuſi : *in officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 4. . Paris. 1544.

Ejuſdem Orationes Philippicæ XIIII. Commentariis Franc. Maturantii, Georg. Trapezuntii, Phil. Beroaldi, Jo. Sturmii, Barth. Latomi, Chriſtoph. Hegendorphini, & quibuſdam Hieron. Ferrarii obſervationibus illuſtratæ : *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* (*c*) 4. . Paris. 1544.

Ejuſdem de Naturâ Deorum libri tres : *apud Joannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . . Paris. 1544.

Ejuſdem Cato, & Somnium Scipionis (ſeorſim) Græcè, ex traductione Theodori : *apud Iacobum Bogardum.* 8. . . . Paris. 1544.

Inſti-

(*a*) Singula hujus editionis volumina non data ſunt eodem tempore. *Orationum volumen primum* ; 14. *Cal. Mart.* 1543. *Secundum* ; 10. *Cal. April.* 1543. *Tertium*; 7. *Cal. Jul.* 1543. *Hieronymi Ferrarii emendationes in Philippicas* ; 10. *Cal. Aug.* 1543. *Philoſophiæ volumen primum*; 1543. *Secundum*; 3. *Id. Sept.* 1543. *Pauli Manutii Scholia in Philoſophiam* ; 1543. *Officia, Cato, Lælius, Paradoxa, Somnium Scipionis* ; 15. *Cal. Oct.* 1543. *Epiſtola ad Atticum, Brutum & Quintum fratrem*; 1543. ( & ad calcem, 4. *Non. Januar.* 1544. ) *In eaſdem Pauli Manutii Scholia*; 1543. *Epiſtolæ familiares*; 1543. ( & ad calcem, *Non. Jan.* 1544. ) *In eaſdem Pauli Manutii Scholia*; *Non. Jan.* 1544. *Rhetorica*; 1544.

(*b*) Vidi hujus editionis exemplaria, quæ in titulo exhibent Jo. Lodoici Tiletani inſigne typographicum ; cum hâc ſubſcriptione, *Apud Jo. Lodoicum Tiletanum.*

(*c*) In quibuſdam hujus editionis exemplaribus, *Imprimebat Michael Vaſcoſanus ſibi & Ioanni Roigny.*

Inſtitutiones Oratoriæ, anonymo authore: *apud Iacobum Bogardum.* 8. . . Paris. 1544.

Trois Oraiſons de Ciceron, pour Marcellus, pour eſlire Pompée Chef de l'Armée contre Mithridates & Tigranes, pour Ligarius; traduites par Eſtienne le Blanc: *impr. par Simon de Colinez.* (*a*) 8. . . . Paris. 1544.

Andreæ Alciati Emblematum Libellus, vigilanter recognitus, & ab ipſo jam authore locupletatus: *apud Chriſtianum Wechelum, ſub ſcuto Baſilienſi in vico Iacobæo, & ſub Pegaſo in vico Bellovacenſi.* (*b*) 8. . . . Paris. 1544.

Heraclidis Pontici, qui Ariſtotelis ætate vixit, Allegoriæ in Homeri fabulas de diis, nunc primùm è Græco Sermone in Latinum tranſlatæ Conrado Geſnero interprete, eodem etiam libello Græcò adjecto, cum aliis (*b*): *ex officinâ Ioannis Oporini.* 8. *Menſe Septembri.* . Baſil. 1544.

Heſiodi

(*a*) *Philiberto Baboo Angolismen. antiſtiti, Chriſtianus Wechelus S. D.* —— *Delegi ex tantâ exercitationum Univerſitate artem excudendorum librorum, quam paſſim incultam & penè abjectam jacere cernebam. Vanus ſim, niſi id quamplurima authorum monumenta typographorum injuriâ miſerè contaminata palàm teſtentur. Teſtis & hic And. Alciati emblematum libellus, qui ſuperioribus annis, idque authoris injuſſu, tam neglectè, ne quid gravius addam, apud Germanos invulgatus fuit, ut illius minuendæ exiſtimationis ergo, à malevolis quibusdam id fuiſſe factum plurimi interpretarentur. Quam ob rem mearum partium eſſe putavi, ut novâ editione, & lectoribus conſulerem, & notam Alciato negligentiâ prioris inuſtam, quantum in me quidem eſſet, eluerem. Quamquam autem Alciatus invitus fecit, ut ſtudiorum ſuorum tyrocinia in manus hominum emitteret, quoniam tamen opus ſemel aliorum temeritate excuſum ſupprimere vix erat integrum, facilè ab eo impetravi, ut ad limam revocaret* &c. *Mendas itaque, quibus undique ſcatebat, ſuſtulit; plurima etiam retractavit & correxit; addidit autem non pauca, ut eo authore nunc demum liber prodire videatur. Quod ad me attinet, pro viribus contendi, ut in formandis iconibus, quæ ſanè in eo libello quamplurimæ ſunt, neque laborem me ullum neque impenſas ſubterfugiſſe quisquam jure objicere queat.* &c. *Lutetiæ ex officinâ noſtra typographicâ, anno M D. XLII.*

(*b*) Dion. Chryſoſtomi de Homero Oratio, Latinè, Conr. Geſnero interprete. Nonnulla Græcè ex Porphyrii acroaſi, ex Clement. Alexandr. & aliis, ex Michaele Pſello, & Joan. Tzetze. *Hæc omnia quondam*, ait Geſnerus, *Arſenius Monembaſiæ Epiſcopus in unum faciſculum collegit, qui centonibus hujusmodi delectus eſt. Nam & Venetiis nuper apud quendam Græcum, qui ſe Arſenii affinem aiebat, ſatìs magnum volumen vidi, totum ex Io. Stobæi noſtri collectaneis decerptum, ordine ſolùm inverſo, quantum ex brevi tum temporis inſpectione mihi judicare licuit. Quod ideo hic narro, ut, ſiquando fortè liber ille exiverit, ambitioſas hujusmodi fraudes aliena uſurpandi pro ſuis ſtudioſi intelligant.*

Heſiodi Opera Græcè & Latinè; adjectis iiſdem Latino carmine partim à Nic. Vallâ, partim Bonino Mombritio verſis; & Pyladæ Theogòniæ quinque libris: *per Ioannem Oporinum.* (*a*) 8. . . . . Baſil. 1544.

Sophoclis Tragœdiæ Græcè, cum Scholiis Græcis: *ex officinâ Petri Brubachii.* 4. . Francof. 1544.

Euripidis Hecuba & Iphigenia in Aulide, ac Medea, in Latinum tranſlatæ, hæc à Georgio Buchanano, illæ ab Eraſmo Roterodamo: *ex officinâ Michaelis Vaſcoſani.* 8. . . Paris. 1544.

Ariſtophanis Comœdia, Concionantes, Græcè: *apud Chriſtianum Wechelum.* (*b*) 4. Paris. 1544.

Hecu-

(*a*) Hanc editionem, quamvìs nondum viderim, extare tamen comperio tum ex Fabric. Bibliothec. Græc. lib. 2. cap. 8. pag. 384. tum ex Jo. Oporini Epiſtolâ ad optimæ ſpei juvenem Joannem Riſpach Tannenſem, Baſileæ, ſexto Calendas Auguſti, anno M. D. XLIIII. datâ; ex quâ libet quædam excerpere. *Quum*, inquit, *ante paucos aliquot annos ipſe Heſiodi Opera ac Dies prælegiſſem ſtudioſis juvenibus, quos tum fortè convictores habebam, illique calamis excepiſſent quædam, quæ poſtea pluribus etiam aliis certatim flagitantibus evulganda viderentur, minimè quidem obſtiti*, &c. *Verùm nobis aliâ interim tempeſtate ab inſtituto curſu abreptis, ut iiſce caſtigandis nullum omnino tempus ſuppeteret, cùm perire tamen illa qualiacunque ſtudioſi iſti nollent, ac feriò uti ea multorum uſui conſecranda curarem, inſtarent, facilè etiam eò me adduci paſſus ſum, ac meam ipſis operam in hoc ipſum uti locarem, primam ferè, ex quo tempore iſthôc officii genere mihi ſtudioſorum juvenum animos devincire ſtatueram, haud gravatim feci. Sed quia nimiùm aliis tum quoque rebus occupato, in reliquis Heſiodi opuſculis idem præſtare haud licebat, à doctis aliquot viris ſuppleri, quod deerat, curavi, adjectis etiam iisdem Latine carmine partim à Nic. Vallâ, partim Bonino Mombritio elegantiſſimè verſis* &c. *Sicque inſtructa illa ſimul unòque tanquam faſce comprehenſa in lucem exire permiſi.* ——— *Vix paucis menſibus tranſactis, quia quæ pauciora principio edideramus exemplaria, tanto ſtudioſorum deſiderio non ſuffeciſſent, ad eadem ſub prælum revocanda ac denuo publicanda hortantur quidam. Hic ego maturandam eſſe tantopere à multis deſideratam rem arbitratus, quanquam ne tum quidem intereſſe mihi ei curandæ per alia quædam negotia liceret, uti ne differretur tamen effeci* &c. *Itaque parte jam confectâ reverſi, operæ pretium duximus adjicere ejusdem cum Heſiodi Theogoniâ argumenti carmen Pyladæ, quinque libris, gentilium deorum ac heroum genealogiam comprehendentis.* &c. Hanc Epiſtolam legi præfixam alii Heſiodicorum operum editioni in 8. per Joannem Oporinum, nullo tamen anno addito, ſed inſertâ Heſiodici Clypei Latinâ metricâ verſione per Joannem Ramum de Goes cum ejusdem Epiſtolâ nuncupatoria ad Nicolaum Olahum Epiſcopum Agrienſem Hungariæ & Bohemiæ ſupremum Cancellarium datâ Viennæ Auſtriacorum, tertio Idus Maii, anno 1550.

(*b*) Plures, quæ hunc annum gerant, Comœdias nondum vidi. Sed notandum eſt omnes ſeorſim excuſas à Chriſtiano Wechelo prodiiſſe anno 1540. Aliæ verò, quæ annum diverſum in titulo exhibent,

Hecuba d'Euripide, traduicte de Grec en Rhythme Françoiſe, dediée au Roy: *de l'Imprimerie de Rob Eſtienne.* (*a*) 8. . Paris. 1544.

Julii Pomponii Sabini Grammatici eruditiſſimi in Virgilii opera Commentarii variâ multarum rerum cognitione referti, núncque primùm in lucem editi: *apud Ioannem Oporinum.* (*b*) 8. . . . . Baſil. 1544.

Ovidii Heroidum Epiſtolarum liber: *apud Ioannem Lodoicum Tiletanum.* 4. . . Paris. 1544.

Horatii Poëmata; cum Nic. Perotti tractatu de metrorum generibus in odis Horatianis, & Servii centimetro, & variis lectionibus: *ex officinâ*

bent, viz. 1544. (utì hæc) vel 1550. utì Plutus) ſunt ejusdem tamen editionis, utì ex collatione paginarum, ciphrarum, ac ſignaturarum conſtare cuivis poterit.

(*a*) Interpretis nomen non indicatur. In Bibliothec. Verdier. *Guillaume Bouchetel Secretaire des Finances du Roy François Premier à traduit de Grec en rime Françoiſe la Tragedie d'Euripide nommée Hecuba: impr. à Paris* 8. *par Robert Eſtienne.* 1550. At Franciſcus à Cruce-Cœnom. in ſuâ Bibliothecâ aliter. *Lazare de Baif a traduit de Grec en Vers François l'Electra de Sophocle, impr. à Paris* 1537. *par Eſtienne Roffet, & l'Hecuba d'Euripide, impr. à Paris* 1550. *par Robert Eſtienne. Il n'a voulu mettre ſon nom à pas une de ſes deux traductions, ſinon qu'il ſe voit dans l'Electra, compris dans les lettres capitales d'un dizain; & dans l'Hecuba, par ſa deviſe Latine ſeulement, qui eſt* Rerum vices.

